R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
A
489
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Clelie

Digitized by Google

53273 Racc. V. A. 189

CLARIORES IVRIS CAESAREI APICES

IACOBI GALLI NEAPOLITANI
I. V. D. CELEBERRIMI
Comitis Palatini, & Equitis meritiſſimi.

OLIM
Primarij Veſpertinis horis in Patrio, Meſſanenſi, necnon Patauino Gymnaſio interpretis acutiſsimi.

IN QVIBVS
Germani ſelectarum Legum intellectus, & difficiliora Prudentum reſponſa maxima ingenij perſpicacitate enucleantur, ac copioſæ in præcipuas Leges repetitiones exponuntur.

OPVS
Cunctis Iuriſprudentiæ alumnis, tam in Foro verſantibus, quàm publicas Academias colentibus perutile, iucundum, & neceſſarium.

GEMINATO INDICE ILLVSTRATVM.

NEAPOLI, Apud Octauium Beltranum. MDCXXIX.
Superiorum permiſsu.

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

Digitized by Google

Imprimatur.

Lælius Taſtius Vicarius Gener. Neapol.

Aloyſius Riccius Canonic. deput. vidit.
Vrbanus Feliceus deput. vidit.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

Volumen, in quo pluribus ſub capitibus variorum legum ſenſa explicantur, olim ab celeberrimo I. C. Iacobo Gallo Neap. compoſitum accuratè perlegi: nec in eo quidquam reperi, quod aut bonis moribus, aut Reg. Cathol. Maieſtati aduerſetur; pro vt teſtor, & refero. Neap. die 29. Ianuar. 1624.

Excellentiæ ſuæ

ſeruus dedititiſsimus.

Petrus la Seine.

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO DOMINO NOSTRO DOMINO

VRBANO VIII.

PONT. OPTIM. MAXIM.

IN tuus ille iam rediuiuus Gallus prodit, & canit, Sanctiſsime Pater, tuis quidem auguſtis planè auſpicijs, teq; nuper ſummo æthere ſacro demiſſo Principe ad terras ſuper æthera efferendus; Quin Sol Eccleſiæ affulxiſti Orbem immenſo iubare, & vitali ſemine complens, cui naſcenti cæli Aues melicis concentibus præcinant, ſed iugiter ſtatis horis tibi iam Sacer Gallus, ſiuè orienti, ſiuè propinquanti numquam tamen occidẽti hilaris plaudensq; moduletur, Sed quid mirum, extinctum iampridem tuum hunc Gallum nũc nouus Prin-

Digitized by Google

ceps Eccleſię ſupero flamine renunciatus tuo vitali calore rediuiuum orbi reſtituiſti: Nunc, igitur primum te Principe prodit, tibique canet æternum. At quæ? amica tibi iura, tibi inquam Muſarum omnium Pręſuli, ſed iuris præſertim Aſylo, & ſupremi, ac Sacri Summo Opifici. Sunt quippe hic plura alioqui obſcura iuris oracula magno ſtudioſorum commodo reſerata. Suſcipe igitur, Beatiſsime Pater, Galli tui patrocinium, quibus tuos ſoles tueri ſerenis, ac nitidiſsimis radijs, meque in primis huius pullum Gallinaceum, ad quem hæredem patris mei Iacobi Galli omnia in te iura famulatus deuenerunt tuo eximio fulgore, deinceps colluſtra, calore foue, Teque Deus Optimus Maximus, quem in huius peregrinantis Eccleſiæ regimine, diuino eiuſdem nutu agis, nobis, & eidem Eccleſiæ ad multa luſtra ſeruet incolumem.

Sanctitatis Veſtræ

Pedibus proſtratus

Alexander Gallus.

EX LIBR. ELOG. ILLVSTR. VIROR.

IVLII CÆSAR. CAPACII.

AD Iuriſprudentię columen Neapolitanum Gymnaſium euexerat, Iacobus Gallus, quo viro doctiorem, facundiorem, prudentiorem, nouerat neminē quamobrem nullis Academijs inuidere, cum omnibus potuerat æquari; Maxima peruaſit Neapolim calamitas: Veluti ex religioſiſſimo Fano, pulcherrimum virtutis ſignum ſubſtulere; Quam impiè cum tanto viro, cum eius Vrbis gloria, cum omnium Ciuium, atque exterorum vtilitate, cum ipſius Iuris ciuilis corporis maieſtate actum eſt; Proditum id volo memoriæ, & literis; Bonæ perierunt artes, & diſciplinæ; nec Solares legum radij prænoſcuntur, iam inde cum non concinit Gallus. Deceſſit eo diſcedente Latona, & longo errore virtutibus grauida, Apollinem Meſſanæ, Dianam Patauij peperit, vt nec Perſæ, nec Græci, nec alius quiſpiam, ea loca attingere audeant, Delũ, quæ Gallus incolit exiſtimantes, Proderat Gallus lingua, præſentia ornabat, con-

ſilio

Digitized by Google

ſilio erat emolumento, omnium votis, vocibus, oculis accõmodatus. Incommodis iam, difficultatibusq; eiuſdem abſentia, aliquorũ leuitate afficimur, quorum libido totius Iuriſperitorum ordini attulit offenſionem. Quẽ dabo cognitorem Iuris? Quem iniuriæ vltorem? Actor Deus erit; Reſonẽt interim Patauina Gymnaſia Itali Galli voces, quibus toto orbe redditur celeberrimum, & immortale. Patrium aliquando honorem de repetundis lata lege expectamus.

Digitized by Google

EX COLLEGIO NEAPOLITANO

SOCIETATIS IESV

IN GENTILITIVM IACOBI GALLI

STEMMA LVSVS

GALLVS & ROSÆ

DIES & VER

STemmate ſignat in hoc volucris Titania lucē
Signant purpureæ, tempora Verna Roſæ;
Nám præit excubitor lucem, Roſa purpureū Ver
Ille ſacer Phebo. Veris alumna Roſa eſt.
His ego crediderim lætari, hominesquè, Deosquè,
Veris honore homines, lucis honore Deos.
Delitiæ Iacobe hominum, Iacobe Deorum es,
Hoc gentilitia nos docuere notæ.

ALIVD.

ALIVD EPIGRAMMA.

GALLVS ANSERE CAPITOLINO DIGNIOR.

Tarpeias noctu, brachatus miles ad Arces
Serpere, dum turpi proditione parat.
Seruauit quondam Capitolia Garrulus Anſer,
Et fera ſopitas ciuit ad arma manus.
Quis mihi clangenti ſimilis, ſimilesq; canenti
Gallus in inſigni ſtemmatis orbe micat.
Is ſeptem geminos colles, is iura Quiritum.
Tutari ſtrepitu nobiliore poteſt.

ELEN-

ELENCHVS LEGVM,

ac rerum, quæ in hoc opere explicantur.

ORationis compendio Materia in hoc capite explicatur Compenſationis. Et obiter quid Dicis, cauſa ſignificat. pagin. 1

L. Inuitū, ff. de Seruit. Vrbanor. Prædior. benè explicatur. 3

Ad l. ſi Menſor ff. Si menſ. falſ. mod. dixer. optimus ſenſus adaptatur. 4

Ad l. Mandatum in titul. Mandat. datur verus intellectus. 51

Expenditur text. in l. cum vulgari modo ff. de Dote Prælegata. 9

L. cum furioſus: ff. De Iudicijs explicatur diligentiſſime. 11

Ad l. Vſufructuarius ff. de Vſufruct. verus ſenſus traditur. 13

L. Qui ſella ff. de ſeruitut. Ruſtic. egregiè expenditur. 15

Ex Epiſtola Iuſtiniani Auguſti ad Anteceſſores De Pandectarum, & Digeſtorum nomine. 16

L. item fundi §. Seminarij. de Vſufruct. explicatur optimè. 27

L. Cum precario ff. de Precar. rectè declaratur. 29

De Vero Senſu §. Vbi Decret. in l. nec quiſquam ff. de offic. proconſul. 31

In eadem l. illicitas § Qui vninerſas ff. de offic. Præſidis. 34

Ad l. illicitas §. ne tenuis Vitæ homines ff. de offic. Præſid. 37

Diſputatur hoc capite quo iure prodierit legitima debita Filijs, Nepotibus; Parentibus; & Fratribus. 38

Qub titulo Relinqui debeat legitima. 46

Deſcribitur quærela inofficioſi teſtamenti. 48

Declaratio vera eius quod Intereſt. Præter vulgò receptam Doct. opin. 52

Explicatur, quid ſit petere id quod intereſt nominatim, vel innominatim. 58

Diſputatur num intereſſe latinè pro eo quod intereſt dicatur. 61

Agitur hoc capite de nominatis, & innominatis contractibus, & dandi, & faciendi, & quomodo in eis detur obligatio ad id quod intereſt cum ſuis rationibus. 65

De bonorum poſſeſſione cauſa litis agnoſcendæ, & an differat à cæteris bonorum poſſeſſionibus. 69
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ, & an hodie ſit neceſſaria filijs emancipatis. 75
Vt filius iure Codicis excluderetur à quærela ſufficiebat quartam habuiſſe eum bonorum paternorum. 76
L. ſuo Victu, & l. Imponi ff. de operib. libertor. conciliantur, & Vera operarum diſtintio exponitur. 79
L. Itaq; Fullo §. ſed ſi res pignoris ff. de Furt. Vera declaratio. 83
L. ſi quis vxori §. ſed ſi ſeruo ff. eodem titulo De furtis recte declaratur. 84
L. Diuus Seuerus. ff. Ad Muncipal. expenditur. 84
L. Eius §. Domicilium autem eod. titul. Ad Muncipal. 86
L. Titio eod. titul. ad Municipal. diligenter expenditur. 89
Ad §. Titius ead. leg. Titio. Ad Municipal. datur verus intellectus. 95
L. Prior de adminiſtration. rer. ad Ciuitat. pertinentium §. Prædium exponitur. 101
L. Cognitionum §. Exiſtimatio ff. de Var. & extraordinar. cognitionib. declaratur. 104
Expeditur text. in l. ſi ſic ff. de verbor. obligationibus. 105
Verus ſenſus traditur ad l. quod vulgo ff. de bon. poſſeſſion. contra tabul. 109
Elucidatur l. ſi ſtipuler §. vltimo ff. de verbor. obligationib. 110
L. legatis §. ſi ex officio ff. de legat. tert. optimè enucleatur. 112
Ad l. quod ſi nolit. §. qui Mancipia de ædilit. Edict. vera expoſitio aſſignatur. 114
Ad l. Atletæ §. tutela De excuſation. tutor. datur proprius intellectus. 115
Ad l. Lucius de conditionib. & demonſtrationib. datur vera interpretatio. 116
Declaratur l. is cui §. ſex autem ff. Vt in poſſeſſion. legator. &c. 117
Rectus, & notandus ſenſus elicitur ex l. Centurio ff. de militar. teſtament. 118

Vera.

Aeta, & Germana declaratio Ad l. Tertiam §. eodem ff. ad legem Iul. Maieſtat. 119
Ad l. 3. §. qui hominem. de ſicar. datur verus intellectus. 121
Ad l. 4. §. ſed & ſi de re ff. ad l. Iul. Peculat, proprius ſenſus traditur. 122
Verus ſenſus elicitur ex l. relegatorum §. vlt. ff. de interdict. & releg. 124
Ad l. ſi quis poſthumos. de liber. & poſthumi. vera declaratio adaptatur. 126
L. Inter publica ff. de verbor. ſignificatione explanatur. 134
Valdè diſtinctè, ac rectè tractatur De Materia Precarij, & quid ſibi in iure vult. iſta vox Præcaria explicatur. 139
De Comitibus Palatinis, & ſic de viginti annis publicè legentibus. 146
Doctè, ac clarè de Stationibus habetur Et quid Statio in iure noſtro ſignificet, explicatur. 149
L. hæreditatum, & l. nempè LXVIII. ff. ad leg. falc. enucleatur. 151
Agitur in hoc capite de præſcriptionibus; Et earum variæ ſpecies enumerantur. 160
Ad l. cum vir nubit C. ad leg. Iul. de adulteri Imperatores, Conſtantius, & Conſtans, ad Populum. 167
L. prima §. ab eo. Quis, & à quo appell. optimè explanatur. 172
Qui nam fuerint apud Veteres libertini Latini, & qui Dedititij; Deque ipſa manumiſſione quædam non ita congeſta, paſſim obuia. 277
Explicatur Vlpiani locus in l. ſecunda ff. de ius vocandi. 121
Ad l. Ideo ſi ex prima ff. de Carboniat. Edict. traditur vera interpretatio. 183
Conſideratio ad l. qui ſe patris C. vnd. lib. 186
Ad l. offidius ff. delegat. tertio Traditur purus intellectus. 189
L. prima §. Decretalis ff. de ſucceſſor Edicto valdè egregiè dilucidatur. 192
Carbon. bonor. poſſeſs. præbet factum, & Ius contra receptam Interpretum opinionem. 206

Præmium promiſſum primo ingredienti Caſtrum ſi duo ſimul ingrediantur, cui eorum dandum erit? 209
Tractatur num pecunia ſub mobilium appellatione contineatur. 216
Quæritur in hoc capite an pactum de non petendo partem dotis valeat. 218
Dubium eſt an Clerico poſſit imponi conditio ſi ſine liberis, &c. 219
Quæritur num contractus emptionis, & venditionis poſſit ad certum tempus celebrari. 219
Quæritur An detur appellatio à præfecto Claſſis maritimæ ad Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum. 220
Vtrum filius in vita patris legitimam accipere compellatur, & quæ alimenta ei præſtare teneatur pater. 222
Quæritur an Populus, vel eius Eccleſiæ Rector & Beneficiatus teneatur ad reparationem, vel reædificationem Eccleſiæ. 229
Agitur num Epiſcopo liceat ſine conſenſu Capituli permutare, vel alienare bona Eccleſiaſtica. 232
Creditor ex inæqualibus cauſis quomodo computare debeat ſummam receptam, & ſic declaratur textus in l. in his §. Imperator ff. de ſolutionibus. 233
Dubitatur an valeat teſtamentum in quo quis fuerit in mobilibus, & alter in acquiſitis inſtitutus, nec non ſi teſtamentũ à matre præterita non dicatur nullum, an venientes ab inteſtato id opponere poterint. 236
Reſponſum pro libertate ſerui, & ſic declaratur text. in l. ſeruus C. de iudicijs. 238
Num debeatur idem honor ſubſtituto, quã principali. 240
An teneatur ad inteſſe tutor qui non curauit pecuniam pupillæ implicare. 241
Dubitatur num ex cauſa vſurarum poſſit fieri per Barones publicatio bonorum. 243
L. ſi quando §. & generaliter, & l. parentibus C. de inoffic. teſtament. conciliantur. 244
Quando filij, vel nepotes præteriti rumpant teſtamentum. 245
Quando dies interpellat pro homine. 247

Intel-

Digitized by Google

Intellectus ad l. precibus C. de impuber. & alijs ſubſtitutionibus. 248
Vera interpretatio Ad l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. 251
Intellectus l. peto ff. de leg. ſecund. 258
Repetitio Ad l. ſi plagij ff. de Verb. oblig. 261
Compendium ſtipulationum, & aliorum contractuum. Ad Titul. de verb. oblig. 271
Ad l. ſi inſulam de Verbor. obligat. 287
Secus quam alij ſenſerit concinna facti ſpecie è tenebris vendicatur intellectus ad verſicul. Cum autem §. Nummis l. Deductæ ff. Ad ſenatus conſult. Trebellian. 328
L. Filium quem habentem C. famil. Erciſcund. hactenus non ſatis intellecta noua perpenſione docetur. 330
TEx. in l. Imperium ff. De Iuriſdiction. omnium iudic. 331

Quæſtiones ſingulares, quæ diſputandæ proponunt.

Quæſt. 1. An condere legem ſit meri, vel mixti Imperij, vel poteſtatis? 477
Quæro 2. An membri abſciſſio ſit meri, vel mixti Imperij? 379
Quæro 3. An deportare ſit meri Imperij? 386
Quæro 4. An relegare ſit meri Imperij? 387
Quæro 5. An bannire ſit meri Imperij? 389
Quæro 6. An carceris pæna ſit meri Imperij? 390
Quæro 7. An ſubijcere reum quæſtionibus, quam torturam vocant, ſit meri Imperij? 393
Quæro 8. An mulctam indicere ſit meri Imperij? 397
Quæro 9. An publicare ſit meri Imperij? 404
Quæro 10. An concedere veniam ætatis ſit meri Imperij, vel mixti, vel poteſtatis? 406
Quæro 11. An dare tutorem ſit meri, vel mixti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis.
Quæro 12. An remouere tutorem ſit meri, vel miſti Imperij? 415
Quæro 13. An legitimatio per reſcriptum ſit iuriſdictionis, vel mixti Imperij, vel potius poteſtatis? 417
Quæro 14. An cauſæ appellationum ſint mixti Imperij, vel iuriſdictionis. 419

Quæro 15. An recognitio ſententiæ ex ſupplicatione ſit mixti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis? 423
Quæro 16. An reſtituere in integrum ſit mixti Imperij, vel iuriſdictionis. 428
Quæro 17. An mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto ſit mixti Imperij? 430
Quæro 18. An mittere in poſſeſſionem ex conſtitutione l. vlt. C. de edict. Diu. Adr. toll. ſit mixti Imperij, vel iuriſdictionis? 432
Quæro 20. An interpoſitio decreti in arrogatione ſit mixti Imperij, vel poteſtatis? 440
Quæro 21. An interpoſitio decreti in emancipatione infantis, ſit mixti Imperij, vel poteſtatis? 440
Quæro 22. An interpoſitio decreti in manumiſſione ſit mixti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis? 441
Quæro 23. An interpoſitio decreti in alienatione bonorum minoris ſit mixti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis? 442
Quæro 24. An diſputatio in cauſa ſtatus ſit iuriſdictionis vel mixti Imperij? 443
Quæro 25. An cauſæ omnes pecuniariæ ſint ſimplicis iuriſdictionis? 444
Quæro 26. An pæna corporalis loco pecuniariæ ſit iuriſdictionis, vel Imperij? 445
Quæro 27. & vlt. An reſtitutio famæ ſit mixti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis? 446
Text. in l. 1. & l. Prætor ait §. 1. de oper. nou. nunciation. nouo germanoque ſenſu dilucidatur, atque docetur. Necnon deinde differentia inter edictum, & interdictum, quam Doctores conſtituunt, Bartoli Accurſij cæterorumque aliorum exploſa ſententia nunc primum rectè, & concinnè explicatur veruſq; eius intellectus è tenebris in lucem reuocatur, atque oſtenditur. 447
Filijsfamilias qui ſint, aliaque huc pertinentia, nunc primum declarantur confutata Iuriſperitorum aliorumque nonnullorum ſcribentium opinione. Pleriſque inſuper ad Patriæ poteſtatis materiam affabrè congeſtis ex text. in l. quidam cum filium ff. de verbor. obligationibus. 451

Agi-

Agitur in hoc capite de Cenſibus.

In quo lex prima, & ſecunda ff. de Cenſibus optimè enucleatur. 461

Textus in l. tertia de Vſucapionibus, nouo, & admirabili ſcribendi methodo, nouaq; & inuſitata dicendi, atque interpretandi forma, & ratione, nunc primum in lucem editur, Necnon differentia inter præſcriptionem, & vſucapionem reiecta aliorum interpretum ſcribentium ſententia præuio lumine examinatur, atque illuſtratur, Nonnullaque præterea ſcitu, & notatu digna circa eandem materiam valdè egregiè enucleantur, ac optimè & ſatis quidem peramplè pertractantur. 446

BIBLIOPOLA
CANDIDO LECTORI Fælicitatem.

INter eximios, ac præclariſſimos Iureconſultos, qui in hoc Regio Neapolitano Gymnaſio Sanctarum legum iura publicè ſunt interpretati, I'ACOBVS GALLVS Iuriſconſultus Neapolitanus, Comes Palatinus, & Sācti Marci Eques meritiſſimus, triginta ferè annos, ſumma cum omnium admiratione enituit: Is eloquentiæ ſplendore, maieſtate dicendi, & authoritate inſignis, tantum in ea re valuit, vt omnes quotquot eam pronunciam ſubire conati fuerint, nomine, fama, & perennitate facillimè ſuperarit; & quamuis aduerſæ fortunæ procellis immerito iactatus ad varios ſcopulos illiſerit, eadem tamen ſemper prauia, & Comitè iuriſdicendi excellentia, Siculas oras, ſummo præconio perluſtrauit, Venetaque litora Patauinis auſpicijs, legendo, orando, conſulendo, maximis gloria honoribus impleuit, Multa ſcripſit, multisque lucubrationibus, Budeos, Alciatos, Tiraquellos, Cuiacios, cæteroſque Iuriſprudentiæ coriphæos imitatus, quæ tenebris obſita erant perpetuo labore

in

in lucem reuocauit, atque in veram nobilemque doctrinæ ſupellectilem admirabili methodo deduxit; Huiuſmodi ſunt Benigniſſime Lector, quæ hoc libello prodeunt, atque tibi libentiſſime offerre libuit; Titulus ergo operis eſt Apices Legum, quibus Iuriſconſultorum placita, & ſummorum virorum arcana ad legalium ſtudioſorum oblectationem facillimè, doctiſſimèque explanantur: Merito Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ tamquam ſummo orbis terrarum Apici, & Principi ij legum Apices offeruntur; Vt non ſolum tanti viri familiaritatem, quam cum Sua Beatitudine viuens exercuit, his ſcriptis renouaret. Sed vt quæ maxima pro rei amplitudine, maximo ingenio, Sommo Pontifice, Orbis terrarum, Bono nato, Eccleſiæ ſalutis auctore, Bonarum artium inſtauratore indigeant. Verùm ſi hæc latebras ingenij tui attingere minimè valeant, animi tantum accipe oblationem, donec in lucem prodeant aliarum legum commentaria, quòd quamprimum forſan Deo dante ab Auctoris filio factum eſſe confido. Te tamen in præſentia admonitum velim, celeritate maxima, qua opus, vt in exoptatam lucem prodiret, præmebatur, & artificum incuria effectum fuiſſe, vt quædam hinc inde errata raptim emergerent, quæ expurgare noſtri voti, & inſtituti erat, ſi temporis anguſtiæ tantum nobis otij conceſſiſſent. Quamobrem illa conſuetæ benignitati tuæ, candidoque calamo humaniter corrigenda committo; grato interim lumine, quòd prodijt excipe. Vale.

IN-

INDEX
RERVM PRAECIPVARVM,
Quæ in hoc opere continentur.

ABas plurium Monaſteriorum, rem vnius Monaſterij quaſi alterius vendens, non poteſt venditio nem reuocare. fol. 149.
Actionem habens malè agit ſi ante diem petat. fol. 109.
Actione nondum nata agens inaniter agit. fol. 109.
Actio redhibitoria quid ſit. 273.
Actio quantiminoris ciuilis, & prętoria quid ſit: & quo pacto emptorem iuuet. ibidem.
Admiratus Magnus Regni Neapolitani habet maiorem iuriſdictionem, quam Præfectus claſsis maritimæ. 221.
Ab eius ſententia appellari poteſt ad Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum. 220.
Adulterum cum vxore deprehendens, habet viginti horarum præſcriptionem ad illum detinendum. 160.
Aduocato datur trium dierum præſcriptio ad ſuum errorem corrigendum. 161.
Aetas cuiuſuſque hominis, vſque ad quem annum duratura præſumatur. 151. & ſeqq.
Aetas legitima de iure eſt vigintiquinque annorum. 166.
Alienatio rei Eccleſiæ à Prælato facta, in ipſius Eccleſię vtilitatem ceſsiſſe præſumitur. 233.
Alienatio rerum Eccleſiaſticarum in vtilitatem Eccleſiæ poteſt à ſolo Epiſcopo fieri ſine conſenſu Capituli. 233.
Alienam rem poſſidens ſine titulo, gaudet triginta annorum præſcriptione. 166.
Aliena res pignori obligata, quadraginta annorum ſpatio pręſcribitur à creditore. ibidem.

Digitized by Google

Alienam rem ſi vendat fiſcus, poteſt intra quadriennium conueniri. 164.
Alimenta parentibus naturali,& ciuili iure debentur à filijs. 44.& 228.
Alimenta an naturali iure debeantur nepotibus. 44
Alimenta non debentur filio, qui ſponte in vita patris legitimam accepit. 225
Alimenta debentur à patre filijs,etiam non in poteſtate cõſtitutis; niſi tamen aliquid commiſerint, ex quo poſsint exhæredari;& niſi habeant vnde viuant. 225.& ſeq.
Alimenta taxanda ſunt à Iudice ſecundum qualitatem perſonæ,& quantitatem patrimonij 226.
Alimenta an debeantur filio habitanti ſeorſum à patre. ibidem.
Alimentorum appellatione comprehenduntur omnia, quæ victui,ſtudio,militiæ, & habitationi ſunt neceſſaria, & filijs,& eorum liberis,& vxoribus. 227.& 228.
Appellationi non eſt locus poſt dies decem à ſententia. fol. 161.
Si quis tamen viua voce velit appellare, debet id præſtare infra diem vnum. 160.
Appellatio eſt defenſio naturali iure hominibus conceſſa. fol. 220.
Appellatio ſemper cenſetur permiſſa, niſi expreſsè prohibeatur.ibid.
Appellatio non poteſt tolli per Principẽ, nec per ſtatutum, nec per conſuetudinem. 221.
Appellatio datur à ſententia Præfecti Claſſis maritimæ Regni Neapolitani,ad S.R.Conſilium. 220.
Appellatio reſcindit ſententiam latam, & omnia ante acta, præter litis conteſtationem. 313.
Arbiter an poſſit eligi furioſus, ſurdus, mutus. 12.
Arrogare non poteſt quis ante annum decimum octauum. fol. 165.
Arrogato per Principem competit ſexagenaria preſcriptio. fol. 166.
Ars eſt rei cuiuſque ſcientia,vſu, vel traditione,vel ratione præcepta tradens, ad aliquem vſum vitæ neceſſaria. fol. 113.vbi

113.vbi aliæ Artis definitiones recenſentur.
Ars vnde dicta: nominis æthymologia explicatur. ib.
Artificium eſt artis exercitium.ib.
Aut eſt clauſula non modo diſtinctiua,ſed etiam aduerſatiua fol. 107.

B

Bona vacantia fiſco denunciata,quanto tempore præſcribantur ab eo,qui illa vi detinet. 164.
Bona emphyteotica ab auo acquiſita pro ſe, & liberis deſcendentibus,feruntur etiam ad nepotes. 186.
Alienari non poſſunt abſque conſenſu domini. ib.
Subiacent reſtitutioni.ib.
Bona propriè dicuntur facultates, quæ ſuperſunt, deducto ære alieno. 188.
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ appellata, quænam ſit,& an à cæteris differat. 69.& ſeqq.
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ datur perſonis, quibus competit querela inofficioſi teſtamenti,& ibidem & fol. 73.
Imò eſt præparatoria ad querelam inofficioſi teſtamēti.ibidem.
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ, an ſit neceſſaria filijs emancipatis. 75.&76
Bonorum poſſeſſionem petens iure conſanguinitatis, habet præſcriptionem centum dierum. 162
Bonorum poſſeſſio contra tabulas non datur, niſi ſit validum teſtamentum. 101.
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ an ſit neceſſaria filijs emancipatis. 75.& 76.
Bonorum poſſeſſionem potens iure conſanguinitatis, habet præſcriptionem centum dierum. 162.
Bouorum poſſeſſio decretalis,& edictalis explicatur. 193.
Bonorum poſſeſſio decretalis vnde dicta.ib.
Bonorum poſſeſſio contra tabulas peti non poteſt quandiu poſthumus eſt in ventre. 195.
Bonorū poſſeſſio non datur aliter,quàm pro tribunali.193
Bonorum poſſeſſiones aliædantur cauſa cognita,aliæ cauſa

non cognita.fol. 194.
Item aliæ ex decreto,aliæ ſine decreto.ib.
Item aliæ ordinariæ,aliæ extraordinariæ.ib,& fol. 200.
Bonorum poſſeſſiones ordinariæ dantur abſque decreto. fol. 203.
Bonorum poſſeſſio ordinaria æquiparatur hæreditati. ib.
Bonorum poſſeſſio decretalis differt ſpecie ab edictali. fol. 204.
Bonorum poſseſſio decretalis repudiari nō poteſt,edictalis poteſt. 205.
Bonorum poſseſſio edictalis amititur tranſacto tempore. ibidem.
Bonorum poſseſſio Carboniana & facti,& iuris eſt. 206.
Bonorum poſseſſio iuris eſt; ſi verò verbis trāſpoſitis proferatur Poſseſsio bonorum,ſignificatur illa,quæ eſt facti. fol. 207.
Bona hæreditaria ab hæreditate differunt. 248.
Beneficiarius tenentur ex fructibus beneficij conferre ad reparationem Eccleſiæ, deductis prius neceſsarijs ad victum,& veſtitum.fol. 229. Niſi tamen adſit conſuetudo, ut populus reparet. 230.
Beneficiarius poteſt cum conſenſu patroni ſucceſsorem eligere,ſi adſit conſuetudo. 230.
Beneficium nunquam cum alterius iniuria conceditur. fol. 297.

C

Caſtratus quiſnam ſit. 127.& 129.
An poſſit poſthumum hæredem inſtituere. ibidem & ſeqq.
Caſtrandum ſe ſponte exhibens,capitali pœna punitur. 130.
Eadem pœna punitur,& medicus caſtrans, ib.
Cauſa finalis turpis vitiat ſtipulationem. 266.& ſeq.
Dummodo non concurrat ſimul alia cauſa honeſta. fol. 270.
Cauſa turpis non vitiat donationem. 262.
Cauſa nulla,& cauſa iniuſta æquiparantur. 264.

Cauſa

Digitized by Google

Cauſa turpis in ſtipulatione habetur pro non adiecta. 266.
Cenſu olim fiebat manumiſſio. 177.& ſeqq.vbi explicatur,quid ſit huiuſmodi cenſus. 178.
Circumcidens hominem capitali pœna punitur. 130.
Ciuitatum bona non dicuntur publica niſi abuſiuè. fol. 136.& 138.
Clerico an poſſit imponi conditio ſi ſine liberis. 219.
Cocus dicitur habere officium,non autem artificium,niſi ſit optimus Cocus. 112.
Cætera , Cœterum,ſunt voces relatiuæ, referentes id, quod ſuperiùs fuit expoſitum. 103.
Colluſio eſt plurium conſpiratio , & machinatio in fraudem alterius,& damnum facta. 91.
Comes Palatinus dicitur ille Doctor , qui viginti annorum ſpatio in aliqua Academia publicè profeſſus eſt. fol. 146.& ſeqq.
Appellatur illuſtris , & fruitur omnibus prærogatiuis , quibus fruuntur viri illuſtres.ib.
In commodato reſtituenda eſt eadem res,nec fieri poteſt cōpenſatio. 1.
Commodatum conſtitit tantum in corporibus 2.
Commodatum qua ratione dici poſſit de pecunia. ib.
Commodatum reuocari non poteſt ante finitum vſum rei commodatæ. 30.
Commodatum,ſi merces detur,tranſit in locationem. 142.
Compenſatio an fieri poſſit pro commodato. 1.& 3.
Et in quibus caſibus fieri poſſit.ib.
Compenſatio quid differat à Retentione. 3.
Conditio quandonam impleri debeat in forma ſpecifica . fol. 213.& 316.
Conditio turpis non vitiat diſpoſitionem ; vitiat tamen ſtipulationem. 262.
Conditio habetur pro impleta,quando per alium ſtat, quominus impleatur. 300.
Confeſſio abſente parte regulariter non valet. 238.
Valet tamen fauore piæ cauſæ. 239.
Confeſſio extraiudicialis regulariter non valet ; valet tamen ſi fuerit pluries geminata,& repetita. 238.& 239.

Con-

Digitized by Google

Conſuetudo tollitur per aliam conſuetudinem fauorabiliorem. 221.

Conſuetudo legi æquiualet. 230.

Conſuetudo in iuribus,& rebus Eccleſiæ ſeruanda eſt etiam contra ius commune. 230.

Contractus innominati an ſint debiliores innominatis. fol. 66.& ſeq.

In Contractibus innominatis ſola conuentio non inducit obligationem niſi re ſequuta; ſecus in nominatis.ib.

A Contractu innominato poteſt quis rece... e ante implementum: non ſic à nominato. ib.

Per Contractum innominatum obligatus,ſi contractum non perficiat,an teneatur ad intereſſe. 68.

Contractus locationis,& venditionis non tam verbis, quam conſenſu perficiuntur. 110.& ſeq.

Contractus non ex verbis, ſed ex rei effectu ſpeciem ſumunt. 220.

Contractus non valet niſi contrahentes in corpore conueniant. 272.

Quid ſi in corpore conueniant, diſſentiant tamen in qualitate,aut alia quauis conditione. ib.

Creditor confeſſus ſibi ſolutum fuiſſe quod non fuit; vel qui inſtrumentum reddidit debitori, habet triginta dierum præſcriptionem ad ſe defendendum, 162

Creditor rem alienam ſibi obligatam poſſidens,quadraginta annorum ſpatio præſcribit. 166

Creditor ex inæqualibus cauſis quomodo computare debeat ſummam receptam. 234

Creditor poteſt ob debitoris moram petere intereſſe lucri ceſſantis. 247

Creditor,qui, debitore offerente,non vult accipere; aſſumit in ſe periculum rei,quæ ſi pereat,ipſi perit. 327

Creditor moram purgare poteſt, interpellando iterum debitorem. ibid.

Culpa lata dolo æquiparatur. 231

Cum quandoque eſt clauſula conditionalis. 298

Curatori competit quinquaginta dierum preſcriptio ad ſe excuſandum à cura. 162

Cura-

Curator furioſi an poſſit eius nomine hæreditatem adire & bonorum poſſeſsionem petere. 199

D

DEbitor ſuum debitorem creditori cædens, an à debito abſoluatur. 271
Debitor tribus modis poteſt in mora conſtitui, qui explicatur. 287
Debitor minoris ſemper dicitur eſſe in mora. ibid.
Debitor, qui fuit in mora, tenetur de rei interitu. 288
Debitor, qui fuit in mora, obligatur ad valorem quantiplurimi. ibid.
Debitor alicuius rei ſine pęna, ſi eſt in mora, ad eam tenetur: ſi ſit debitor cum pęna, & ſit in mora, debere deſinit & tenetur ad pœnam. 310
Decretum quid ſignificet. 32
Decretum vbi eſt neceſſarium, an poſſit cauſa expediri per libellum. 31. & ſeqq.
Decretum vnde dictum 201
Decretum ſignificat quidquid decernitur à Iudice, aut ab alio habente iubendi poteſtatem. 262
Decretū interponitur cauſa cognita, & pro tribunali. ibid.
Decuriones quinã ſint. fol. 90. Nõ poſſunt eſſe plebey. ibid.
Dedititij quinam dicebantur antiquitus. 180
Deſenſores ciuitatū quinã dicebantur apud antiquos. 90
Non gerebant magiſtratum. ibid.
Qua ratione à Duumuiris differebant. ibid.
Delegatus an poſsit ſubdelegare. 173
A delegato ad delegantem appellatur, non è contra. ibid.
Delegatus non habet iuriſdictionem propriam, ſed fungitur aliena. 175
Deportationis pęna eſt pœna principalium perſonarū. 36
Ideo ſolus Princeps, non autem eius Præſes poteſt hac pœna punire. 34. ſeqq.
Deportatio parit mediam capitis diminutionem. 34
Depoſitarius rem depoſitatam vendens, fur eſt; & ſi eam redimat, non euitat, quin ſit fur. 295

Dicis

Dicis cauſa quænam ſit,explicantur. 2
Dies vtiles conſiderandi ſunt in bonorum poſſeſsione danda. fol. 200. Vbi quinam ſint dies vtiles explicatur.
Digeſtorum libri cur ſic dicti. 17
A quo fuerint compilati.ibid.
Cur in ſeptem partes diſtributi. 20
Diſpoſitio ſub conditione loquens, formam actus ſignificat. 249
Diſpoſitionis verba nil continere debent otioſum. ibid.
Diſpoſitio non annullatur per turpem conditionem adiectam. 262
Diſtributiuum *Quiſquis*, qua ratione differat a relatiuo *quis*. 212
Diſtributiuum *Quiſquis* poteſt comprehendere & vnum, & plures eiuſdem generis. ibid.
Doctores ſunt veluti ſtellæ,ac ſplendor firmamenti. 146.
Doctori aliquid aſſerenti credendum eſt, niſi contrarium probetur in iure. 147
Doctores, qui per viginti annos in aliqua Academia publicè profeſſi ſunt, Comitatus honore inſigniuntur, & Comites Palatini,atque illuſtres appellantur. fol. 146.& ſeqq.
Dignitates,ac prærogatiuas omnes conſequuntur, quibus fruuntur viri Illuſtres. 148.
Donatio non poteſt fieri inuito. 224
Donatio ex turpi cauſa facta valida eſt 262
Dotis fauore duo conrei conſtitui ſimul poſſunt. 218
In Dote prælegata an locum habeat clauſula vulgaris. fol.9.& 10.
Dotis partem non petendæ pactum,mulieri nocere non debet. 218
Ideoque etiam pro ipſius partis reſtitutione agi poteſt aduerſus fideiuſſorem.ibid.
Dos ſuccedit loco legitimæ. 225
Duumuiri quinam erant apud antiquos. 89.vbi æthymologiæ ratio explicatur.
Duumuiri maiores erant Decurionibus. 90

Eccle-

INDEX.

E

Eccleſiarum reparationi tenentur beneficiarij ex fru-ctibus beneficij, niſi adſit conſuetudo, vt populus reparet. 229.& ſeqq.
Eccleſiæ in iuribus ſeruanda eſt conſuetudo, etiam contra ius commune. 230
Emphyteuſis triplex ſpecies declaratur. 140
Emphyteutæ competit duorum menſium præſcriptio, vt poſſit vendere poſſeſſionem infra duos menſes poſt denunciationem Domino factam. 162
Emphyteuta non poteſt purgare moram, ſi Dominus penſionem non recepit. 307
Emens rem vitioſam, aut non integram pro bona,& integra, qua actione iuuetur. 273
Emens rem veterem pro noua, iuuatur actione redhibitoria. 273.& ſeqq.
Vbi fusè de actionibus, quę malè ementi cōpetunt. ib.
Emens tenetur ſuis expenſis aſportare rem emptam. 277
Epiſcopus poteſt abſque conſenſu Rectoris, vel Capituli bona Eccleſiæ alienare in ipſius Eccleſiæ vtilitatem. 232.& 233.
Equum ornatum vendens, poteſt intra biduum ornamenta repetere: tranſacto autem biduo, ornamenta emptori pręſcribuntur. 161
Equum ſenem pro iuuene, vel infirmum pro ſano emens, qua actione iuuetur. 173
Expreſſio eius, quod tacite ineſt, nihil operatur. 256
Ex promiſſio quid ſit; quid expromiſſor. 100

F

Falcidia quid ſit, explicatur. 78
Feuda nullo tempore præſcribuntur. 166
Fideicommiſſum importatur quando pater prohibet filio nè teſtetur, donec ei liberi naſcantur. 258
Filius ſine cauſa exhæredatus, rumpit teſtamentum. 42

Digitized by Google

Filij an naturali iure dici debeant legitimi, & diſtinctio in legitimos, & illegitimos ſit de iure ciuili. ibid. & ſeq.

Filius in quarta inſtitutus, non poteſt dicere nullum teſtamentum patris. 77

Filius eſt Dominus bonorum paternorum, nec poteſt illum abſque iuſta cauſa pater exhæredare. 77

Filiatio difficile probatur, nec eſt in poteſtate filij illam probare. 117

Ideoque non poteſt filius inſtitui hæres ſub conditione, ſi ſe filium teſtatoris probauerit. ibid.

Filius in vita patris compelli non poteſt ad legitimam accipiendam. 223

Filius non poteſt inuitus emancipari. ibid.

Filius non poteſt legitimam petere in vita patris, etiam ſi pater fuerit monachus effectus. ibid.

Filius, qui in vita legitimam accepit, non poteſt vltra eam petere alimenta. 225

Filijs etiam non in poteſtate conſtitutis debentur à patre alimenta, niſi habeant vnde viuant, & niſi aliquid commiſerint, ex quo exhæredari poſſint. ibid. & ſeq.

Filio ſeorſum à patre habitanti, an debeantur alimenta. 226. & ſeq.

Filius eſt creditor patris in legitima. 245

Filij Gallorum negotiantur cum parentibus, & valet contractus. 452

Filius de mandato patris aliquod delictum non atrox committens, non tenetur ad pœnam, ſed ad illam tenetur pater. 455

Filius poteſt abſque patris conſenſu contrahere matrimonium. ibid.

Filius non poteſt condere teſtamentum nec etiam conſentiente patre, niſi de peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi. ibidem.

Filius ſibi acquirit quoad proprietatem; quo verò ad vſumfructum acquirit patri. 457

Filij peculium non publicatur ſi committat aliquod delictum, ob quod bona veniunt publicanda, quia pertinet ad patrem. 458

Non

Digitized by Google

Non tamen ideò publicatur ſi delictum committat pater, ob quod bona veniunt publicanda. ib.
Filius in vita patris eſt quaſi Dominus bonorum paternorum, & poſt mortem continuatur dominium. 459
Fiſci res non continentur appellatione publici 137
Fiſcus rem alienam vendens, intra quadriennium poteſt à verò Domino conueniri. 164
Flagitium quid ſit. 262
Fortè, non ſemper eſt clauſula dubitatiua, ſed quandoque ſtat exemplificatiuè, & idem eſt ac v.g. 133.
Fur ſemper dicitur eſſe in mora reſpectu rei furtiuæ. 287
Furtiua re à Domino alienata, non poteſt dominus ampliùs condicere à fure. 300
Furioſus, ſeu eius curator, an poſſit hæreditatem adire, & ad bonorum poſſeſſionem admitti. 199
De furto tenetur, qui rem propriam furatur, exiſtentem apud creditorem. 83
Frater an iure naturæ ſuccedat fratri in legitima. 45
Fratri in legitimam tantum vocato, inſtituta perſona turpi, an competat querela inoſficioſi teſtamenti. ibidem, & fol. 50.

G

GAlli an habeant ius patriæ poteſtatis in filios. 451
Gallorum filij non acquirunt patri ex peculio profectitio. 452
Gallorum filij negotiantur cum parentibus, & valet contractus. ib.
Gladij poteſtas quid ſit, & à quo originem habuerit. 351
Gladij pœna quænam ſit 352
Gladij poteſtas an includat cauſæ cognitionem. 356
Vbi tria tempora diſtinguuntur. ibid.
Gladij poteſtatem exercere eſt proprium meri imperij. fol. 377
Gratificatio locum non habet, niſi in caſibus in iure expreſſis. 215

Digitized by Google

Alienam rem ſi vendat fiſcus, poteſt intra quadriennium conueniri. 164.
Alimenta parentibus naturali,& ciuili iure debentur à filijs. 44.& 228.
Alimenta an naturali iure debeantur nepotibus. 44
Alimenta non debentur filio, qui ſponte in vita patris legitimam accepit. 225
Alimenta debentur à patre filijs,etiam non in poteſtate cõſtitutis; niſi tamen aliquid commiſerint, ex quo poſsint exhæredari;& niſi habeant vnde viuant. 225.& ſeq.
Alimenta taxanda ſunt à Iudice ſecundum qualitatem perſonæ,& quantitatem patrimonij 226.
Alimenta an debeantur filio habitanti ſeorſum à patre. ibidem.
Alimentorum appellatione comprehenduntur omnia, quæ victui,ſtudio,militiæ, & habitationi ſunt neceſſaria, & filijs,& eorum liberis,& vxoribus. 217.& 228.
Appellationi non eſt locus poſt dies decem à ſententia. fol. 161.
Si quis tamen viua voce velit appellare, debet id præſtare infra diem vnum. 160.
Appellatio eſt defenſio naturali iure hominibus conceſſa. fol. 220.
Appellatio ſemper cenſetur permiſſa, niſi expreſsè prohibeatur.ibid.
Appellatio non poteſt tolli per Principẽ, nec per ſtatutum, nec per conſuetudinem. 221.
Appellatio datur à ſententia Præfecti Claſſis maritimæ Regni Neapolitani,ad S.R.Conſilium. 210.
Appellatio reſcindit ſententiam latam, & omnia ante acta, præter litis conteſtationem. 313.
Arbiter an poſſit eligi furioſus, ſurdus, mutus. 12.
Arrogare non poteſt quis ante annum decimum octauum. fol. 165.
Arrogato per Principem competit ſexagenaria præſcriptio. fol. 166.
Ars eſt rei cuiuſque ſcientia,vſu, vel traditione,vel ratione præcepta tradens, ad aliquem vſum vitæ neceſſaria: fol. 113.vbi

Digitized by Google

113.vbi aliæ Artis definitiones recenſentur.
Ars vnde dicta: nominis æthymologia explicatur. ib.
Artificium eſt artis exercitium. ib.
Aut eſt clauſula non modo diſtinctiua, ſed etiam aduerſatiua fol. 107.

B

Bona vacantia fiſco denunciata, quanto tempore præſcribantur ab eo, qui illa vi detinet. 164.
Bona emphyteotica ab auo acquiſita pro ſe, & liberis deſcendentibus, feruntur etiam ad nepotes. 186.
Alienari non poſſunt abſque conſenſu domini. ib.
Subiacent reſtitutioni. ib.
Bona propriè dicuntur facultates, quæ ſuperſunt, deducto ære alieno. 188.
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ appellata, quænam ſit, & an à cæteris differat. 69. & ſeqq.
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ datur perſonis, quibus competit querela inofficioſi teſtamenti, & ibidem & fol. 73.
Imò eſt præparatoria ad querelam inofficioſi teſtamēti. ibidem.
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ, an ſit neceſſaria filijs emancipatis. 75. & 76
Bonorum poſſeſſionem petens iure conſanguinitatis, habet præſcriptionem centum dierum. 162
Bonorum poſſeſſio contra tabulas non datur, niſi ſit validum teſtamentum. 101.
Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ an ſit neceſſaria filijs emancipatis. 75. & 76.
Bonorum poſſeſſionem potens iure conſanguinitatis, habet præſcriptionem centum dierum. 162.
Bouorum poſſeſſio decretalis, & edictalis explicatur. 193.
Bonorum poſſeſſio decretalis vnde dicta. ib.
Bonorum poſſeſſio contra tabulas peti non poteſt quandiu poſthumus eſt in ventre. 195.
Bonorū poſſeſſio non datur aliter, quàm pro tribunali. 193
Bonorum poſſeſſiones aliædantur cauſa cognita, aliæ cauſa

non cognita.fol. 194.
Item aliæ ex decreto,aliæ ſine decreto.ib.
Item aliæ ordinariæ,aliæ extraordinariæ.ib.& fol. 200.
Bonorum poſſeſſiones ordinariæ dantur abſque decreto. fol. 203.
Bonorum poſſeſſio ordinaria æquiparatur hæreditati. ib.
Bonorum poſſeſſio decretalis differt ſpecie ab edictali. fol. 204.
Bonorum poſseſſio decretalis repudiari nõ poteſt,edictalis poteſt. 205.
Bonorum poſseſſio edictalis amititur tranſacto tempore. ibidem.
Bonorum poſseſſio Carboniana & facti,& iuris eſt. 206.
Bonorum poſseſſio iuris eſt; ſi verò verbis trãſpoſitis proferatur Poſseſsio bonorum,ſignificatur illa,quæ eſt facti. fol. 207.
Bona hæreditaria ab hæreditate differunt. 248.
Beneficiarius tenentur ex fructibus beneficij conferre ad reparationem Eccleſiæ, deductis prius neceſsarijs ad victum,& veſtitum.fol. 229. Niſi tamen adſit conſuetudo, ut populus reparet. 230.
Beneficiarius poteſt cum conſenſu patroni ſucceſsorem eligere,ſi adſit conſuetudo. 230.
Beneficium nunquam cum alterius iniuria conceditur. fol. 297.

C

CAſtratus quiſnam ſit. 127.& 129.
An poſſit poſthumum hæredem inſtituere. ibidem & ſeqq.
Caſtrandum ſe ſponte exhibens,capitali pœna punitur. 130.
Eadem pœna punitur,& medicus caſtrans, ib.
Cauſa finalis turpis vitiat ſtipulationem. 266.& ſeq.
Dummodo non concurrat ſimul alia cauſa honeſta. fol. 270.
Cauſa turpis non vitiat donationem. 262.
Cauſa nulla,& cauſa iniuſta æquiparantur. 264.

Cauſa

Cauſa turpis in ſtipulatione habetur pro non adiecta. 266.
Cenſu olim fiebat manumiſſio. 177.& ſeqq.vbi explicatur,quid ſit huiuſmodi cenſus. 178.
Circumcidens hominem capitali pœna punitur. 130.
Ciuitatum bona non dicuntur publica niſi abuſiuè. fol. 136.& 138.
Clerico an poſſit imponi conditio ſi ſine liberis. 219.
Cocus dicitur habere officium,non autem artificium,niſi ſit optimus Cocus. 112.
Cætera, Cæterum,ſunt voces relatiuæ, referentes id, quod ſuperiùs fuit expoſitum. 103.
Colluſio eſt plurium conſpiratio, & machinatio in fraudem alterius,& damnum facta. 91.
Comes Palatinus dicitur ille Doctor, qui viginti annorum ſpatio in aliqua Academia publicè profeſſus eſt. fol. 146.& ſeqq.
Appellatur illuſtris, & fruitur omnibus prærogatiuis, quibus fruuntur viri illuſtres.ib.
In commodato reſtituenda eſt eadem res,nec fieri poteſt cōpenſatio. 1.
Commodatum conſtitit tantum in corporibus 2.
Commodatum qua ratione dici poſſit de pecunia. ib.
Commodatum reuocari non poteſt ante finitum vſum rei commodatæ. 30.
Commodatum,ſi merces detur,tranſit in locationem. 142.
Compenſatio an fieri poſſit pro commodato. 1.& 3.
Et in quibus caſibus fieri poſſit.ib.
Compenſatio quid differat à Retentione. 3.
Conditio quandonam impleri debeat in forma ſpecifica. fol. 213.& 316.
Conditio turpis non vitiat diſpoſitionem; vitiat tamen ſtipulationem. 262.
Conditio habetur pro impleta,quando per alium ſtat, quominus impleatur. 300.
Confeſſio abſente parte regulariter non valet. 238.
Valet tamen fauore piæ cauſæ. 239.
Confeſſio extraiudicialis regulariter non valet; valet tamen ſi fuerit pluries geminata,& repetita. 238.& 239.

Con-

Dicis cauſa quænam ſit,explicantur. 2
Dies vtiles conſiderandi ſunt in bonorum poſſeſsione danda. fol. 200. Vbi quinam ſint dies vtiles explicatur.
Digeſtorum libri cur ſic dicti. 17
A quo fuerint compilati.ibid.
Cur in ſeptem partes diſtributi. 20
Diſpoſitio ſub conditione loquens, formam actus ſignificat. 249
Diſpoſitionis verba nil continere debent otioſum. ibid.
Diſpoſitio non annullatur per turpem conditionem adiectam. 262
Diſtributiuum *Quiſquis*, qua ratione differat a relatiuo *quis*. 212
Diſtributiuum *Quiſquis* poteſt comprehendere & vnum, & plures eiuſdem generis. ibid.
Doctores ſunt veluti ſtellæ,ac ſplendor firmamenti. 146.
Doctori aliquid afferenti credendum eſt, niſi contrarium probetur in iure. 147
Doctores, qui per viginti annos in aliqua Academia publicè profeſſi ſunt, Comitatus honore inſigniuntur, & Comites Palatini,atque illuſtres appellantur. fol. 146.& ſeqq.
Dignitates,ac prærogatiuas omnes conſequuntur, quibus fruuntur viri Illuſtres. 148.
Donatio non poteſt fieri inuito. 224
Donatio ex turpi cauſa facta valida eſt 262
Dotis fauore duo conrei conſtitui ſimul poſſunt. 218
In Dote prælegata an locum habeat clauſula vulgaris. fol.9.& 10.
Dotis partem non petendæ pactum,mulieri nocere non debet. 218
Ideoque etiam pro ipſius partis reſtitutione agi poteſt aduerſus fideiuſſorem.ibid.
Dos ſuccedit loco legitimæ. 225
Duumuiri quinam erant apud antiquos. 89.vbi æthymologiæ ratio explicatur.
Duumuiri maiores erant Decurionibus. 90

Digitized by Google

E

ECcleſiarum reparationi tenentur beneficiarij ex fru-ctibus beneficij, niſi adſit conſuetudo, vt populus reparet. 229. & ſeqq.
Eccleſiæ in iuribus ſeruanda eſt conſuetudo, etiam contra ius commune. 230
Emphyteuſis triplex ſpecies declaratur. 140
Emphyteutæ competit duorum menſium præſcriptio, vt poſſit vendere poſſeſſionem infra duos menſes poſt denunciationem Domino factam. 162
Emphyteuta non poteſt purgare moram, ſi Dominus penſionem non recepit. 307
Emens rem vitioſam, aut non integram pro bona, & integra, qua actione iuuetur. 273
Emens rem veterem pro noua, iuuatur actione redhibitoria. 273. & ſeqq.
Vbi fusè de actionibus, quę malè ementi cōpetunt. ib.
Emens tenetur ſuis expenſis aſportare rem emptam. 277
Epiſcopus poteſt abſque conſenſu Rectoris, vel Capituli bona Eccleſiæ alienare in ipſius Eccleſiæ vtilitatem. 232. & 233.
Equum ornatum vendens, poteſt intra biduum ornamenta repetere: tranſacto autem biduo, ornamenta emptori pręſcribuntur. 161
Equum ſenem pro iuuene, vel infirmum pro ſano emens, qua actione iuuetur. 173
Expreſſio eius, quod tacite ineſt, nihil operatur. 256
Ex promiſſio quid ſit; quid expromiſſor. 100

F

FAlcidia quid ſit, explicatur. 78
Feuda nullo tempore præſcribuntur. 166
Fideicommiſſum importatur quando pater prohibet filio nè teſtetur, donec ei liberi naſcantur. 258
Filius ſine cauſa exhæredatus, rumpit teſtamentum. 42

Filij an naturali iure dici debeant legitimi, & diſtinctio in legitimos,& illegitimos ſit de iure ciuili. ibid. & ſeq.
Filius in quarta inſtitutus,non poteſt dicere nullum teſtamentum patris. 77
Filius eſt Dominus bonorum paternorum, nec poteſt illum abſque iuſta cauſa pater exhæredare. 77
Filiatio difficile probatur, nec eſt in poteſtate filij illam probare. 117
Ideoque non poteſt filius inſtitui hæres ſub conditione, ſi ſe filium teſtatoris probauerit.ibid.
Filius in vita patris compelli non poteſt ad legitimam accipiendam. 223
Filius non poteſt inuitus emancipari.ibid.
Filius non poteſt legitimam petere in vita patris, etiam ſi pater fuerit monachus effectus.ibid.
Filius,qui in vita legitimam accepit, non poteſt vltra eam petere alimenta. 225
Filijs etiam non in poteſtate conſtitutis debentur à patre alimenta,niſi habeant vnde viuant, & niſi aliquid commiſerint,ex quo exhæredari poſſint.ibid. & ſeq.
Filio ſeorſum à patre habitanti, an debeantur alimenta. 226.& ſeq.
Filius eſt creditor patris in legitima. 245
Filij Gallorum negotiantur cum parentibus, & valet contractus. 452
Filius de mandato patris aliquod delictum non atrox committens,non tenetur ad pœnam,ſed ad illam tenetur pater. 455
Filius poteſt abſque patris conſenſu contrahere matrimonium.ibid.
Filius non poteſt condere teſtamentum nec etiam conſentiente patre, niſi de peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi. ibidem.
Filius ſibi acquirit quoad proprietatem;quo verò ad vſumfructum acquirit patri. 457
Filij peculium non publicatur ſi committat aliquod delictum, ob quod bona veniunt publicanda, quia pertinet ad patrem. 458

Non

Non tamen ideò publicatur ſi delictum committat pater,ob quod bona veniunt publicanda.ib.
Filius in vita patris eſt quaſi Dominus bonorum paternorum,& poſt mortem continuatur dominium. 459
Fiſci res non continentur appellatione publici 137
Fiſcus rem alienam vendens, intra quadriennium poteſt à verò Domino conueniri. 164
Flagitium quid ſit. 262
Fortè,non ſemper eſt clauſula dubitatiua, ſed quandoque ſtat exemplificatiuè,& idem eſt ac v.g. 133.
Fur ſemper dicitur eſſe in mora reſpectu rei furtiuæ. 287
Furtiua re à Domino alienata, non poteſt dominus ampliùs condicere à fure. 300
Furioſus,ſeu eius curator,an poſſit hæreditatem adire, & ad bonorum poſſeſſionem admitti. 199
De furto tenetur, qui rem propriam furatur, exiſtentem apud creditorem. 83
Frater an iure naturæ ſuccedat fratri in legitima. 45
Fratri in legitimam tantum vocato, inſtituta perſona turpi,an competat querela inofficioſi teſtamenti. ibidem, & fol.50.

G

GAlli an habeant ius patriæ poteſtatis in filios. 451
Gallorum filij non acquirunt patri ex peculio profectitio. 452
Gallorum filij negotiantur cum parentibus, & valet contractus.ib.
Gladij poteſtas quid ſit,& à quo originem habuerit. 351
Gladij pœna quænam ſit 352
Gladij poteſtas an includat cauſæ cognitionem. 356
Vbi tria tempora diſtinguuntur.ibid.
Gladij poteſtatem exercere eſt proprium meri imperij. fol. 377
Gratificatio locum non habet, niſi in caſibus in iure expreſſis. 215

INDEX.

H

HAereditas aditur abſque decreto. 203
Hæreditas materna adita per filium, non dicitur amplius hæreditas materna, ſed filij patrimonium 242
Hæreditas qua ratione differat à bonis hæreditarijs. 248
Hæredi inſtituto accreſcit portio hæreditatis non aditæ. fol. 47
Hæres ſtatim efficitur, qui teſtamentum rumpit per querelam inofficioſi teſtamenti. 76
Hęres non poteſt inſtitui ſub conditione, quæ non ſit in poteſtate ſua. 117
Hæres defuncti habet nouem dierum præſcriptionem, vt non poſſit ex perſona defuncti conueniri, niſi poſt nouem dies à morte illius. 161
Hæredi dicenti ſe repudiaturum, datur præſcriptio trium menſium. 162
Hæredes æquis partibus ſi non conueniant apud, quem cautiones hæreditariæ eſſe debeant, res ſorte deciditur. fol. 211
Hæres in re certa, dato alio vniuerſali cohærede, cenſetur legatarius, quoad onera hæreditaria; eſt tamen verus, hæres quoad excluſionem à quęrela nè rumpatur teſtamentum. 246
Hoſpitandi officiales, aut milites onus, non debet pauperibus imponi. 37

I

IAcobus Cuiacius Iureconſultus laudatur, alijſque Iuris interpretibus præfertur. 159
Imperium merum non poteſt delegari 32
Imperium latiſſimè acceptum, tum publicam, tum priuatam poteſtatem continet. 346
Non differt à iuriſdictione latiſſimè ſumpta. 347
Imperij plures definitiones recenſentur, & confutantur. tum vera traditur definitio. 347. & 348.

Impe-

Digitized by Google

INDEX.

Imperium merum nullam comprehendit iuriſdictionem; ſed eſt ab ea omnino ſeparatum 336
Imperium merum cur ſic dictum. 348.& ſeqq.
Imperij meri definitiones traduntur, & explicantur à fol. 350.ad 357.
Imperij meri ſunt etiam ea delicta, quæ gladio non puniuntur. 352
Imperium merum an includat cauſæ cognitionem. 356
Vbi tria tempora diſtinguuntur.
Imperium merum olim fuit apud Prætores, Præfectos, Præſides Prouinciarum:Profectum Auguſtalem;nunc eſt apud Supremos Principes, apud Magiſtratus, qui Prouincijs præſident, vel qui ex Principis conceſſione, vel præſcriptione illud conſecuti ſunt: vel apud Ciuitates liberas.à fol. 358.ad 361.
Imperij meri iuriſdictio, non ſolus vſus conuenit Proconſuli,&c. 361.& ſeq.
Imperij meri cauſæ. Delegari non poſſunt. 410
Imperium mixtum eſt, quod partem habet ab imperio, partem à iuriſdictione. 336
Imperium mixtum cur ſic dictum; plures recenſentur Doctorum opiniones. 371.& ſeq.
Imperium mixtum ſublata iuriſdictione remanet merum, fol. 372
Imperij mixti plures definitiones recenſentur. 374
Imperium mixtum qua ratione coniunctum ſit iuriſdictioni. 374
Imperium mixtum apud quos olim fuerit, & apud quos nunc ſit,recenſetur.ibid.
Imerij mixti cauſæ delegari non poſſunt. 410.
Impoſſibile dicitur, quod ſiue à natura, ſiue à lege fieri prohibetur. 263
Impoſſibile promitti non poteſt. ib.
Incertitudo an vitiet obligationem. 293
Incerti promiſſio an,& quando obliget. 294
Inſtitutionis titulus honorabilior eſt, & vtilior cæteris, quibus aliquid in teſtamento relinquitur. 47
Inſtitutionis titulo vocatus habet ius accreſcendi reſpe-

ctu

ctu hæreditatis non aditæ; ſecus ſi alio,quàm inſtitutionis titulo vocetur.ib.
Inſula ſignificat locum aqua circundatum. 292
Inſula eſt pars illius continentis,cui adhæret,vel à quo non diſtat plus centum milliarijs.ib.
Inſulæ omnes ſubduntur Præfecto illius prouinciæ, à quo non diſtant plus centum milliarijs.ib.
Inſula ſignificat etiam propriè ædificium, quod ſuis muris cingitur,nec alios habet adhærentes ib.
Intereſſe quid ſit,eius definitio explicatur. 53.& ſeq.
Intereſſe nominatim, vel innominatim petere quid ſit,explicatur. 58.& ſeq.
Intereſſe lucri ceſſantis poteſt creditor petere ob debitoris moram. 247
Interuſurium quid ſit. 64
Inuentarium infra duos menſes debet terminari. 162
Inuentarium incipiendum eſt infra triginta dies à morte teſtatoris: quibus tranſactis ſi velit hæres inuentarium facere non auditur. 315
Inueſtituram non petens intra annum,& diem,ampliùs petere non poteſt. 303
Inuitus propriè quiſnam dicatur. 3
An dicatur de pueris,& furioſis.ib.& ſeq.
Iudæis rigor iuris eſt obſeruandus. 294
Iudęum eſſe eſt delictum.ib.
Iudex delegatus an poſſit eligi furioſus. 11.& 12
Iudex delegatus quid diſtet ab Arbitro. 12
Iudex delegatus an poſſit refutare iudicium.ib.
Iudex ſi in ferendo ſententiam errauerit,eo tantùm die habet ſupplendi facultatem. 161
Iudicem ſuſpectum allegare volens habet viginti dierum præſcriptionem.ib.
Iudex ab officio depoſitus,habet viginti dierum præſcriptionem. ibid.
Iudex ab officio depoſitus, debet in eadem Ciuitate, vel Prouintia quinquaginta dies commorari. 162
Iudex datus Iudicem dare non poteſt. 376
Iudicio quis interuenire non poteſt ſine curatore ante an-

num

num vigeſimum quintum. 166
In iudicio hominem ſiſtere promittens, debet illum intra quinque dies prçſentare: quibus elapſis, non poteſt amplius præſentare. 161
Iudicio non poteſt quis pro alio interuenire abſque mandato. 204
Iudicia publica ſunt meri imperij. 352.& 400
Iuramentum impedit moræ purgationem. 303
Iuramentum non validat promiſſionem contra bonos mores. 263
Iuriſdictionem propriam non habens, non poteſt illam alteri demandare, etiam ſi ipſe iuriſdictionem alterius beneficio habeat. 175
Iuriſdictio latiſſimè,& latè ſumpta explicatur. fol 334.& ſeqq.
Iuriſdictio latè ſumpta eſt poteſtas iuris redendi, vel decernendi, vel iudicandi inter diſceptantes de ciuili,& criminali negotio. 339
Iuriſdictio latè ſumpta continet etiam cauſas criminales. fol. 339
Strictè autem eſt tantum in cauſis ciuilibus. 346
Iuriſdictio ſtrictè ſumpta differt ſpecie à notione. 343
Iuriſdictio vnde dicta. 334
Iuriſdictio latiſſimè ſumpta non differt ab imperio latiſſimè ſumpto. 347
Ius Gentium innititur iuri naturali. 40
Supra illud nil addit præter vſum omnium gentium. ibidem.
Ius naturale eſt immutabile, nec tollitur per ius gentium, aut ciuile, ſed declaratur. 41

L

LAici non poſſunt compelli ad reparationem fabricæ Eccleſiæ. 229
Lectica quid ſit. 15.& 16
Lecto legato, veniunt,& fulcra,& eius ornamenta. 276
Quæ tamen non veniunt quando lectus venditur, niſi

in venditione ipſa oſtendantur. 277
Legatorum dies vulgari modo prolatus explicatur. 9
Legata in ſecundo teſtamento relicta, ſunt irrita, ſi fiat caſus, vt primum teſtamentum ſeruari debeat. 119
Legatum relictum ei, qui primus talem conditionem impleuerit, ſi duo ſimul illam impleuerint, neutri debetur, fol. 210
Legatum vni ex decem libertis indeterminatè relictum, omnibus coniunctio debetur. 211
Legatum annuum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus annis eſt conditionale. 307
Legitima debetur filijs de iure ciuili, & naturali. 40
Legitima eſt portio hæreditaria ſine oneribus hæreditarijs fol. 41
Legitima an de iure naturæ debeatur etiam ſpurijs. fol. 42. & 43.
An eodem iure debeatur etiam fratribus. 45
Legitima relinquenda eſt titulo inſtitutionis. 46
Legitima eſt ſubſidium bonorum, quæ pater liberis pro alimentis relinquere tenetur. 77
Legitima non integra relicta filio, non rumpitur teſtamentum, ſed tantùm datur filio actio ad ſupplementum. 79
Legitima quota pars hæreditatis ſit. 78. & 79
Legitima dari non poteſt filio inuito viuente patre. 223
Legitima attenditur ſecundùm quantitatem bonorum, quæ reperiuntur tempore mortis patris. ibid.
Legitima non debetur filio, niſi ſit inſtitutionis titulo honoratus. 245
Legem condere non eſt actûs imperij, nec iuriſdictionis, ſed poteſtatis, ſeu permiſſionis. 378
Lex ciuilis in dubio Sacros canones imitatur. 422
Librum emens mendoſum, quo alius melioris conditionis inueniatur, habet actionem quanti minoris. 276
Libertatis amiſſio maximam parit capitis diminutionem. fol. 105
Libertas tenetur ſuo ſumptu operas Domino præſtare. fol. 79
Non poteſt tamen Dominus illum pactione obligare

vt

vt ſe alat. 80
Si tamen indigeat, tenetur Dominus ad alimenta. ib.
Libertus non poteſt in ius vocare Dominum ſine illius venia. 82
Libertatis cauſa fauorabilis eſt, & eius fauora plura diſpoſita ſunt contra regulas iuris communis. 239
Libertus, qui ſine venia dominum in ius vocauit, punitur pœna pecuniaria, vel pœna corporali, ſi pecuniariam præſtare non poteſt. 445
Litis conteſtatione fit melior conditio conteſtantis. 292
Litis conteſtatione fit nouatio, & noua acquiritur obligatio. ibidem.
Litis conteſtatio quid ſignificet, & vnde dicatur. ibid.
Litis conteſtatione impeditur purgatio moræ. ib.
Litis conteſtatio quando inducatur. ibid.

M

Magiſtratus municipales non poſſunt exercere ea, quæ ſunt mixti imperij. 420
Magiſtratus municipales poſſunt cognoſcere cauſas appellationum à ſententijs Iudicum à ſe datorum. 420
Magiſtratus municipales non poſſunt reſtituere in integrum. 430
Mandatum ſoluitur morte mandatarij 7
Mandatario vendente res Domini minoris, quàm valeant, quænam actio competat Domino. 8
An in eo caſu emens vſucapiat. ibid.
Manumiſſio triplex, ſcilicet Cenſu, Vendita, & Teſtamento declaratur. 177
Manumiſſi aliquo ex tribus modis prædictis, poterant teſtamento dare, & accipere. 179
Secus manumiſſi inter amicos, vel per epiſtolam; quorum bona manumiſſor occupare poterat per epiſtolam ſol. eod. & ſeq.
Manumiſſionis Decretum non eſt mixti imperij, nec ſimplicis iuriſdictionis, ſed ſolius poteſtatis. 442
Marito competit præſcriptio ſexaginta dierum ad accu-

ſandum adulterium vxoris. 162
Maritus,qui confeſſus eſt ſe recepiſſe dotem, quam non recepit,habet trium menſium præſcriptionem. ibid.
Mater à filio præt erita,facit teſtamentum nullum. 238
Mater debet intra annum petere tutorem filio impuberi, alioquin ab eius hæreditate excluditur. 315
Nec poſt annum poteſt petendo tutorem, purgare moram.ibid.
Matrimonium poteſt de iure canonico à filio contrahi diſſentiente patre. 455
Medicus hominem caſtrans capitali pœna punitur. 130
Membri abſciſſio an ſit meri,an mixti imperij. 379.& ſeq.
Membri abſciſſio an ſit pœna capitalis à fol. 380,ad 386
Menſura quæ eſt in loco contractus, ſeruanda eſt in venditione rei,quæ in menſura, & pondere conſiſtit, non autem menſura loci vbi ita eſt res vendita. 278
Metalli,& operis metalli pœna libertatem aufert, & maximam inducit capitis diminutionem. 105
Metalli pœna eſt meri imperij. 392
Militem nemo poteſt eligere ſine iuſſu Principis. 119
Milites ſtationarij dicuntur,qui vigilijs ſunt deputati. 158
Miles à militia dimiſſus,viginti annorum ſpatio præſcribit. fol. 165
Minor rem ſuam vendens,maior deinde effectus, poteſt illam intra quinquennium repetere; quinquennio tranſacto,non poteſt. 164
Miſſio in poſſeſſione ex ſecundo decreto, an ſit mixti imperij. 340.& ſeqq.
Mittere in poſſeſſionem quid ſit, & qua ratione differat à iubere poſſidere. 431
Miſſus in poſſeſſionem non efficitur Dominus, nec poſſeſſor. ibidem.
Mora quid ſit. 53
Vbi plures moræ definitiones traduntur.
Mora debitoris eſt illi nociua,adeò vt teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis. 247
Mora tripliciter à debitore contrahi poteſt. 287
Mora facit vſuras currere in iudicijs bonæ fidei. 287

Mora

Digitized by Google

Mora facit debitorem teneri de rei interitu. 278
Mora debitorem obligat ad valorem quanti plurimi. ibidem.
Moræ purgatio impeditur litis conteſtatione. 292
Mora in quibus caſibus non poſſit purgari. 294.& ſeq.
Mora habetur pro purgata quando per creditorem ſtat quominus purgetur. 300
Mora non purgatur quando dies, & pœna contractui adijcitur. 306
Moram non poteſt contrahere, qui non eſt in obligatione. fol. 307
Mora purgatur ſolutione rei,quæ debetur. 308
Moræ purgatio iuramento impeditur.ibid.
Mora purgatur vſque ad litis conteſtationem quãdo obligationi non apponitur dies,neque pœna. 309
Quod ſi apponatur, & non pœna, purgatur poſt modicum tempus,quàm dies venit. ibid.
Si apponatur pœna, & non dies, purgatur vſque ad litis conteſtationem. ibid.
Moram purgare non poteſt qui à Iudice monitus non ſeruat intra annum diſpoſita à teſtatore. 314
Mora an poſſit purgari poſt litis conteſtationem. fol. 316.& ſeqq.
Mora non poteſt purgari in cauſa appellationis. 319
Moram duplicem non poteſt quis contrahere. 323
Mora creditoris operatur,vt res debita ſi pereat, ipſi creditori pereat. 327
Mora an poſſit purgari quoad ius quærendum. 327
Mora non purgatur ſecuta executione. 315
Multa quid ſit,& qua ratione differat à pœna. 397
Mulctam irrogare qui poſſint. 397
Mulctam indicere eſt meri imperij. 397.& ſeqq.
Diſtinguuntur duo caſus. 403.
Mulier pro exactione dotis quanto tempore præſcribat 163.& 164.

INDEX.

N

NAtura non deficit in neceſſarijs, neque abundat in ſuperfluis. 133
Negatiua clauſula negat omnem potentiam, & plus negat, quàm affirmatiua affirmat. 407
Negligens præſumitur is, qui omittit id, ad quod ſcit ſe teneri. 242
Nepotum ſucceſſio an ſit de iure naturæ. 43. & ſeq.
An eodem iure illis debeantur alimenta. ibid.
Nepotes æquiparantur filijs. 44
Nepotes comprehenduntur in clauſula *Liberis, & Deſcendentibus*. 186
Nepotes non poſſunt repudiare hæreditatem patris, & ſuccedere Auo. ibid.
Nepos ſine cauſa præteritus rumpit Aui teſtamentum. fol. 246
Notio eſt nuda cauſæ cognitio, & competit ijs, quibus nullam conceſſa eſt iuriſdictio. 343
Latè tamen complectitur iuriſdictionem. ibid. & ſeq.
Nullitatis cauſa eſt mixti imperij, vel iuriſdictionis, prout eſt cauſa principalis. 423
Nullitas æquiparatur appellationi, & nullitatis ſententiæ exceptio executionem ſicuti appellatio. 423
Nuptiæ vnde dictæ. 167

O

OBligatio non eſt niſi inter volentes. 4
Obligatio an vitietur incertitudine. 293. & ſeq.
Obligatio naſci non poteſt ante impletam conditionem. fol. 307
Officia, & honores continuari non debent abſque interuallis. 85
Officia ſunt quæ ſine arte, & magiſterio ſiunt, quæ cura, & diligentia potius expediuntur, (non tamen ſine labore) quàm ingenio, & arte. 113

Offi-

Officium, vnde dicatur. ibid.
Operæ aliæ ſunt obſequiales, aliæ fabriles, aliæ artificiales. fol. 81
Operæ obſequiales aliæ ſunt in faciendo, aliæ in non faciendo. ibid.
Operæ aliæ officiales, aliæ artificiales. 81
Operę artificiales alię fabriles alię non fabriles. ibid.
Optime legata, & facta à legatario electione, non poteſt amplius electio variari. 315
Oratio indefinita æquiualet vniuerſali. 210

P

PActa ſeruanda ſunt. 106
Pandecta quid ſignificet. 16. & ſeq.
Pandectarum libri cur ſic inſcripti. ibid.
Parentibus debentur alimenta à liberis naturali iure. 44
Pater non poteſt filium hæreditate priuare abſque iuſta cauſa. 77
Et ſi id fecerit, amens præſumitur. 42. & 48
Et huiuſmodi teſtamentum rumpitur per querelam inofficioſi teſtamenti. ibid.
Pater non poteſt in vita ſua legitimam dare filio inuito. fol. 223
Pater non poteſt filium inuitum emancipare; ſicut nec cogi poteſt ad emancipandum. ibid.
Pater præſtare tenetur alimenta filijs etiam non in poteſtate conſtitutis. 225
Limita niſi aliquid commiſerint, ex quo exhæredari poſſint; & niſi aliunde habeant vnde viuant. ibidem, & fol. ſeqq.
Patrem vt rem Sacram debet filius æſtimare. 453
Pater poterat olim impunè occidere filios ſub poteſtate conſtitutos. ibid.
Nunc id patri permittitur ſolum quando filium in adulterio deprehendit, quod tamen non procedit in filia emancipata. ibid.
Pater vrgente fame poteſt vendere filium. 454

Patre petente à Iudice vt Filium in carcerem, vel triremẽ conijciat ob irrogatam ſibi offenſam; Iudex debet id exequi. 454
Patris conſenſus de iure canonico non eſt neceſſarius ad filij matrimonium. 455
Pater poteſt pupillariter ſubſtituere filio impuberi, quem habet in poteſtate. 456
Pater habet vſufructum in bonis filij. 457
Patria poteſtas Romanorum moribus, & conſuetudine fuit introducta. 451
Patriam poteſtatem an habeant Galli in ſuos filios. ibid.
Patria poteſtas in iure appellatur ſacra. 452
Patria poteſtas, quot modis ſoluatur. 460
Patria poteſtas in quibus caſibus non curetur. ibid.
Pecunia an poſſit aliquando dici commodata. 2
Pecunia rerum mobilium appellatione continetur. 216
Pecunia ſub immobilium diſpoſitione non comprehenditur niſi vbi ad immobilium emptionem deſtinatur. 217
Pecuniæ valore mutato an debeat attendi valor, qui erat tempore contractus; an potius ille, qui eſt tempore reſtitutionis, vel ſolutionis latè. 278. & ſeqq.
Vbi diſtinguuntur quatuor caſus.
Pecuniariæ cauſæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis. 444
Pecuniaria cauſa excedens ſummam trecentorum aureorum, à maioribus tantùm Iudicibus cognoſci poteſt. ibidem.
Pecuniaria pœna in viris plebeijs non eſt minor pœna corporali. 445
Plagium quid ſit. 262
Pœna intrinſeca, & extrinſeca explicatur. 312
Pœna grauior debetur peccanti in legem, quam peccanti in hominem. ibid.
Pęna capitali damnatus teſtari non poteſt. 379
Pœna capitalis tranſigi poteſt. 380
Pœna capitalis triplex eſt, ſcilicet mortis, amiſſionis ciuitatis, & amiſſionis libertatis. ibid.
Pœnarum tres gradus recenſentur. 384
Pœnæ capitales ſunt meri imperij. 386

Pęna

Digitized by Google

Pœna qua ratione differat à mulcta. 397
Pœna legis Iuliæ eſt meri imperij. 405
Pœna corporalis non imponitur viro nobili pro pecuniaria; imponitur tamen plebeio. 445
Pęna corporalis leuis in viro plebeio non eſt minor pęna pecuniaria. ibid.
Pœna pecuniariæ in corporalem mutatio an ſit iuriſdictionis, an imperij. ibid.
Pęna pecuniaria dicitur corporalis conſiderata potentia, & futuro euentu. 446
Poſthumis in ſecundo teſtamento inſtitutis, cum additione, quod ſi poſthumi non naſcantur, valeat primum teſtamentum, ſi poſthumi non naſcantur, fiunt irrita cætera diſpoſita in ſecundo teſtamento. 119
Poſthumus an poſſit hæres inſtitui à ſene, vel ab eo, qui difficulter generari poteſt. 126. & ſeq.
Item an poſſit inſtitui à ſpadone, vel caſtrato. ibid.
Poſthumus eſt, qui poſt mortem teſtatoris naſcitur. 130
Poſthumus exhæredatus, ſi viuo teſtatore naſcatur, etiam exhæredatus præſumitur. 131
Poſthumorum vna tantùm eſt ſpecies, nec benè quinque ſpecies enumerat accurſius. 131
Multæ tamen perſonæ ſunt poſthumorum loco. ibid.
Poſthumis nil antiquitus relinquebatur, & diſpoſitio de illis facta nullum ſortiebatur effectum. 251
Poſthumus ſuus quiſnam dicatur, quis alienus. 253. & 254
Poſthumus aui non dicitur, qui poſt aui mortem conceptus eſt. ibid.
Poteſtas latiſſimè, latè, & ſtrictè ſumpta explicatur. 376
Præmium promiſſum primò ingredienti caſtrum, ſi duo ſimul ingrediantur, cuinam debeatur. 209
Præmium promiſſum primo currenti, ſi vnus ſolus currat, ei debetur. 214
Quid ſi duo ſimul currant, ei iterum debeat fieri concurſus, an ij duo ſolum ad illum admittendi ſint; vel etiam alij, qui prius cucurrerunt. Et an poſſint admitti etiam alij, qui non cõcurrerunt. 215. remiſſiuè
Præſcriptio non datur ad obtinenda loca iuriſgentium pu-

publica. 137
Præſcriptio viginti horarum datur volenti detinere adulterum cum vxore deprehenſum. 160
Præſcriptio vnius diei datur ei,qui viua voce velit appellare,quo exacto requiritur libellus. ibid.
Præſcriptio duorum dierum datur ementi equum ornatũ, aduerſus venditorem ornamenta repetentem. 161
Præſcriptio trium dierum datur aduocato ad ſuum errorē corrigendum. 161
Præſcriptio quinque dierum datur ei, qui promiſit hominem in iudicio ſiſtere: quo termino elapſo, non poteſt ampliùs præſentare. ibid.
Præſcriptio nouem dierum datur hæredi, vt non poſſit niſi poſt nouem dies à morte ex perſona defuncti conueniri ibidem.
Præſcriptio decem dierum datur appellare volenti. ibid.
Præſcriptio viginti dierum,datur ei,qui oblato libello in iudicio vocandus eſt. ibid.
Eodem tempore præſcribit,qui Iudicem ſuſpectum allegare vult. ibid.
Eadem quoque præſcriptio competit Iudici ab offitio depoſito. ibid.
Præſcriptio triginta dierum datur creditori, qui confeſſus eſt ſe recepiſſe,quod non recepit; vel qui inſtrumentum reddidit debitori. 162
Eadem præſcriptio competit ei, qui vſus eſt via, vel qui vectigal non ſoluit. ibid.
Præſcriptio quinquaginta dierum datur ei, qui ſe à tutela: vel cura vult excuſare. ibid.
Præſcriptio duorum menſium datur ad torquendos ſeruos poſt miſſionem repudij. ibid.
Eadem præſcriptio datur emphyteutæ,vt poſſit vendere poſſeſſionem infra duos dies poſt denunciationem Domino factam. ibid.
Præſcriptio ſexaginta dierum competit marito ad accuſandum adulterium vxoris. ibid.
Præſcriptio centum dierum competit petenti bonorum poſſeſſionem iure conſanguinitatis. ibid.

Præſcriptio trium menſium datur hęredi dicenti ſe repudiantur. ibid.

Eadem præſcriptio datur marito, qui confeſſus eſt ſe recepiſſe dotem, quam non recepit. ibid.

Præſcriptio quatupr menſium datur contra tutorem, vel curatorem, qui cauſam reſtitutionis non peregit. fol. 163

Præſcriptio quinque menſium eſt de eo, qui redimere poteſt ab emptore. ibid.

Præſcriptio ſex menſium eſt in redhibitoria. 162

Eadem præſcriptio eſt in eo, qui impetrauit dilationem. ibidem.

Eadem etiam præſcriptio datur contra accuſatorem mulieris de adulterio. ibid.

Præſcriptio nouem menſium datur producenti teſtes ex partibus vltra marinis. ibid.

Præſcriptio decem menſium datur contra eum, qui deperiurio arguitur. ibid.

Præſcriptio vnius anni datur ad bonorum poſſeſſionem petendam. ibid.

Eadem præſcriptio datur in venditione meticuloſa. ibidem.

Item de eo, qui in fraudem creditoris alienauit omnia bona ſua. ibid.

Præſcriptio duorum annorum datur in literarum obligatione. ibid.

Præſcriptio trium annorum datur in rebus mobilibus. ibidem.

Præſcriptio quatuor annorum competit ei, qui vi poſſidet bona vacantia fiſco denunciata, propter negligentiam fiſci. 164

Eadem præſcriptio datur contra fiſcum vendentem rem alienam. ibid.

Præſcriptio quinque annorum competit quando quis vult agere querela inofficioſi teſtamenti. ibid.

Eadem datur contra maiorem petentem rem, quam vendidit cum eſſet minor. ibid.

Præſcriptio nouem annorum eſt quando alimenta ſimpli-

citer relinquuntur. fol. 164
Præſcriptio decem annorum datur in rebus immobilibus inter præſentes. ibid.
Eadem decem annorum præſcriptio eſt contra eum, qui ſeruitute, vel vſufructu vſus non eſt. ibid.
Præſcriptio viginti annorum competit militi à militia dimiſſo. 165
Præſcriptione quadragenaria iuuatur creditor aduerſus debitorem cuius bona hypothecata retinet. 166
Præſcriptio ſexaginta annorum competit arrogato per Principem. 166
Præcarium an reuocari poſſit ante conſtitutum diem. 29 & 139.
Præcario dans retinet dumtaxat dominium, ſed transfert poſſeſſionem. 139
Præcarium eſt ad beneplacitum concedentis. 139
Hoc tamen non procedit de iure canonico. ibid.
Præcarium iuris canonici tranſit in perpetuam emphyteuſim. 140
Promiſſio fieri non poteſt de impoſſibili. 263
Promiſſio contra bonos mores eſt de impoſſibili. ibid.
Promiſſio contra bonos mores non firmatur iuramento. ibidem.
Promiſſio facta alicui vt, à maleficio abſtineat, nullam parit obligationem. 269
Promiſſio rei incertæ an, & quando valeat. 294
Promiſſio generis generaliſſimi nõ valet; valet tamen promiſſio ſpeciei. 294
Promiſſio rei incertæ valet fauore alimentorum, vel fauore piæ cauſę, vel quando aliunde poteſt verificari. ibidem.
Publicatio bonorum ex cauſa vſurarum an fieri poſſit per Barones. 243
Publicatio bonorum in pænam eſt de regalibus, & non venit in generali conceſſione. 244
Publicum quid ſit. 135 & ſeqq.
Vbi variæ publici definitiones recenſentur.
Publica non ſunt, quæ ſunt ciuitatum; quamquam abuſiuè oppoſitum dicitur. 136

Pu-

Publica loca iuriſgentium nulla longa poſſeſſione præſcribuntur. 137
Publici appellatione non veniunt res fiſcales. ibid.

Q

QVaſi eſt dictio quandoque vrritatem exprimens. 310
Quærela inofficioſi teſtamenti quid ſit. 48
An competat fratri à fratre in legitima tantùm vocato. inſtituta perſona turpi. 45
An filio ſine iuſta cauſa exhæredato. 42
Querela inofficioſi teſtamenti introducta eſt à iure ciuili. fol. 48
Quæſtio facti ſorte dirimi non poteſt niſi partibus conſentientibus. 215
Quod aduerbium quandoque ſignificat *Quia*; quandoque ſignificat ſed, & ſtat aduerſatiuè. 134
Quoque ex dictio ampliatiua, & diuerſifiat caſus, ad quos ex ratione identitatis fit extenſio. 255

R

REcognitio ſententiæ ex ſupplicatione an ſit mixti imperij, an iuriſdictionis, an poteſtatis. 423. & ſeq.
Relatiuum refertur ad proximè præcedentia. 92
Relatiuum *Qui* limitatè refert prout verba demonſtrant. fol. 132
Relatiuum *Qui* continet orationem indiſinitam. 210
Relatiuum *Qui*; qua ratione differat à diſtributiuo Quiſquis. 212
Relegatio eſt meri imperij. 387
Relegatiò eſt pæna capitalis impropriè. 388
Relegationis pæna enumeratur inter pæna legis Iuliæ. ibidem.
Relegatus habere poteſt domicilium in loco, à quo relegatur. 87
Relegare non poteſt *Præſes*. 88
Relictum alio, quàm inſtitutionis titulo non poteſt quis

conſequi ſi hæres ſcriptus hæreditatem non adiuerit.
Remedie iuris ſunt ſubſidia extraordinaria. 199
Repromiſſio quid ſit. 100
Res mobiles triennis præſcribuntur. 163
Res immobiles Decennio præſcribuntur inter præſentes. fol. 164
Reſtitutio in integrum impedit iudicatum. 422
Reſtitutio in integrum æquiparatur appelllationi. ibid.
Reſtitutio in integrum eſt mixti imperij. 426
Reſtitutio in integrum non datur niſi cauſa cognite. ibid.
Reſtitutiouis in integrum cauſa delegari poteſt. 429
Reſtitutio in integrum non poteſt fieri à Magiſtratibus municipalibus. 430
Reus pro confeſſo habetur ſi poſitionibus non reſponderit, & adſit ſtatutum, quod qui non reſpondet, pro confeſſo habeatur, nec poteſt poſt Iudicis declarationem ampliùs reſpondendo, moram purgare. 315
Rubrica poteſt eſſe minùs generalis nigro. 187

S

Sella quid ſit, & quid à lectica differat. 16
Seminarium quid ſignificet, & quid diſtet à Plantario. 27. & 28.
Senex an poſſit poſthumum hæredem inſtituere. fol. 128. & ſeq.
Sententia aduerſus abſentem abſque peremptorio edicto eſt ipſo iure nulla. 270
Septenarius numerus perfectionem ſignificat. 20
Seruo legato ſub nomine officij, ſi antequam teſtator decedat, ſeruus transferatur ad artificium extinguitur legatum; non tamen è contra ſi ex artificio transferatur ad officium. 112. & 113
Seruum vendens, debet ſerui patriam exprimere; alioqui poteſt dari iudicium emptori aduerſus venditorem. 114. & ſeq.
Serui æquiparantur mortuis quoad actus ciuiles. 144
Si eſt particula conditionalis: item particula inceptiua oratio-

orationis : Item ſignificat idem quod Vtrum, vel An, & eſt nota quæſtionis. 130
Spado quis nam ſit. 127.& ſeqq.
An poſſit poſthumum hæredem inſtituere. ibid.& ſeq.
Sponſæ ad maritos olim velatis capitibus ducebantur. 167
Statio eſt locus,in quo officia fiſcalia conſiſtunt. 149
Statio quandoque pro vigilia accipitur. 150
Vbi aliæ ſtationis acceptiones recenſentur.
Statio vnde dicatur. ibid.
Status cauſæ delegari non poſſunt. 443
Diſputatio in cauſa ſtatus an ſit imperij, an iuriſdictionis. ibid.
Stipulationes pactionibus firmæ ſunt, & extrinſecùs nihil admittunt. 106
Stipulatio de aliquo flagitio committendo inutilis eſt. 261
Stipulatio,in qua vis,aut metus,ò interuenit,valida eſt, ſed reſciinditur actione de vi,vel metu. 261
Stipulatio per turpem conditionem adiectam, inutilis ſit. fol. 262
Stipulatio ipſo iure nulla non confirmatur per ſolutionem ſponte factam. 267
Stipulatio rerum, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura,inutilis eſt,niſi quantitas exprimatur. 277
Subrogatum ſapit naturam ſubrogati. 424
Limitatur in materia iuriſdictionis. 425
Subſtitutio compendioſa,& reciproca,ſeu breuiloqua, verè non dantur,ſed in alias ſubſtitutionum ſpecies reſoluuntur. 144
Subſtitutio facta vltimo morienti,ſi duo ſimul mortui ſunt, ambolus facta cenſetur. 210
Subſtitutio eſt teſtamentum, quod facit pater filio impuberi. 456
Subſtituto in officio debetur idem honor ac ſuo principali ſi ſubſtitutus ſit à Principe; ſecus ſi ab ipſo principali. fol. 241
Succeſſiones hæreditariæ an ſint de ciuili, an naturali, vel gentium. 40
Suggere quid propriè ſignificet. 192

Suus pronomen varias habet ſignificationes, quæ recenſentur. 363

T

TEctorium quid ſignificet. 13
An ab vſufructuario domus poſſit adijci parietibus nudibus. ibid.
Teſtamentum,in quo filius ſine cauſa exhæredatur,ab emẽte factum præſumitur,ideoque eſt nullum. 42. & 48.
In Teſtamentis non attenditur omnino definitio verborum,ſed voluntas teſtatoris. 131
Teſtamentum non poteſt, qui condere ante annum quartum decimum. 165
Teſtamentum ſi à matre præteritarum dicantur nullum, an venientes ab inteſtato dicere poſſint de nullitate. fol. 237
Teſtamentum nullum ob alicuius præteritionem, ſuum ſortitur effectum quoad legata, donec iis, qui præteritus fuit,dicat de nullitate. 238
Teſtator poſt teſtamentum aliena manufirmare, ſi ipſe ſit impeditus. 381
Teſtari an poſſit cui membrum fuit abſciſſum. ibid.
Teſtes de alia prouincia, aut ciuitate producti,manere debent dies quindecim in loco,in quo producũtur,vt poſſint cum iure iurando deponere. 161
Teſtes producens ex partibus vltramarinis, habet nouem menſium præſcriptionem. 163
Teſtis in cauſa ciuili debet eſſe ſaltem quatuordecim annorum. 165
Torturæ pœna an ſit meri imperij.Plures caſus diſtinguuntur. 393.& ſeq.
Triumuiri quinam,& vnde dicti. 89
Turpitudinem ſuam allegans,non eſt audiendus. 93
Tutela eſt munus publicum auctoritate, priuatum verò vtilitate. 338
Tutori competit quinquaginta dierum præſcriptio ad ſe excuſandum à tutela. 162

Vale.

Digitized by Google

Tutorem dare non eſt actus imperij, aut iuriſdictionis. Sed ſolius poteſtatis. 407
Tutoris datio delegari non poteſt. 410
Tutor remotus ob ſuſpicionem, efficitur infamis. 122 & fol. 416.
Tutores quinam dare poſſint. 414
Tutoris remotio à quo fieri poſſit. 417

V

Valetudo ſignificat corporis habitudinem, & in bonam, atque in malam partem ſumi poteſt. 132
Vectigal non ſoluens, habet triginta dierum præſcriptionem. 162
Vel eſt dictio diſiunctiua diuerſorum, non autem ſimilium. fol. 201
Quandoque non eſt diſiunctiua, ſed declaratiua, & idem valet, atque *id eſt*. ibid.
Veluti eſt clauſula ſignificans ſimilitudinem, non autem veritatem. 250
Venalitiarius quid ſignificet. 6. & 7.
Venditionis contractus non tam verbis, quàm conſenſu perficitur. 110. & ſeq.
In rei Venditione veniunt quoque ea, quæ gratia rei venditæ facta ſunt: vt vendita arca, venit clauis, &c. 277
Vendens fundum cum pacto vt emptor illum intra certum tempus metiri faciat, actionem habet contra menſorem, ſi intra ſtatutum tempus non fuerit metitus. 4. & 5
Verba in dubio ſumuntur in potentiori ſignificatu. 363
Item in propria ſignificatione. 364
Viaticum quid ſignificet, ad intellectum l. Titio, ff. ad municipalem, declaratur. 89
Vindicta olim fiebat manumiſſio. 177. & ſeq. vbi fol. 178. explicatur quid ſit vindicta.
Vitium naturale non imputatur homini; imputatur tamen vitium accidentale. 128
Vltimarum voluntatem ſex ſpecies recenſentur. 145
Vltima voluntas vitiatur per turpem conditionem adiectam. 262

Vſu-

Vſucapio competit ementi bona fide à mandatario Domini, etiam ſi minori pretio emat. 6.& 7.
Secus ſi mala fide emat, eod. 7
Vſucapio eſt legitimum dominium. ibid.
Vſucapio quid ſit. 467
Vſucapio nullius eſt momenti vbi poſſeſſionum eſt continua. 468
Vſucapio inducitur per poſſeſſionem ciuilem. 469
Vſucapio quanto tempore fiat. 470.& 479
Vſucapio cur introducta fuerit. 474
Vſucapio an conueniat æquitati naturali 476.
Vſucapio qua ratione differat à præſcriptione. 478
Vſucapio propriâ eſt reſpectu rei mobilis. ibid.
Vſufructuarius domus an poſſit illi tectorium adijcere fol. 13
Vſufructu non vtens per decennium, poteſt decennali præſcriptione impediri. 164
Vulgaris clauſula, ſeu vulgaris modus in legatis quomodo intelligendus. 9.& 10

FINIS.

Digitized by Google

VITA
IACOBI GALLI
A FRANCISCO ANTONIO
PVRPVRA I.C. NEAPOLITANO
Illius olim Auditore ſcripta.

IAcobi Galli noſtra ætate Iure conſultorum ſine cōtrouerſia principis vitam memoriæ proditurus, operæ prætium duxi, illius genus, ac maiores paulò altius repetere, vt omnes intelligant tanto viro vetuſti generis claritatem, ac nobiles natales minimè defuiſſe. Gallorum Familia è Picentinorum celebri, ac nobiliſſima Vrbe Amalphiæ Beatiſſimi Apoſtoli Andreæ ſacri corporis cultu illuſtri, ac Neapolitanæ, ne dicam Regni vniuerſi ferè nobilitatis ſeminario initium ducit: licet, ſi primam illius originem ſpectes, Romanam vrbem parentem agnoſcat. Etenim conſtat inter omnes Amalphitanam Rempublicam olim clariſſimis viris, opibus, varijſque commercijs cum remotiſſimis, ac longè diſſitis nationibus, & gentibus imprimis nobilem, claſseque florentem, eodem ferè tempore cum præclariſſima Veneta Republica, non iiſdem tamen poſt vrbem à Barbaris captam, parentibus natam, & rerum felicitate, ac ſucceſſu diſparem. Etenim illa non amplis circumſcripta finibus proximorũ Principum armis vexata nequijt Imperium latius proferre, & inteſtinis demum acta diſcordijs de potentia, qua plurimum antea

pollebat, non parum deiecta eſt,& vbi è ſuis ſibi legebat moderatores, & Duces, exteros pati poſt annum milleſimum, & ſeptuageſimumquintum coacta eſt. Sed hæc optimis vſa inſtitutis, & legibus, omni procul diſſidio,concordibus animis,ac ſtudijs res domi, & belli ſtrenuè, prudenterq; adminiſtrans, finitimorum eludens inſidias, intantam potentiam excreuit, vt qua mari, qua terræ latè dominetur, & in dies magis, ac magis ſe ſe efferat,& floreſcat, & antiquæ Italicæ libertatis ſpecimen & veſtigia ſūma cū dignitate ſeruet vna, & retineat. Amalphitana ; ergo vrbs ex ijs Romanis nobilibus coaluit,qui Gothorū,& Vandalorū experti barbariē, & rapinas poſt quadringenteſimum annum iterum barbararū gentium timentes excurſiones in illam regionem ipſa loci natura munitiſſimam,ac ab huiuſmodi inuaſionibus tutam, cœli præterea clementia, & ſalubritate, & perennium,gelidarumque aquarum ſaluberrima ſcaturigine amænam ſe contulere. Et in Romanorum hiſtorijs paſſim offendes, multas Romanorum gentes Galli cognomine notatas. Et in Aquilia quidem, anno ab vrbe condita 624. M. Aquilium Gallum cum C. Sempronio Conſulem fuiſſe reperies, & anno 652. floruiſſe alterum M. Aquilium Gallum Conſulem cum C. Mario, & anno 697. C. Aquilium Gallum Prætorem, quos omnes enumerat Riccardus Streinnius de gentibus, & familijs Romanorum in gente Aquilia. In Sulpitia etiam gente Galli ſe offerunt: nam, vt ex Conſulum faſtis patet, anno ab V.C.510. cum C. Fundanio Fundulo C. Sulpicius Gallus geſſit Conſulatum, & anno 587. alter C. Sulpicius Gallus cum M. Claudio Marcello Conſul fuit,& ex Anicia gente anno 593. L. Anicius Gallus cum M. Cornelio Cethego geſſit Cōſulatum,& Fuluius Vrſinus de familijs Romanorum in Caninia gente etiam Gallos profert ex antiquis denarijs, & quidem anno 716. reperitur Conſul M. Vipſanius Agrippa cum L. Caninio Gallo,nec in Aſinia gente Galli cognomen deſideratum eſt. Legimus enim in eiſdem faſtis anno 745. cum C. Martio Cenſorino C. Aſinium Gallum Conſulem, & anno 814. qui cadit in annum noſtræ fundatæ ſalutis 63. cum P. Mario Celſo Conſul fuit L. Aſinius Gallus, & anno 787. C. Cæſtius Gallus cum M. Seruilio Ruffo Noniano fuit Conſul, & anno 801. & Chriſti L. Conſulem cum Q. Verannio C. Pompeium Gallum legimus, & ſub Traiano anno noſtræ ſalutis 100. App. Annius Trebonius Gallus cum M. Attilio Metilio Bradua Conſulatum geſſit, & anno 173. reperies alterum App. Annium Tribonianum Gallum cum Flacco geſſiſſe Conſulatum, & ſub Septimio Seuero anno 199. habemus cum T. Saturnino C. Gallum Conſulem. Anno verò 293. C. Vibius Trebonianus Gallus cum Voluſiano filio Romanum arripuit Imperium, & duobus annis tantum im-

pera

Digitized by Google

peruuit, & anno 1050. Chriſti 298. cum Anicio Fauſto Conſulatum geſſit Gallus. Coſtantius Gallus Cæſar, qui tertio Conſul fuit floruit anno 352. vel 54. fuerunt ergo ex Gallorum familia Conſulares quatuordecim, Prætorius vnus, Imperatores duo, Cæſar vnus. Quare cum Galli vigerent Romæ circa ea tempora nulli mirum videri debet, ſi cum alijs Romanorum familijs, quæ poſt annum quadringenteſimum Amalphiam commgrarunt Gallorum familia fuit. Primus verò ex hac familia, qui ex Amalphitana vrbe Neapolim ſe contulit Andræas Gallus fertur rei maritimæ pro eius gentis more egregiè callens. Hinc factum eſt, vt duabus triremibus Præfectus Carolum I. Neapolitanorum Regem ad repetendam rebellantem Siciliam profectum ſit ſequutus, in quo bello Andræas egregiam ſanè Regi operam nauauit. Manſit poſtea Neapoli Carolo Carus, cui Verdella Auguſtaricia item nobiliſſima Amalphitana fœmina Michaelem, & Andreillum poſthumum peperit. Michael Eques Hieroſolymitanus efficitur, & Ioannis Achaiæ Pr[illegible]cipis, & Petri Grauinenſium Comitis Caroli Secundi filiorum, & Roberti Regis Germanorum, fratrum Magnus Equitij Præfectus (quem eo tempore Magiſtrum Maraſchallorũ, & Aratiarum appellabant) creatus eſt. Andreillus verò militaribus ſtudijs æquè clarus pænè adoleſcens à Carolo Secundo, Caroli Primi filio virtutis ergo Equeſtri dignitate donatur. Duo ex Andreillo ſuperſuere filij, Antonius, & Iacobus. Antonius Capuam ſe contulit, vbi nobiliſsima ducta vxore Gallorum familiam propagauit, in qua inter cæteros floruit Antonius Secundus ex Andræa. Primi Antonij nepos, cuius extat in clauſtro maioris Capuanæ Baſilicæ huiuſmodi monumentum à Iacobo filio excitatum.

Hic iacet occultus, mundum, qui liquit adultus
Nobilis, & fultus, pius, Antoniuſque ſepultus,
Qui Iacobum genuit, cuius cognomen adiuit
Gallus, ſic tenuit, & gens in ſæculis ſeruat,
Vt templo ſancto doctus ſi velis adeſſe,
At verò campo Gallus vult aureus eſſe,
Sit tibi Chriſte datus lapis hic, bene namque dotatus
Verè diuus latus terra, numiniſque locatus,
Ex quo miſſa clero dici, ſemelque tenetur,
Stephane Sancte verò Cappella, tuique dicetur
In die nam Sabbathi pactus ſum quolibet iſto
Iacobus Altari, fauenteque proſpere Chriſto
Mille quater centum fiet annus, cumque redemptus
Deſcendit Ieſus, & inditio nona peremptum
Menſis Nouembris cæptum, quintaque Decembris
Dena completum fuit hoc opus illico membris.

Iacobus hic Antonij filius Alexandrum, & Ioannem Antonium progenuit. Alexander ex filia Ioannis Pauli Carrafæ Neapolitani Equitis vnicam ſuſcepit filiam, quæ peritiſsimo Iure conſulto è Capuana item nobilitate Ioanni Marcheſio nupſit. Ioannes Antonius verò ex Archidiacono Capuano Caluenſis Epiſcopus anno 1520. creatur, & in hoc Capuæ Gallorum familia deſijt. Iacobus verò alter Andreilli filius Alexandrum progenuit, qui amplas ædes Neapoli contra Diui Auguſtini, & domum Petri de Vineis Federici Secundi Imperatoris Cancellarij, vbi nunc regia monetaria officina eſt comparauit (quæ vſque ad noſtram ætatem ad eius poſteros tranſijt) hic ex Stephanella de Maio nobiliſsima vxore Sedilis Montaneæ, & Andræam, & Aloyſium procreauit. Andræas cœlebs decedit, & in Diui Ioannis ad Carbonariam conditur, vbi ſepultura à Iacobo Gallo Aloyſij filio cum Epigrammate extructa adhuc viſitur. Aloyſius duxit vxorem Iuliam de la Bella ex illuſtri Florentinorum genere Epiſcopi Grauinenſium ſororem, ex qua Iacobus, cui anno 1494. nupſit Sarra Brancata, Gabrielis filia Franciſci Brancati Amalphiæ nobili loco nati, & Ladislai Neapolitanorum Regis cum Petrillo patre familiaris, nepotis, huius Gabrielis neptes ex Iacobo filio, & Violante Abbatia è Meſſana nobilitate collocatæ ſunt patricijs viris, nimirum. Adriana Petro Antonio Mele è ſeſsione portus, & Vincentia Hieronymo Albertino nobiliſsimo Nolano Iureconſulto clariſsimo, vni ex Regijs tunc patrimonij curatoribus, & poſtea inter Supremi Conſilij à latere Conſiliarios allecto, quos Regentes appellant. Ioannes Philippus verò Gabrielis filius duxit Prudentiam Strambonam è ſeſsione portus. Iacobus Gallus hic Aloyſij filius proxima etiam cognatione attingebat illuſtrem illum virum Bartholomæum Camerarium inſignem Iureconſultum, & Regio patrimonio (quem vulgo Regiæ Cameræ Summariæ Locumtenentem appellamus) Præfectum, cuius familia in Iſabella vnica illius filia Caroli Brancatij Caſtilionis Comitis matre defecit: Fuit Iacobus inſignis, ſanè vir, & cordatus publicis honoribus functus, & arctiſsima cum Ferdinando Franciſco Dauolo Marchione Piſcariæ pro Carolo Quinto in Inſubribus exercitus Duce familiaritate copulatus, à quo magno in honore eſt habitus, teſtantur id literæ Mediolano ad Iacobum anno 1525. ſcriptæ, reliquit manuſcripta diaria quadraginta ferè annorum ab anno 1494. vſque ad annum 1536. ad Neapolitanam illorum temporum hiſtoriam non parum conferentia. Amiſit Aloyſium patrem anno 1497. ex Sarra de qua ſuperius ſuſcepit Antonium Franciſcum, & Nicolaum Antonium, Antonius Franciſcus ſacris initiatur, & à Leone X. & Clemente VII. Summis Pontificibus multis, eiſque amplis ſacerdotijs, & præſertim

Abba-

Digitized by Google

Abbatia Sancti Barbati de Politro, cum Pontificijs inſignibus, & duabus Præpoſituris Sanctæ Mariæ de Gypſo, & Sancti Nicolai in Comitatu Montis Odoriſij honeſtatur, quibus tamen non diù fruitur. Adoleſcentem ſummæ ſpei, & familiæ ſingulare futurum ornamentum, & decus annum agentem 27. in ipſo honorum curſu mors immatura præripuit. Etenim anno 1527. in Villa Auita in Sancto Petro ad Paternum haud procul Neapoli, ad quam ob peſtem, qua Neapoli laborabatur, Iacobus cum vniuerſa familia ſeceſſerat, febre deceſſit. Nicolaus Antonius, qui anno 1502. naſcitur anno 1541. vxorem ducit Prudentiam Vicanam, quam ex Auxilia Petri de Stephano Oppidorum Accadiæ, Mongerani, Lancuſi, & Caſellæ Domini filia ſuſceperat Fabritius Vicanus Federici Neapolitanorum Regis à Secretis, quem etiam in Galliam eſt ſequutus, multiſque ob inſignia præſtita obſequia ab eo bonis eſt donatus, quæ à Ferdinandi Cattholici Regis Miniſtris in Fiſcum tranſlata, ob viri fidem, ac conſtantiam fuerunt poſtea ſummo cum honore reſtituta. Curauit præterea Federicus Rex, vt Hieronymo Vicano Fabritij germano ab Alexandro VI. Pontifice Maximo amplum ſacerdotium Sancti Philippi ab Argira apud Locrenſes redditus annuorum aureorum 1000 (quam Abbatiam vocāt) cum Pontificijs inſignibus conferretur, quæ diù conſequentium Pontificum gratia in Vicana domo manſit. Demùm à Nicolao Ioanne Fabritij filio Pio IV. Summo Pontifice annuente anno 1567. Fabritio Gallo 22. annum tunc agenti ex ſorore nepoti, & Nicolai Antonij filio reſignatur. Nicolaus Antonius ex Prudentia, Iacobum, & Fabritium, de quo loquuti ſumus procreauit. Hic ex Abbate Sancti Philippi ab Argira reſignante Illuſtriſſimo Philippo Spinula è purpuratorum Patrum cœtu à Sixto V. Pontifice Maximo, cui hominis virtus multos antea annos Romæ perſpecta, & cognita erat anno 1585. ad Nolanam Eccleſiam euchitur, cui honorificentiſſimè præfuit ferè annis triginta, & qua erat eximia in Deum Optimum Maximum pietate optimis legibus, ac conſtitutionibus editis, ſæpius coacta Synodo eccleſiaſticam diſciplinam reſtituit. In maioris Baſilicæ, quam collapſam repererat, ampliorem, ac magnificentiorem ſtructuram, ornamenta, & cultum, in Pontificias ædes, & alias ſubſtructiones è ſuo ære pluſquam triginta aureorum millia erogauit, A Paulo V. Pontifice Maximo anno 1607. inter familiares aſſiſtentes Epiſcopos lectus, à quo etiam ob viri inſignem probitatem, perſpectam fidem, ac religionem anno 1610. grauiſſima Prouincia demandata eſt, vt in Beati Iacobi Piceni (eo enim tempore, Vt ille in Diuorum numerum referretur Neapolitana Ciuitas, quæ eiuſdem corpus integrum adhuc honorificentiſſimo cultu colit, & ſeruat, enixius curabat) vitam, res geſtas, & mira-

cula inquireret, corpus inſpiceret, & referret, quod ipſum egregiè Fabritius exequutus eſt. Demùm multis pietatis, ac munificentiæ relictis monumentis ſanctè, egregièq. Eccleſia adminiſtrata, auctis etiam redditibus, anno 1614. Nolæ decedens omnium ordinum lacrymis, tanquam patriæ parens, magno omnibus ſui relicto deſiderio, magnificentiſſimo funere effertur, laudatus publicè latina oratione ab Agnello Rogerio è Societate Ieſu, Ioannis Laurentij Salernitani Patricij veſpertini iuris ciuilis principe loco in Neapolitano Gymnaſio profeſſoris filio. Tantuſque fuit Fabritius, vt licet viuenti, vt par erat, plurimum ſit delatum, mortui tamen memoria in dies magis floreat, ac vigeat, & paſſim in omniũ ore, ac oculis illius nomen, & res præclarè geſtæ, ita verſentur, vt certo conijci poſſit, partam tam bonis artibus ab illo gloriam nullo vnquam tempore intermorituram, & Nolanæ vrbis multis nominibus nobilis, & inter Regni clariſſimas vrbes vetuſtate, rebus geſtis, & inſignium virorum copia ſpectabilis Fabritium Gallum dignisſimum Præſulem, & amantisſimum parentem æquaſſe gloriam conſequutura ſæcula eſſe prædicatura. Inchoatum ab eo Sacellum multis Sanctorum reliquijs locupletatum, in quo poſtea conditus eſt, Alexander Iureconſultus ex Iacobo fratre nepos ſuo ære perfecit, & Diuo etiam Stephano Gentiles ſuos imitatus dicauit, & in tanti patrui memoriam huiuſmodi addidit marmori inciſum Epigramma.

D. O. M.

Fabritio Gallo Neapolitano Nolanorum Epiſcopo.
Pauli V. Pont. Max. familiari aſſiſtenti
Eccleſiaſticæ libertatis acerrimo defenſori
Templo repentino olim caſu ſubuerſo in ſplendidiorem formam reſtituto
Sarcophago Diui Felicis inſtaurato
Aedificijs, ac redditibus auctis
Eccleſiæ Senatu ipſo curante Pontificijs inſignibus decorato
Vrbe inundatione aquæ bis afflicta ab extremo vindicata interitu
cunctis parentem lugentibus
Alexander Gallus I. C. Iacobi filius
Sacellum SS. reliquijs ornatum à patruo pientiſſimo cæptum
Conſumauit poſuit dedicauitque Ann. CIↃ IↃ C XV.
Vixit Ann. LXIX. M. III. D. XXI. H. XIX.
Sedit Ann. XXIX. M. IV. D. IV.

His

His igitur maioribus, & parentibus in lucem editur, Iacobus anno à Chriſto nato 1544: pridie Kalend: Aprilis tertia noctis hora Neapoli in auitis ædibus, magna cura, ac ſtudio educatur, tùm ob parentum charitatem, tùm quod maſculæ ſtirpis maximus, & in tantilla ætate multa præclaræ indolis argumenta præſeferret: erat illi egregia corporis forma, & conſtitutio, magnum, ac acre ingenium, memoria ſingularis, tanta feſtiuitate, ac comitate præditus, vt ad amorem ſuauitatis eximiæ, & ad excellentis admirationem indolis, in quos incidiſſet mirificè impelleret vniuerſos, & feliciſsimi præmaturitas ingenij, ſingularis indolis expectationem longè ſuperaret: prima illius ætas Cæſari Benenato, non vulgari tunc latinarum literarum profeſſori, in paterna domo literis formãda traditur; nec labor fruſtra ſuſceptus: tanti enim facti progreſſus, vt nondum decimotertio peracto anno ad iuris prudentiam diſcendam (ad quam ipſa natura ferri videbatur) omnium ſententia inſtructiſsimus ſit iudicatus, quarè anno 1557. Kal. Octobris à Roberto Melphio publico in Neapolitano Gymnaſio inſtitutionum interprete, inſtitutiones priuatim tamen audiuit, poſtero anno eundem publicè tamen dicentem audiuit, audiuit, & Bartholomæum Baldinum Nucerinum (Caroli Baldini Surrentini Archiepiſcopi Sacrorum Canonum meo tempore interpretis germanum) textus Gloſas, & Bartholum interpretantem. Anno verò 1559. Menſe Octobris ad ordinarias lectiones ſe tranſtulit doctiſsimo viro Marcello Beringutio primo loco veſperi profitente, qui tamen magno ſtudioſorum dolore, & præcipuè Iacobi, vt ipſe in ſuis aduerſarijs adnotauit, eodem anno deceſsit, audiuit, & Innocentium Vitalem Cauenſem doctum ſanè virum mane profitentem, quo anno Iacobus annum agens 15. in vacationibus Natalitijs priuatim quidem, ſed præſentibus quamplurimis clariſsimis Iureconſultis, & ſcholaribus repetijt auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit. tanta felicitate, memoria, venuſtate, & quantum ferebat illa ætas doctrina, vt auditores omnes in ſui admirationem rapuerit, ab omnibus commendatus, eamque vniuerſi tulerint ſententiam fore, vt ſi pergeret, magnum virum euaſurum, quod iudicium currenti adoleſcenti ad gloriam eos ſtimulos addidit, vt Iacobus totus in eo eſſet, vt conceptæ de ſe expectationi quàm cumulatiſsime reſponderet. Anno ſequenti cum Leonardus Columbinus Senenſis (Mariani Soccini Iunioris ex ſorore nepos Bononienſis tunc Rotæ Auditor, & qui Senis, & Romæ antea erat profeſſus) in locum Marcelli eſſet ſubſtitutus eundem audiuit, cæpitque etiam de feudis diſputantem inſignem illum virum, & cauſarum Patronum diſertiſsimum Marcum Antonium Floccarum Neapolitanum, & Ioannem Baptiſtam de Bonocorde Canones profitentem audire: hoc anno

in va-

in vacationibus paſcatis Iacobus, vt ſuæ eruditionis, & progreſſus ſpecimen publicè exhiberet facta poteſtate à Præfectis Gymnaſij præſentibus Columbino,& alijs Gymnaſij profeſſoribus,& quamplurib us eximijs Iureconſultis, & magna ſcholarium frequentia repetijt §. Cato l.4. ff. de verbor. obligat. ex qua repetitione ampliſſimas laudes,& gloriam non vulgarem retulit. poſtero anno adhuc ſcholaris in æſtiuis vacationibus facta itidem poteſtate à Gymnaſij Præfectis ſine honorario tamen publicè interpretatus eſt inſtitutiones, & titulum ff. de verbor. & rer. ſign. tanta auditorum admiratione, vt non tyronem, ſed veteranum profiteri prædicarent, magni fiebat ab omnibus Iacobus, inter ſcholaſticos principem locum obtinebat, ab omnibus obſeruabatur in diſputationibus clariſsimus. Demum cum ageret annum vndeuigeſimum peracto tàm honorificè ſtudiorum curriculo, doctoratus laurea cum omnium ordinum admiratione, & plauſu 5. Kalen. Octobris 1563. eſt inſignitus. quo tempore ob egregiam adoleſcentis peritiam, cum iam clariſsimè pateret profeſſoris perſonam in ea ætate Iacobum optimè ſuſtinere poſſe, publico honorario conſtituto publicè inſtitutiones, & gloſas doceret mandatur; in quo munere tanta venuſtate, eruditione, memoria, eloquentia, & ingenio ſe geſsit, vt ad eum audiendum tanquam ad oſtentum aliquod tota penè Ciuitas confluerét: videres, (vt ſanctè mihi affirmare ſolebat doctus ille vir Quintius Bonioannes eo tempore medicinæ ſtudioſus, ſed ætate Iacobo maior, qui poſtea principe loco practicam medicinam in Neapolitano Gymnaſio eſt profeſſus) adoleſcentem oris dignitate conſpicuum, ſuaui, & clara voce, & actionis venuſtate præcellentem tanta animi alacritate, modeſtia,& grauitate, doctrina,& eloquentia profitentem, vt omnes, & philoſophiæ,& medicinæ ſtudioſi ad illum audiendum ſe conferrent,itàq; afficiebantur, vt toti in optimi, & eruditi adoleſcentis laudes ſe effunderent, & ipſa natura ad docendum effictum, & formatum eſſe prædicarent. Hinc factum eſt, vt cum Innocentius Vitalis, qui primo loco mane profitebatur magiſtratus[illegible] pero à lectionibus ceſſaſſet anno 1566. omnium votis, cæteris antiquis profeſſoribus Prælatus à ſtudiorum Præfectis, ac Prorege Iacobus in Vitalis locum ſubſtituitur annum agens 22. quo tempore veſperi prima ſede etiam profitebatur Ioannes Beringutius Marcelli filius tanto parente non inferior; quem locum Iacobus ita ſuſtinuit, vt maiorem laudis, ac gloriæ ſegetem nactus, expectationem ſuperauerit, & eruditionis fama longè, latèque funderetur, quare anno 1571. à Sereniſsimo Duce Hetruriæ ad Piſanam Academiam honeſtis conditionibus, & magnis præmijs euocatur, ſed cum eodem ferè tempore, Ioannes Beringutius ex humanis exceſsiſſet, & ab Am-

ab Ampliſſimo Cardinali Granuellano Neapolis Prorege Iacobus in illius locum eſſet ſubſtitutus, oblatas à Sereniſſimo Duce conditiones reſpuit, cum agens annum 27. in patria principe loco veſperi profiteretur, illudque ad maiorem Iacobi gloriam contigiſſet, vt cum diù eſſet obſeruatum, vt inſigni alicui extero profeſſori hic locus daretur, præteritis alijs eiuſdem Gymnaſij profeſſoribus, tamen ne Iacobi virtuti, ac eruditioni iniuria inferri videretur, Prorex omninò voluit Iacobi meritis debita præmia conferrentur. Erat enim Cardinalis Granuellanus ingeniorum eximius æſtimator, & Iacobi virtutem etiam ante fama ſuſpexerat, præſentemque cognitum vnicè tunc amabat, quæ familia etiam poſt Cardinalis mortem cum Iacobo amicitiam continuauit, officiaque renouauit. Audiebatur Iacobus ingenti concurſu, ac plauſu, cum quotidie ſeipſo maior fieret, confluebant è remotiſſimis etiam Europæ Regionibus Scholaſtici, qui viri eruditionem, eloquentiam, ac interpretandi rationem, & cum ſumma perſpicuitate venuſtatem, ad ſuos reuerſi miris laudibus efferentes effecerunt, vt anno 1579. Polonorum Rex per ſuum apud S. P. Romæ Oratorem ampliſſimis præmijs, ac conditionibus ad Cracouienſem Academiam, tanquam illius clariſſimum lumen, ac ornamentum futurum accerſiuerit; In hanc rem ſedulò etiam incubuit Neapolitanus eiuſdem Regis Internuptius, ſed Iacobus non eſſe è re ſua cenſuit Italiam cum *Polonia*, Neapolitanam vrbem, & patriam cum Cracouia commutare; ſed ſcriptis ad Regium Oratorem literis, egit de hac re gratias non vulgares, aitque ægreferre ſe non mediocriter, quod tanto Regi in re præſertim tàm honorifica, vt par eſſe videbatur, non poſſet obtemperare. Nec paulò poſt aliæ defuere conditiones: cum enim annò 1583. Ioannes Angelus Papius Salernitanus vir apprime doctus, & de iuris prudentia optimè meritus, & diù in profitendo cum laude verſatus Bononia diſceſſiſſet, vbi primò loco veſperi erat profeſſus; Cardinalis Ioannes Hieronymus Albanus literarum, & iuris vtriuſque gloria illuſtriſsimus, cui Iacobus erat notiſſimus, eiuſque virtutem admirabatur, cum locum Iacobo obtulit: ſed vicit patriæ, & parentum charitas. Quarè Angelus Spanochius Senenſis, qui Salerni profitebatur aduocatur, iſque conditionem accepit; quaſi verò deceret, vt Salernitano Ciui Salernitanus profeſſor ſuccederet. Anno 1588. à Philippo II. Comes Palatinus declaratur: creſcebat in dies Iacobi gloria, magni ad eum audiendum fiebant concurſus, & licet mane inſignis ſanè Iureconſultus Pyrrus Alphanus Salernitanus etiam ſcriptorũ editione notus profiteretur, tamen veſperi profitente Iacobo dimidio maior eſſet auditorum numerus, vt ferè mille, & ducenti numerarentur, ideoque fiebat, vt qui poſt inchoatam lectionem venirent aula au-

ditoribus referta excluderentur, cogerenturque in atrio audire, ſummo ſilentio, ac quiete à dicentis ore pendentes hominis virtutem, eruditionem, eloquentiam, grauitatem, ac venuſtatem dicendi admirati. Tota vrbe Gallus laudabatur, celebrabatur, & quicunque illuſtres viri ſe Neapolim conferebant illud imprimis curabant, vt Gallum fama illuſtrem, profitentem audirent, qui tamen rem ipſam, famam ſuperare teſtabantur: memoria teneo cum meo tempore duo inſignes Iureconſulti Senenſes Alcibiades Lucarinus, & Horatius Sergardus tunc à moderatoribus Salernitani Gymnaſij pro primis iuris ciuilis cathedris magno honorario cõducti, nondum profiteri cœpiſſent, quadam die incogniti diſcipulorum turbæ immixti attentiſſimè Iacobum audirent in medio dicendi curſu Horatius Alcibiadem intuitus mirabundus, ac attonito ſimilis, ita collegam compellauit, res ipſa longè famam ſuperat, vterque ingenuo pudore perfuſus, pænè animum deſpondiſſe videbantur. In tanto tamen gloriæ curſu anno 1591 ſubſtitit Iacobus, dum orta inter Fabritium fratrem Nolanum Epiſcopum cum Comite Mirandæ Neapolis Prorege inſigni controuerſia de Eccleſia S. Mariæ ab Arcu Nolanæ Diœceſis, quiſque ſua iura tueri conabatur. Fabritius Eccleſiam illam Sixto V. Pontifici Maximo confert, bullaſque quas vocant Romam tranſmiſit. Pontifex habuit ratum: huius conſilij authorem nonnulli Iacobum prædicabant, quarè Prorex Iacobo infenſus videbatur. Hinc vt tempori ſeruiret, euocatus ab Ampliſſimo Cardinali Antonio Maria Gallo gentili ſuo, à quo maximè obſeruabatur, & amabatur, vt Romam ſe conferret omnium bonarum artium emporium, ac terrarum orbis vniuerſi nobiliſſimum theatrum, cum paulò ante patrem amiſiſſet, non inuitus Romam conceſſit, ac domicilium tranſtulit, ſucceſſit Iacobo Alexander Tauromiņus Senenſis eruditus ſanè vir, qui vbi Neapolim aduenit non tàm Gymnaſij frequẽtia, & dignitate permotus, quàm Iacobi ingenti gloria, & illuſtri fama perterritus in morbum incidit, vt mihi ſæpè affirmare eſt ſolitus, qui tunc Alexandro medicinam faciebat Marius Zuccarus Neapolitanus veteranus medicinæ profeſſor, & Comes Palatinus, quem Iubilatum Hiſpani appellant, librorum editione notiſſimus, & tunc primo loco, præcedente concurſu practicæ profeſſor: cui etiam illud cõtigit ad eius decus eximium, vt inter medicinam facientes, & profitentes principem locum obtineat; qui vtinam, cætera, quæ iam abſoluit ſummi ingenij, & eximiæ doctrinæ monumenta in lucem proferat. Qua occaſione oblata iterum Sereniſſimus Magnus Dux Hetruriæ literis egit cum Camillo de Medicis inſigni viro, & cauſarum Patrono illuſtri, & eloquentiſſimo, vt pro ea familiaritate, qua cum Iacobo erat iunctus, illum ad Piſanam Academiam ſuo

nomine

hominē quibuſuis conditionibus euocaret, illuſtraturus tanto virō illam Academiam; Iacobus, vt Cardinali Gallo morem gereret conditiones repudiauit: non enim Cardinalis Gallus facilè patiebatur, vt Iacobus Roma diſcederet, ſperabat enim illic viri virtute cognita non defuturum honeſtiſſimum locum. Affulſit paulò poſt ſpes aliqua, cum Innocentius IX. ad Summum Pontificatum eſt euectus olim in Regno Neapolitano Neocaſtrenſis Epiſcopus, cui Iacobus multo antea notus erat, Iacobum accerſitum, ſatis amanter accepit, & magno ſe gaudio perfuſum prædicauit, quod eo tempore Pontificatum auſpicaretur, quo Iacobus Romæ eſſet, & illius opera vti poſſet, cogitaſſe enim, cum eius virtutem, ac doctrinam optimè noſſet, vt Cardinalem Antonium Facchinettum ſuum pronepotem inter purpuratos patres allectum adoleſcẽtem optimæ indolis, & ſpei ſummo ingenio præditum inſtitueret, quare pararet ſe, & quamprimum in aulam ſe transferret recepturus breui ab amante, doctorum virorum æſtimatore, Pontifice debita virtuti præmia: actis gratijs dum ſe comparat Gallus Innocentius ceſſit fatis; creatoque Clemente Octauo, viro omnibus numeris abſoluto, natalibus, doctrina, eruditione, & vitæ ſanctitate clariſſimus, rerũ geſtarum gloria, & præcipuè Epiſcoporum examinis inſtitutione illuſtri, dum D. Petrus Medices Magni Hetruriæ Ducis Germanus, qui diù in aula Philippi Hiſpaniarum Regis erat verſatus Romam conceſſerat, vt paternæ ſucceſſionis iura obtineret, Dux Sueſſæ apud S. P. eiuſdem Orator, cui Rex prædictus D. Petri negotium mandarat, iuſſeratque, vt inſignem aliquem Iureconſultum è ſua ditione legeret, qui (niſi amicè cum M. D. res tranſigi poſſet) D. Petri iura apud S. P. arbitrum tueretur. Dux Iacobum delegit, qui etiam Clementis voluntate accedente, Florentiam ſe contulit, & honorificè à Magno Duce acceptus eſt, vbi de D. Petri iuribus dexterrimè egit, reiecta res eſt ad Piſanum Archiepiſcopum, cum quo tamen nihil tranſactum eſt. Reuerſus Romam Iacobus, & D. S. & S. P. quęcunque geſta erant retulit: quare arbitrario in iudicio Patrono cauſæ Iacobo pro D. Petro multum eſt diſceptatum, Clementi Iacobi virtus, & eruditio mirificè eſt probata, ſummo in honore habitus, ab eo eſt, multaque obtulit, quæ tamen omnia Iacobus actis gratiis repudiauit, multum laboratum à Duce Sueſſæ, ac nonnullis Cardinalibus, vt aliquis locus in Rota Romana Iacobo daretur, annitentibus etiam Seraphino Oliuario, Pamphilio, & Blanchetto, tribus eiuſdem Rotæ tunc luminibus, & poſtea ob virtutem inter purpuratos patres allectis, nec diſplicebat Clementi, ſed Neapolitanis in illa Rota non eſſe locum, nec paſſuros eos, quibus locus tolleretur, aiebat tamen initurum rationem aliquam, vt tanto viro aliqua ex parte fieret ſatis,

interim grauiſſimæ cauſæ ad Iacobum deferebantur tuendæ, inter quas inſignis, & antiqua cōtrouerſia Catanenſiū contra Meſſanenſes de publico Gymnaſio Meſſanæ non inſtituendo, pendebatque cauſa in Rota ab anno 1548 à qua Iacobi induſtria, & doctrina ferè trium annorum ſpatio tribus ſententijs, vt aiunt conformibus pro Meſſana vrbe eſt iudicatum. De qua re Annibal Buſſalus Meſſanæ vrbis à Secretis hoc Hexaſtico luſit.

Pro Studijs Meſſana tuis facundia Galli
Trina perorata, præmia, lite tulit
Quid reddes pro tot meritis ò Patria? merces,
Quæ ſat erit, dignum, vel quod amoris opus?
Ne deſis de te meritis. Gallus Athenas
Nobiliore ſatis, te dedit, eſſe notam.

Meſſanæ verò Ciuitatis Moderatores, & Præfecti nedum ingenti pecunia Iacobum donarunt, & Meſſanam Ciuitatem abſenti dederunt, literaſque publicas honorificentiſſimis verbis refertas Romam traſmiſerunt, verùm etiam curarunt, vt quemadmodum victoriæ contra Catanam Vrbem magna pars Iacobus fuiſſet, ita etiam dum Meſſanæ Gymnaſium publicum inſtauraretur, ipſe principe loco veſperi ius ciuile profiteretur; primum etiam in Collegio locum obtineret, reliquos profeſſores omnes cuiuſcumque facultatis Iacobus conquireret, ſtipendiaque ſtatueret; præterea in Edicto, quod publicatum eſt de ſtudij inchoatione vnus Iacobus nominatur, vt illius nomine audito frequentiſſimi, vndique Scholaſtici confluerent. Edicti verò verba ſunt:

Quod felix, fauſtumque ſit S. P. Q. Meſſanenſi ad Dei Optimi Maximi gloriam, ad vrbis ſpecimen, & publicum tùm Ciuium, tùm externorum emolumentum.

Vrbs Meſſana, nobilis inſignis, Siciliæ caput, ac Magnæ Græciæ Prothometropolis, cum publicum Gymnaſium ab antiquis ſibi Regibus, ac Imperatoribus conceſſum, tùm ſuperioribus annis à Catholica Philippi II. Hiſpaniarum, Siciliæ, & Indiarum Regis Maieſtate, & Sanctiſſimi D.N. Clementis VIII. Summi Pontificis authoritate confirmatum, & hoc ipſo anno ſub Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Ioanne è Comitibus Viginti milijs Marchione Hieracienſium, Caſtelli Boni Principe Siciliæ Præſide, ac Generali eiuſdem Regni Duce inſtitutum, demùm die 15. Decembris 1596. ſub perpetuò Beatiſſimæ Virginis patrocinio, & Sanctiſſimi Martyr. Placidi, Sociorumque tutelà, publica omnium gratulatione, ac deſiderio aperiat, vniuerſos bonarum artium ſtudioſos ad ingenuas diſciplinas, ſiuè quæ ad Humanitatis, & Rhetoricæ ſtudia, ſiuè quæ ad Philoſophiam, Medicinam, & Theologiam vniuerſam, ſiuè quæ ad Ius ciuile, atque Canonicum ſpectant capeſſendas:

petendas: hoc publico edicto perhumaniter inuitat, & qua poteſt grati animi ſignificatione conuocat. Futurum enim ſperat, vt cum perilluſtrem Iacobum Gallum I. C. alioſque audiant Præceptores de Republica literaria optimè meritos, qui dignos ſe pariant auditores, eos fore nimirum, qui poſtea ad Doctoratus lauream, reliquaque inſignia, quæ cæteris Academijs publicis conferri ſolent, iure optimo promoueantur. Datum Meſſanæ.

Quarè anno 1595. Iacobus Meſſanam ſe contulit, vbi à Magiſtratibus honorificentiſſimè eſt exceptus, cuius rei extat Cento Antonini Coloſſi, qui etiam de Rhegio incenſo poema edidit. Tantuſque fuit exhibitus honor, vt Iacobi in oratione, quam habuit in Meſſanenſi Gymnaſio dum lectiones auſpicaretur, ita legamus. Debentur vobis, etiam hoc nomine innumeræ à me gratiæ, quod me tanta pompa, ac apparatu tanquam alterum Platonem, Dionyſi factum renouantes, excepiſtis. Iacobi opera Clerici Regulares Infirmorum Miniſtri Meſſanam ſunt introducti,& Patrem Franciſcum Antonium Niglium, qui poſtea Generalis Præfectus vniuerſum Ordinem moderatus eſt, cum nõnullis alijs, dum locus aſſignaretur,& ornaretur domi ſuæ Iacobus aluit. Manſit Meſſanæ Iacobus vſque ad annum 1602. florente Gymnaſio. vniuerſa vrbe, & Inſula geſtientibus, ac exultantibus, auctum eſt etiam interim honorarium, ſed cum hoc anno orta eſſet non vulgaris controuerſia inter Meſſanam, & Archiepiſcopum Iacobus Romam legatur, vt Ciuitatis iura tueretur, confecta res eſt ex animi ſententia, factaque eſt Ciuitas ea in re voti compos, ſed Iacobũ amiſit. Cum enim Sfortia Oddo,(qui in Patauino Gymnaſio ſuccesſerat Guido Pancirolo, qui principe loco veſperi ius ciuile ibi erat profeſſus) vix anno peracto eſſet dimiſſus, omnium ordinum acclamatione,omnibuſque ferè profeſſoribus: & præcipuè Marco Antonio Peregrino annitentibus à Republica Veneta, & à Sereniſsimo Marino Grimano in Panciroli locum Iacobus ſubſtituitur, & euocatur. Geſtiebat Patauinum Gymnaſium, Scholaſtici Iacobum fama celeberrimum, ac illuſtriſſimum ſummo deſiderio expectabant,ea erat omnium ſententia aduentu Iacobi Patauinum Gymnaſium magnum incrementum facturum, quod re ipſa poſtea cumulatiſſimè eſt comprobatum. Reipublicæ ad Summum Pontificem Orator,Venetæ Reipublicæ Senatuſconſultum honorificentiſſimum detulit, Iacobus, ne tantorum virorum iudicio refragaretur libens conditiones accepit; quarè datis ad Meſſanam Vrbem literis purgauit ſe, quod non rediret, ægerrimè Meſſana tulit, debitum honorarium, & bona retinuit, quæ poſtea Ducis Sueſſæ opera ſunt reſtituta; dùm Iacobus ad iter ſe parat ſexcentis literis commune deſiderium ſignificatur, inſtareque omnes, vt

quam-

Digitized by Google

quamprimum Patauium ſe conferret, auidiſſimè ab omnibus expectari, credique à præſentia longè famam ſuperatum iri. Hinc factum eſt, vt cum Patauium aduenifſet honorificentiſſimè fit exceptus, tantoque deſiderio, ac expectatione auditus, quanto antea nemo alius; & tamen ita omnibus factum eſt ſatis, vt Iacobus in omnium ore eſſet, ac ad illum audiendum maximo plauſu vniuerſa pænè vrbs conflueret, hominiſque dicendi rationem, eloquentiam, & venuſtatem admirarentur vniuerſi. Hinc Scholaſticorum numerus quotidiè augebatur & tanti Gymnaſij dignitati Iacobi amplitudinem optimè reſpondere prædicabant omnes. Complures Germani Principes hoc tantum nomine Patauium ſe conferebant, nonnulloſque dies ibi morabantur, vt Iacobum fama celeberrimum præſentem audirent; nec fruſtabantur opinione, ſed illum ſummis laudidus efferentes admirabundi patriam repetebant. Anno 1607. ad Ferrarienſem Academiam, quibus vellet conditionibus euocatur, ſed à Sereniſſimo Duce Leonardo Donato aucto honorario conductio renouatur, ad quem à ſtudioſorum vniuerſitate miſſus Iacobus, vt de delata dignitate illi gratularetur equeſtri dignitate, & inſigni ſmeraldo donatur: quo etiam anno orta eſt inter Iacobum, & Marcum Antonium Peregrinum de titulis controuerſia, ſed factum eſt S. C. pro Iacobo. Anno verò 1616. à Sereniſſimo Duce Ioanne Bembo renouata conductione honorarium augetur, vetitumque cæteris profeſſoribus, ne quas legiſſet, vel legeret Iacobus lectiones legerent. Bis eſt per hæc tempora Neapolim euocatus à Comite Beneuenti primum, deinde à D. Petro Ferdinando Caſtrio, Lemenſium Comite Neapolitani Regni Proregibus, ampliſſimis & honorificentiſſimis conditionibus; quas omnes Iacobus repudiauit, Patauinum Gymnaſium Neapolitano præferens, licet tunc eſſet vnus ex Neapolitano Collegio, quo nomine præſens ad mille aureos eſſet lucraturus, at Veneto nomini addictus facilè Patauium cum Neapoli, & patria commutauit; præterea cum tanti haberetur Iacobus apud Patauinos, & Venetam Rempublicam, & omnibus carus, & admirandus eſſet, putabat ingrati animi vitij notam inuſtum iri ſi diſcederet: celebrabatur, commendabatur ab omnibus Iacobus in graui ætate ſemper nouus, nulla ſatietate capiebantur Auditores, ſed noua ſemper illum audiendi cupiditate æſtuabant. Demum anno 1618. die Virginis Sanctiſſimæ Annuntiatæ Sacro, cui erat addictiſſimus, febri laborans ingenti literariæ Reipublicæ iactura omnium ordinum, ac ſtudioſorum dolore ceſſit Iacobus fatis annum agens 74. & ex communi mærore facilè agnoſceres clariſſimum Patauini Gymnaſij, ne dicam orbis terrarum vniuerſi extinctum lumen, extincto Gallo, cuius parem conſequutura

tura

tura ſæcula non eſſent datura. Chriſtianæ demiſſionis memor teſtamento cauerat Iacobus ſine pompa apparari funus, & iuſta perſolui, verùm Magiſtratus, & Præſides nefas cenſentes tanto viro non apparatiſsimè parentari, vt inſigni pompa funus curaretur iuſſerunt: quarè ſeptingenti aurei in ea re ſunt expenſi, celebratumque funus omnium ordinum frequentia incredibili in Sancti Antonij publica oratione, (quæ extat) laudatus à Sigiſmundo Boldonio eruditiſsimo viro Mediolanenſi Patricio. Cadauer verò ex teſtamento ad Patres Theatinos translatum. Mirum eſt quantum Patauina Ciuitas Iacobi morte ſit commota, illud certum eſt Patauinum Gymnaſium tantam iacturam feciſſe, vt biennio locus vacarit, & licet poſtea doctiſsimo, & eruditiſsimo viro Iulio Pacio fuerit delatus, tamen vix anno peracto, & ipſe diſceſsit. Hinc etiam Veneta Reſpublica Iacobo ſucceſſorem pro dignitate, eruditione, & eloquentia quærit, & in dies tanti viri iacturam ſentit magis, reuireſcente ſemper Iacobi fama, & gloria nullo vnquam tempore intermorituris. Illud etiam mirandum, Iacobum etiam in decrepita ætate, ac ſi nouus, & adoleſcens eſſet profeſſor mirificè placuiſſe, nec eam ætatem, quæ omne robur ferè, & venuſtatem admitit, quicquam de Iacobi fama, & gloria detraxiſſe. Multa in Iacobi obitu ab vno ex famulis ſurrepta, præcipuè verò ſcripta, ſed maiorem partem Marcus Antonius Ottelius inſignis Patauini Gymnaſij Profeſſor teſtamenti exequutor recuperauit, furemque ne tantum facinus inuſtum remaneret publicis triremibus addici curauit. Hinc factum eſt, vt Alexander Gallus, & ipſe Iureconſultus tanti viri filius, nonnulla tantum Conſilia, ſiuè Reſponſa patris ediderit, editurus Commentarios ad ius ciuile eiuſdem abſolutiſsimos, ſperatque futurum aliquando diem, cum reliqua ſcripta reſtituentur. Fuit Iacobus corpore procerus, elegans, venuſtus, ac oris dignitate conſpicuus, excellenti memoria, & ingenio pollens, optima totius corporis conformatione, ac conſtitutione, voce optima, eaque ſuaui, vir authoritate, & grauitate ſumma, ac optimis moribus præditus ipſius naturæ, ac Dei Optimi Maximi benignitate ad omnia optimè, ac venuſtè agenda formatus, nedum iuriſprudentia, verùm etiam varia eruditione conſpicuus, ac ita inſignis, vt in Doctorum virorum congreſsibus, ac cætu etiam hoc nomine clariſsimus prædicaretur, Græcam linguam Romæ didicit, Hiſpanicè, Gallicè, & Polonicè optimè loquebatur, & ſcribebat, Princepſq. fuit ſæpiſsimè nobilis, ac inſignis Academiæ Recuperatorum Patauij, Comœdias, Elegias, & Epigrammata multa conſcripſit, ſed in ea direptione amiſimus: omnibus quibus cum agebat gratiſsimus, blandiſsimus, & admirandus. In interpretandi verò munere tanta actionis venuſtate, ordine, perſpicuitate, facilitate, elo-

quentia,

quentia, memoria, & ingenio ſe gerebat, vt ſeipſum ſuperaret; & Auditores attentione ſumma defixos; quandiù volebat ab eius vnius ore pendentes detineret: diceres eos diuinum aliquem è cœlo delapſum virum verba facientem attonitis ſimiles audire. Honores, ac dignitates contempſit, quas facilè ſi voluiſſet, aſſequi potuiſſet; quamplurimis enim Regni Neapolitani Proregibus, & preſertim Marchioni de Mondegiar percarus fuit, & magno in honore habitus ob inſignem doctrinam, eruditionem, vitæ integritatem, & in rebus agendis peritiam, & dexteritatem. Semper magnificentiſsimè ſe geſsit. Fuit etiam ab Allobrogum Duce inter inſignes illos Italiæ Iureconſultos lectus, qui de nonnullis maximi momenti negotijs conſultarent, quod poſtea conſequuta bella prohibuernt. Ex eius diſciplina, tanquam ex equo Troiano illuſtriſsimi viri prodierunt ad ſummos Magiſtratus, & honores, & Cardinalatus etiam euecti. Aedes amplas vbilibet ſemper, & præſertim Patauij incoluit omni ornamentorum genere, & vaſorum argenteorum ſuppellectili inſtructiſsimas, octo alebat ſamulos, curru, & equis non caruit, & hoc magnificentiæ nomine à Senatu Veneto commendatus. Hæc breuiter, & ſtrictim ſine fuco, ac orationis lenocinio paucorum dierum anguſtijs circumſcriptus, de Iacobo meo olim Præceptore delineaui. Fortaſſe cum ad ius ciuile Commentarij prodibunt maiorem nacti otium Spartam hanc exornabimus, cum multa poſsint amici, & tempus, quæ fortè prætermiſimus ſuggerere.

FINIS.

IACOBI GALLI IVRISCONSVLTI NEAPOLITANI

Comitis Palatini, & Equitis,

Explicationes nonnullarum Legum, Digeſtorum, & Codicis.

Orationis compendio Materia in hoc capite explicatur Compenſationis. Et obiter quid Dicis, cauſſa ſignificat.

IN cauſa commodati compenſationi locum non eſſe certiſſimi iuris eſt l. vltima cum comparibus, C. de compenſationib. Sed res ipſa reddẽda eſt qualiſcumq; ſit & hoc Iulius Paullus ſcribit libro ſecundo ſententiar. in titul. depoſit. & Iuſtinian. in l. penult. C. depoſit. & habetur ẽt in d. l. vlt. & in §. in bonæ fidei Inſtit. de action. In cęteris õibus alijs cauſis ſi liquida ſint debita compenſationi locus eſt ex pari videlicet ſpecie quẽadmodũ Paullus dicto lib. 2. explicat titul. de pignorib. Pares autem ſpecies nullæ ſunt inter ſe niſi quæ numero pondere, vel menſura conſtant, igitur talium dumtaxat ſpecierum fit compenſatio, corporum poteſt eſſe

retentio, nõ etiã cõpẽſatio vt tradit Accurſius in d. l. vlt. Plane commodatum in corporibus tantum conſiſtit; nã earum ſpecierum quarum nullus eſt vſus non poteſt eſſe commodatum. At licet interdum pecuniæ commodentur, vt *D*icis cauſſa, in imaginarijs venditionibus, vel ſolutionibus interueniant l. ſæpè ff. cõmodat. apparet tamẽ eas tunc corporum vicem optinere: Dicis cauſsa, ideſt vt dicere quis poſſit ſe emiſſe, vel ſoluiſſe, & hoc nimirum eſt, quod Cicero ait in Verr. ſexta, vt ſe poſſet dicere emiſſe αρταγαλο imperaſſe, vt aliquid nũmorum illis quibus argentum relatum ereptum eſſet, Dicis cauſa daret, Cicero ibi refert Verrem imperaſſe, vt poſſet ſe dicere emiſſe, quæ argenta eripiebat aliquid nummorum. Dicis cauſſa dominis dare, locus inſignis, Sozipater antiquiſſimus grammaticus ait, Dicis nomen eſſe vnius cauſſæ; igitur Dicis cauſſa id fieri dicitur, quod alia nulla de cauſſa fit, niſi vt factũ eſſe dicatur. Sumite exẽplum ex d. l. ſæpè Sæpè eo loco ait Caius ad hoc commodantur pecuniæ, vt Dicis gratia numerationis loco intercedant, Dicis legẽdum eſt nõ Ditis vt in parum caſtigatis exemplaribus legitur. Alibi idem Caius veluti in nexis, ac mancipijs cum Manceps ære libram percutiebat, idque æs dabat ei, à quo Mancipium accipiebat, quaſi prætij loco nũmus ille, Dicis tantum gratia tradebatur, cum alibi pecunia numeraretur. Itemq; in omnibus adumbratis ſiue imaginarijs contractibus, quibus vno interdum nummo emptio perficitur; nummus enim aliam nullam ob cauſſam traditur niſi vt qui ei contractui quaſi teſtis, ac ſpectator intereſſet, dicere, ac teſtari poſſet pecuniam fuiſſe traditam. Huc pertinet ſcriptum Vlpiani in l 1. ad ſenatus conſult. Syllanian. Excuſantur autẽ ſerui, qui auxilium tulerunt ſine dolo malo, nam ſi finſerit quis auxilium ferre, vel Dicis gratia tulit nihil hoc commẽtum illi pro-

derit

derit, quaſi dicat Vlpianus ſi non animo Dominum defendendi; ſed tantum propter Dicem idest propter eum qui aderat, ac dicere poterat ſeruum conatum eſſe Dominum ſuum defendere, hæc ſimulatio, & vana oſtentatio nihil ſeruo proderit. De hac ipſa loquutione videndus eſt Anton. Auguſt. lib. 1. quæſt. anniuerſ. capit. 47. & comment. ad S. dolo malo, & in l. iurisgent. de pact. Redeo nunc ad tractatum compenſationis cum verò corporum tantummodo ſit commodatum, in actione commodati non poteſt compenſationi locus eſſe, niſi re forſan conſumpta culpa commodatarij; vel alia de cauſa cõmodati actione agatur; nã tunc cõpenſationi locus eſt: cum tamen ſi depoſiti actione pecunia depoſita petatur, ceſſet compenſatio: Verum ſi res ipſa actione commodati repetatur dicta l. vltima, ait ceſſare retentionem, quæ fiat obtentu alterius debiti niſi ob id retentio inducatur, ꝙ in contrariam actionem commodati venit. Compenſatio iuris eſt, Retentio facti eſt, cõpenſatione tollitur, minuiturue actio. Retentione res tenetur quaſi pignoris loco l. dote prælegata de Dote præleg. omne debitum compenſatur retentio fit ob ea tantum, quæ contrario iudicio petuntur.

l. Inuitum, ff de Seruit. Vrbanor. Prædior. benè explicatur.

INuitum ait Vlpianus accipere debemus in ſeruitutibus non eum qui contradicit, ſed & qui non conſentit; ideo infantem, & furioſũ inuitos dici, ait Pomponius, non enim ad factum, ſed ad ius ſeruitutis hæc verba referuntur. Accurſ. in verbo inuitum, ait in aliquo forte edicto, vel lege duodecim tabularum ſcriptum erat quod nemo conſtituat ſeruitutem inuitus. Hunc ſenſum

ſemper ego exiſtimaui ineptiſſimum, atq; diuinatorium. Et quis eſt, qui dubitat neminem cogi inuitum ſeruitutẽ conſtituere? cum nec obligatio contrahatur niſi inter volentes, l. ſicut C. de actionib. & obligationib. Præterea, ſi demonſtrare intendiſſet verba edicti, aut legis duodecim tabularũ id vtiq; expreſſiſſet quẽadmodũ alijs in locis ſolet facere, vt in titul. de minorib. & de nou. oper. nunciation. atq; in alijs cõpluribus titulis, Ego arbitror intentionem Vlpiani illam fuiſſe, declarare, & definire verbum inuitis, quod in conſtituenda ſeruitute inter contrahentes ſolet apponi, vel ſubintelligi, de quo verbo mentionem habuit ſuperiori lege in hæc verba, Cum autem ſeruitus imponitur ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti videmur ne ius ſit vicino, inuitis, nobis altius ædificare. Vnde ſubſequenter declarat quomodo intelligatur illa verba inuitis nobis, & ait furioſum, & infantẽ inuitos dici, quaſi dicat non poteſt quis luminibus officere, dum aliquis eſt furore percitus, quia eo inuito dicitur facere.

Ad l. ſi Menſor ff. Si menſ. falſ. mod. dixer, optimus ſenſus adaptatur.

SEnſus Veterum fuit ad hoc reponſũ, Venditorẽ promiſiſſe certum modum fundi venditi, & emptorem teneri intra certum tempus adhibere menſorem, quẽ niſi adhibuiſſet venditor liberaretur, & ſimilem caſum adducunt ex l. qui fundum de contrahend. emption. Hic ſenſus quamquam aliter non videtur poſſe intelligi ſtãte lectione ordinaria, mihi tñ nõ eſt legis proprius, & multa diuinat, & ſubaudit, quæ à veriſimili contractu, & à verbis legis valde recedunt: nam non tacuiſſet Iureconſultus

ſultus,id quod erat potiſſima pars caſus legis eiuſq; deciſionis. Emptorem nimirum debere ipſum adhibere mẽſorem; præſertim cũ in lege ſcriptum ſit,vẽditorem promiſiſſe ſe aſſignatum modum,vnde datur intelligi curam eius fuiſſe adhibere menſorem. Quapropter exiſtimo ego mendoſum eſſe Codicem,& vbi ſcriptum eſt liberetur. legendum eſſe læderetur,& ſenſus erit aptiſsimus, & verbis conueniens, & Vlpiani dignitate, & ſubtilitate dignus;non diuinans,non ſubintelligens quidquam alienum, & caſus erit, quod cum menſor traxerit renunciationem vltra diem ſtatutum Venditor, qui emptori promiſit ſub certa pæna aſsignare certum modum,ideſt mẽſuram,læſus eſt, qui in pœnam promiſſam incidit,& ideo de dolo venditor contra menſorem agere poterit. In l. qui fundum deinde alius eſt caſus ſatis verbis explicatus,& oſtendens contractũ partium conuenientẽ, cuius verba ſubijcio. Qui fundum vendidit in lege ita dixerat, vt emptor in diebus triginta proximis fundum metiretur & de modo renunciat, &c.

Ad l. Mandatum in titul. Mandat. datur verus intellectus.

MAndatum ait Vlpianus diſtrahẽdorum ſeruorum defuncto eo,qui mandatum ſuſcepit, intercidiſſe conſtitit, quoniam tamen hæredes eius errore lapſi, non animo furandi, ſed exequendi,quod defunctus ſuæ curæ fecerat ſeruos vendiderãt eos ab emptoribus vſucaptos videri placuit: ſed Venalitiarium, ex Prouincia reuerſum Publiciana actione non vtiliter acturum eum exceptio iuſti dominij cauſa cognita detur,neque oporteat eum,qui certi hominis fidem elegit ob errorem, aut imperitiam hæredum affici damno hactenus Papinianus Senſus veterum fuit in illa parte, ſed Venalitiarium, &c.

quod

quod emptores non habent actionem contra dominum ſeruorum venditorum, quia is dominus defenditur exceptione iuſti dominij, & intelligunt Venalitiarium pro emptore ſeruorum, & qui non dum vſuceperat. Hic ſenſus non eſt propriæ legis, immo contra eam, & contra notiſsimam verborum ſignificationem, & veteres mutāt caſum, cum vnus ſit caſus poſitus à Iureconſulto, & cum qui reum eſſe debet fingunt actorem, & è contrario, & perperam interpretati ſunt verbum Venalitiarium, & verbum iuſti dominij, quorum ſententia inanis apparebit ex noſtra interpretatione; mendū itaq; eſt nō parui faciendū in hoc reſpōſo: explico igitur thema legis. Sēpronius Venalitiarium exercens, ideſt, qui mango erat, fuerat enim in Prouincia abſens, & Titio Romæ degenti mandauerat vt ſeruos, quos idem Sempronius habebat Romæ venderet, Titius vero antequam vēderet vita functus eſt, eius hæredes vendiderunt ſeruos, errore ducti, credentes defunctum obligatum, vel ipſoſmet teneri ad mandatum exequendum, ſed vendiderunt pretio minori, quam æquū erat vnde læſus fuit Sēpronius, & ex hoc facto oriuntur quæſtiones, prima num emptores vſuceperint ſeruos, altera ſi vſuceperint, poſsit aliqua via Sempronio læſo ſuccurri. Papinianus reſpondit ſeruos poſſe vſucapi, & vſucaptos eſſe ex poſſeſsione emptoris, quia bona fide emerunt. Deinde ait ſuccurrendum eſſe Sempronio Venalitiario actione Publiciana contra emptores, qui ſi de poſſeſsione exceperint Iudex exceptionem non admittet, quia non eſt æquum Sempronium propter errorem hæredum pati damnum cum induſtriā, & fidem certi hominis elegerit Titij nimirum non hæredum. Hic eſt ſenſus, qui vt manifeſtior appareat expendendi erunt verba legis, Ait mādatum, &c. Defuncto eo qui mādatū, &c. intercidiſſe cōſtitit; ſenſus ergo eſt, mor-

te mandatarij ſolui mandatum l.mandatum, C. eod. ait quoniam tamen hæredes errore lapſi non animo furandi,&c.ſenſus eſt,quod ſerui venditj bona fide potuerunt vſucapi,& eos videri recte vſucaptos ab ipſis emptoribus quia bona fide emerunt: ſi enim mala fide fuiſſent venditi non potuiſſent vſucapi tamquam furtiui; nam cum hæredes eius contrectaſſent mala fide; & inuito domino furtum videntur commiſiſſe Inſtitutionib. de obligationib. quæ ex mala fide,Vſucaptos dixit, quia dominium ſtatim non potuerunt acquirere hæredes ab ijs, qui nec domini erant, nec mandatum habuerant, ſed acquiſiuerunt ex vſucapione, quæ dominium appllatur iuſtum idest legitimum,de quo inferius intellexit dum dixit exceptio iuſti dominij cauſa cognita detur Emptoribus dixit quoniam credendum eſt illos hæredes vendidiſſe plures ſerue s pluribus ac diuerſis perſonis. Ait ſed Venalitiarum, &c. hucuſque ſenſus Veterum, & noſter vnus eſt, & conformis, hinc autem vſque ad finem dico eos non recte intellexiſſe, declarabo igitur ſequentia ſecundum ſenſum noſtrum. Ait ergo ſed Venalitiarium &c. ſupra reſpondit pro emptoribus, nunc pro Venalitiario, cuius ſerui venditi fuerant, qui abſens erat cum Titio mandauit vt venderet, & ait hunc Sempronium Venalitiarium poſſe agere contra emptores, & recuperare ſeruos, quamuis vſucapti ſint; nam dominium acquiſitum ex vſucapione hoc caſu non proderit emptoribus, quia exceptio talis dominij datur cauſa cognita ideo hoc caſu non erit cauſa iuſta dandi ne Sempronius damno afficiatur ob errorem, & imperitiam hæredum. Venalitiarium igitur intelligere debemus mangonē ſeruorum.hoc eſt eum, qui mercatur in ſeruis vendendis, & emen is, & hic ſignificat illum, quem Sempronium ſupra nominauimus, qui dum abſens erat mandatum

dederat ſeruorum vendendorum, non autem intelligere poſſumus Venalitiarium emptorem, quia emptores pluraliter dixit,& ſi de his intellexiſſet, dixiſſet vtique Venalitiarios ſignificat, ergo vt dixi l. mercis de verbor. ſignificationib. l. præcipuum, & l. iuſtiſsimè de edilit. edict. Ait ex Prouincia reuerſum his verbis oſtenditur eum fuiſſe abſentem dum mandauerat ſeruos vendi, & in eius abſentia ſerui fuerunt vſucapti. Quod ait Publiciana actione non inutiliter acturū, ſequitur rectè Prætorem ei ſuccurrere debere reſtituentem ipſum ex Publiciana actione,quæ cum duo capita habeat, ideſt quando non dominus, & quando dominus reſtituitur ex ſecundo capite iſtum iuuabit inſtitutionib de actionib. §. rurſus, & §.ſuperiori,& hic vbi legitur non vtiliter legendū eſt non inutiliter, vt ſic affimatiuè legatur non negatiuè, & ex hoc mendo proceſsit error Veterum non exiguus. Agit igitur iſte Venalitiarius actione Publiciana vtiliter contra eos,qui vſuceperunt, & hunc caſum puto in iure ſingularem, & eſſe exemplum eius,quod ſtatuitur in dicto §. rurſus,ibi enim contra eos,qui vſuceperunt datur reſtitutio ei,qui olim poſſeſſor fuit, & amiſit poſſeſsionē,& vſucapta eſt res,dū ille prior poſſeſſor abſens fuit iuſta ex cauſſa,& ideo lex ait quia exceptio iuſti dominij cauſſa congrua datur;quaſi velit inferre, quod ſi emptores excipiēt de dominio iuſto,ideſt acquiſito ciuiliter ex vſucapione iudex non admittet exceptionem, quia talis exceptio datur cauſa cognita, & quæ dantur cauſa cognita interdum conceduntur interdum denegantur ſecundum cauſam iuſtam,vel iniuſtam l. ſi cum exceptione, quod met.cauſ. Sed quæ ſine cauſę cognitione dantur, omnino dantur, & nunquam denegantur. Inſtitutionib: de teſtam.tut.in fin.Iuſtum autē dominium appellat Iureconſultus legitimum, vt ſupra dictum eſt, ideſt

eſt à lege ciuili introductum ſicuti diximus iuſtum filiū iuſtam vxorem, iuſtas Nuptias hoc eſt legibus comprobatas l. Paullus l. ſeptimo de ſtat. homin. Inſtitutionib. de Nupt. in initio l. ſi vxor de adulter. quod ait lex non eſſe aquum eum affici damno, &c. damnum patiebatur quia non iuſto pretio venditi fuerant ſerui vel heredes qui vendiderant non erant ſoluendo ſed primum verius puto.

Expenditur text. in l. cum vulgari modo ff. de Dote Prælegata.

AFricanus libro quarto queſtionum reſpondit cum vulgari modo dies legatorum proferuntur nihil eam rem ad dotis prælegationem pertinere quin diem ſuum habeat Duplex eſt huius reſponſi ſenſus à Veteribus traditus, ambiguum enim eis fuit quisnam diceretur modus vulgaris. Crediderunt aliqui modum vulgarem dici ſi teſtator dixerit cuicunque aliqua legaui poſt decē annos dari volo; ſed hic ſenſus reprobandus eſt omnino nam dos prælegata contineretur ſub hac clauſula, quod Africanus negat, cum omnia legata ſinè exceptione comprehendat. Alii putarunt vulgarem modum dici cum teſtator dicit quibus legatis dies non eſt adiectus poſt decem annos dari volo; hic ſenſus adheret veritati non tamen per omnia veritatem amplectitur. Ego vero vulgarem clauſulam vulgarēmque modum arbitror procul dubio eū eſſe qui ab Vlpiano eſpreſſus eſt in l. talis ſcriptura de legat. primo Si enim eſt vulgaris nota eſt ac propterea uſu frequens modi autem ſupradicti Veterum interpretum nec in vſu nec vulgo noti immo nec in iure reperiuntur. Modus igitur vulgaris concipitur his verbis

bis Quas pecunias legaui quibus,dies appoſitus non eſt heres meus annua bima trima die dato,& hanc dici clauſulam generalem, vel modum oſtendit Vlpianus in ſuprallegata l.talis ſcriptura in,ea enim declarans quid comprehendat ait, ſi cui legetur cum annorum viginti erit vulgarem hanc clauſulam ceſſare, de qua meminit etiam idem Vlpianus in l. legata inutiliter §. hoc amplius eodem titul. Nec intereſt appellet quis clauſulam aut modum vulgarem,his enim verbis promiſcuè vtitur Iureconſultus;Dicitur enim clauſula vulgaris quia vulgo, & nota,& frequens erat, quæ quidē clauſula videbatur prima facie locum habere in dote prælegata quia dies in eo legato non exprimitur. Verum contrarium reſponſum eſt, propterea quod hoc legatum quando ſcilicet dos prælegatur habet diem ſuum ideſt implicite habet diem preſentem nam prælegare nil aliud eſt quam preſenti die dare legatum, & prælego ſignificat preſens lego,& repreſento per legatum,cum igitur ea que preſenti die legantur non pertineant ad hanc clauſulam vulgarem dicta lege talis ſcriptura legatum de dote prælegata non pertinebit ad eam vulgarem clauſulam poſset quos defendere, vt intelligatur de die in lege ſtatuto in exactione dotis etiam ſi prælegata non ſit, nam ſi clauſula vulgaris haberet locum nihil prodeſſet legatum, cum de Iure communi ita præſtanda erat dos ſcilicet annua bima Trima die l. prima §.cum autem C. de rei vxor. action.

L.cum

L. cum furioſus De Iudicijs explicatur diligentiſsime.

SVb titulo de iudiciis extat Papiniani reſpóſũ in l.Cũ furioſus,quod à Veteribus interpretibus perperam, niſi fallor, eſt explicatum; Ego vero quem verum, & proprium reſponſi ſenſum exiſtimo breuiter oſtendã. Verba Papiniani hæc ſunt Cum furioſus iudex adijcitur nõ ideo minus iudiciũ erit quod hodie non poteſt iudicare, vt ſcilicet ſue mentis effectus, quod ſententia dixerit ratum ſit; neque enim in adijciendo preſentia, vel ſcientia iudicis neceſſaria eſt. Senſus Veterum iuris Interpretum fuit agi in hoc reſponſo de furioſo iudice qui adiungitur, delegatis, uel arbitris, pro tertio, & interpretantur adijcitur, hoceſt adiungitur, deinde extendunt ex ſententia, ſeu ratione ad eũ etiam furioſum qui ſolus Iudex daretur. Mihi autem contrarium uerius uidetur. Reſponſum enim loquitur de eo qui ab initio datur iudex, poteſt tamen extendi ad eũ, qui ad iungitur quãuis id non ſatis decenter poſſet accidere, et quod non intelligatur de tertio adiecto, rationibus demonſtrari poteſt. Si id reſpondiſſet Iuriſconſultus apertius expreſſiſſet, non enim ita obſcure loquũtur ueteres prudentes, vt ſit nobis neceſſe magis diuinare quam interpretari; propterea de illo tertio adiungendo legiſlatores parce loquũtur, nã duobus diſſentientibus delegans ipſe interuenit l.duo iudices de re iudicat. De Arbitro autẽ ex cõpromiſſo à partibus electo non videtur ullo modo intelligi poſſe, quia de his dictũ eſt ſupra in tit. de arbitr. nec cõueniẽs eſt ſenſus de illo in prudẽter enim facerẽt qui furioſum eligerent alijs diſſentientibus cum cauſſa

Digitized by Google

quæ in procintu eſt,& ſtatim definienda,differatur donec furioſus reſipiſcat. Item, & cum reſipuerit poterit arbitrium refutare cum poſsit accipere, & refutare ex ſua voluntate l.tertia §. primo d'arbitr. Præterea verba legis referuntur ad ſolum furioſum, & de vnius ſententia, & iudicio loquuntur,ſi rectè conſiderentur Quapropter veram, & propriam legis ſententiam puto eſſe vt intelligamus de furioſo, qui ſolus ab initio delegatur ab ordinario; Decepti namque fuere Veteres ex illo verbo Adiicitur quod acceperunt pro Adiungitur, cum legendum ſi Addicitur ideſt deſtinatur aſſignatur, uæ Deriuatur enim à verbo Addico quod duplici D. ſcribitur, & ſignificat Deſtino; Aſsigno, & in hac ſignificatione ait Iureconſultus in l.Iudex eod. titul. quia rectè ab initio Iudex addictus eſt,& in l.quod ſi Epheſi de eo quod cert.loc. Aequitatem enim ante oculos habere debet iudex qui huic actioni addictus eſt.Sed obſtare videtur l. ſed,& ſi §.primo de arbitr.ibi,ſed neque in pupillum, neque in furioſum, aut ſurdum, aut mutum compromittitur. At vbi intelligitur in hos non poſſe compromitti, vt in eodem ſtatu iudicent. Sed ſi pupillus adoleuerit, vel Furioſus reſipuerit poteſt compromitti; propterea non per omnia equiperantur iudices delegati arbitris compromiſſarijs nam Arbiter non cogitur arbitrium ſuſcipere, vt ſupra dictum eſt Delegatus autem non poteſt iudicium detractare quia iudicare publicum munus eſt l. pnnultim.dē Vacat. mun. niſi excuſationem habeat.

L.Vſu-

Digitized by Google

Ad l. Vſufructuarius ff. de Vſufruct. verus ſenſus traditur.

NEratius in lege iſta reſpondit in hæc verba. Vſufructuarius nouum tectorium parietibus qui rudes ſunt imponere non poteſt, quia tam, & ſi meliorem excolendo ædificium domini cauſam facturus eſſet non tamē id iure ſuo facere poteſt, aliudque eſt tueri quod accepit aliud nouum facere; hactenus Neratius. Senſus Accurſij, & Veterum fuit. Vſufructuarium non poſſe tectum ſuper imponere parietibus qui tectum non habent, & ita acceperunt tectorium pro tecto quo imbribus frigoribusue defendimur, & rudes parietes, intellexerunt nouos parietes qui tecto non operiuntur, & verbum excolere pro ædificare expoſuere. Qui ſenſus quā ſit alienus, & falſus neminem mediocriter eruditum præterire arbitror. Proprius igitur ſenſus hic eſt Vſufructuarius non poteſt nouum tectorium rudibus parietibus hoc eſt nouā oblinitionē ſeu cōplanationē ex calce; vel Gypſo imponere parietibus incultis, & aſperis Tectoriū eſt latinis auctoribus Incruſtatio quædā, & quaſi pauimentum parietis aut columnarum ad maiorem ſpecantium gratiam, & cruſta, aut calce fiebant pura aut gypſo, aut calce, & arena, aut calce, & marmore, Agit de Tectorijs Vetruuius libr. octauo cap. ſecūdo, & fiunt tectoria, vt domus elegantiores appareant atque ornatiores firmioreſque quo verbo vſus eſt ſatis argute. Iuuenalis ſatira ſexta fucatam mulierem taxans his verbis, ſcilicet.

Tandem aperit Vultum, & Tectoria prima reponit.
Incipit agnoſci atque illo lacte fouetur.

Te-

Digitized by Google

Tectoria, ironicos integumenta medicamentorum quibus mulieres vtuntur quo formoſiores ſeſe oſtendant ſumpſit metaphoram à parietibus qui tectorijs coopeӿiũtur vt ſint pulchriores. Redeo ad rem Veteres Iuris ſconſulti multis in locis vſi ſunt eo verbo quibus facile potuiſſent Accurs. Accurſianique interpretes doceri quid tectorium ſignificaret in l. hactenus cod. titul. ad finem, & non ſolum ait Celſus neceſſarias refectiones facturum, ſed etiam voluptatis cauſa, vt tectoria, & pauimenta, & ſimilia. Item ex l. quidam Hiberus §. primo in extremo de ſeruitutib. Vrbanor. & ex l. ex damni infecti ſtipulatione in initio de damni infecti, & l. in fundo Verſicul. neque malitijs de rei vendicat. & l. tertia §. ſed, & ſi mutua pecunia de in rem verſ. Hinc appellatur tector qui tectoria parietibus imponit l. ſi vt certo §. nam, & ſi ſeruum tibi tectorem commodauero, &c. ff. commodat. De ijs agit Paull. in l. impenſæ in fin. de verbor. ſignificationib. Porro tectorium ab Incruſtatione eo differt quod incruſtatio fit ex lapidibus ſectis in tenues lamines, Rudes parietes dicuntur inculti aſperi, & prima ſua facie contenti, non dum culti politi, & complanati, ſicut rem incultam rudem appellamus, & hominem imperitum rudem dicimus, & lignum rude aſperum non dolatum neque politum. Verbum vero excolere ſignificat ornare, & cultius atque ornatius reddere non autem ædificare vt imperitè Accurſius exiſtimauit, & hæc ſatis, & ſuper.

l. Qui

l. Qui ſella ff. de ſeruitut. Ruſtic. egregiè expenditur.

QVi ſella ait Paullus, aut lectica vehitur ire non agere dicitur, & veteres interpretes accipiunt ſellam pro Equo; & lecticam pro Curru; Vtrumq; falſum ſemper exiſtimaui lectica enim apud Claſsicos auctores eſt cathedra qua dominus geſtabatur à ſeruis qui lecticarij dicebantur l. ſi ex toto §. ſi ita de legatis primo l. item legato ff. de legatis tertio l. vxori de aur. & argent. legat. Iuuenalis his verbis luſus eſt in ſatira tertia.

Si vbeat officium, turba cedente vebetur
Diues, & ingenti curret ſuper ora liburno
Atque obiter leget, vel ſcribet, vel dormiet intus
Namque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra

Et in prima.

Cauſidici noua cum veniet lectica Mathonis
plena ipſo.

Et Paullo poſt.

Ac nuda penè cathedra,

Et Albi.

Denſiſſima centum quadrantes lectica petit.

Hinc lecticula dicta eſt, Liuius de Scipione; Scipio lecticarii aciem delatus conflixit. Sueton in Auguſto A cena ſe in lecticam lucubratoria recipiebat; Cicero Vt noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula circumcurſare poſsis; Geſtabatur lectica à ſex ſeruis, vel octo vnde Exophorum, & Octophorum Apul. Vectabatur Octophoro, & Martialis

Octophoro ſolus portabatur amice Philippus.

Tranquill. in Caligula ſcribit Eum adeò delicate diſceſsiſſe nonnunquam vt Octophoro veheretur

Hac

Hac ratione reſponderunt Iureconſulti Lecticariorum, & Quadrigæ vnam eſſe ſtipulationem l. ſcire debemus §. final. in fin. de verbor. obligationib. Sella à lectica non niſi magnitudine differt nam ſella minor eſt que,& ipſa à ſeruis geſtabatur Vnde Iuuenalis cum de lectica loquutus eſſet de eadem repetens ait.

Oſtendens vacuam,& clauſam pro coniuge ſellam; Tranquill. in Nerone interdiù quoque clam geſtatoria ſella delatus in theatrum. Et in Othone tunc abditus properè muliebri ſella in caſtra contendit. At ſella quam Equo ſternimus per raro eo nomine vtimur, nec memini niſi vno, vel altero loco id legiſſe in l. vnica C. null. licer. in frenis,& in equeſtribus ſellis,&c. libr. vndecimo ſed ibi Iuſtiniani ait equeſtribus ſellis vt ea adiectione diſtingueret à ſella quæ,& lectica dicitur. De ſella autem equeſtri mentio eſt etiam in l. quoniam C. de cur. publ. libro duodecimo.

Ex Epiſtola Iuſtiniani Auguſti ad Anteceſſores De Pandectarum, & Digeſtorum nomine.

ET ſi initio Imperialium Inſtitutionum horum vocabulorum Pandectarum,& Digeſtorum à pleriſque ex Recentioribus interpretibus explicata eſt ſignificatio, non ab re tamen me facturum exiſtimo ſi craſsiore, vt dici ſolet Mineruа, ſtudioſorum præſertim adoleſcentium gratia aliqua de iiſdem, & ipſe comminiſcar, nam & flumine ſæpè ſecundo, Augetur remis curſus euntis aquæ, & iterum, atque iterum audita altius animis inſidere ſolent. Aulus itaque Gellius libr. noct. Attic. duodecimo cap. nono; Tullius Tyro inquit Ciceronis libertus libros de varijs; ac promiſcuis quæſtionibus compoſuit Græco vocabulo, Pandectas; hoc eſt promiſcua, & mul-

multifaria, continentes libros inſcripſit tanquam omne rerum. ac doctrinarum genus continentes. Et libro vltimo,ſunt, ait,qui libros ſuos Pandectas; ideſt omnium receptacula inſcripſerunt: quam quidem inſcriptionem Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ inter illecebroſas, ac magna promittentes numerauit propter quas Vadimonium deſeri poſſit.Inſcribuntur igitur libri Pandectarum, quod omnem Iuris doctrinam continent,quẽadmodum ille ipſe Iuſtinianus in tertia conſtitutione de Veteri Iure enucleando ſcriptum reliquit. Eſt ſi quidem compoſitio horum librorum omnis æquitatis Iuſtitiæ Doctrinę, & Eruditionis receptaculum ac veluti theſaurus quidam ita vt non temere ſcripſerit Domit. Vlpianus Iuriſprudentiam eſſe diuinarum, atque humanarum rerum notitiam. Et Cicero libro de Oratore tertio, moris antiquis temporibus fuiſſe vt ad Iureconſultos Craſſum, Coruacanum, & Scipionem de omnibus diuinis,atque humanis rebus referreretur; quo circa non dubbitauerim etiam audaciter affirmare,nullum hodie librum cuiuscumque artis, ac diſciplinæ,ſiue Græcũ ſiue latinum extare qui tantam rerum bonarum, & vtilium copiam complectatur. Iam vero Digeſtorum denominatio inde profecta cenſeri debet quoniam cum Iuſtiniano valde veterum librorum multitudo, & confuſio diſplicuiſſet ex duobus millibus qui extabant, Verſuum tricies centenorum millium ad minimum conſtantibus ad breuiſſimos quinquaginta coegit,quos nũc ſtudioſi diurna verſant nocturnaque manu; Quod, & Iulius Cæſar longo ante Iuſtinianum tempore facere ſtatueret. Tranquillus in Cæſar.capit. de feſtinatione eius in Ornanda Vrbe, Deſtinabat, inquit, Ius ciuile ad certum modum redigere atque ex immenſa diffuſaque legum copia optima quæque; & neceſſaria in pauciſſi-

mos conferre libellos;quibus verbis ſatis cōſtat eo quoque tempore infinitam fuiſſe legum copiam,ſed aceruatim congeſtam;quod & ex Liuio etiam docemur, ſic in tertio primę Decadis ſcribente,Decem tabul. leges perlatæ ſunt quæ nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum cumulo fons omnis publici priuatique eſt Iuris;Ceſar morte præuentus anſa perficere nequiuit;perficit tamdem ſuo ſeculo Iuſtinianus Imperator vt ſuperius dictum eſt:Sed & ſi ipſe gloriabundus alioqui opulentiſsimam breuitatem appellat ſuam compoſitionem,nobis tamen veriſſimum vedetur quod eruditi aliqui cenſuerunt Iuſtinianum nimirum nimio pluſquam ſatis accisos nobis hos libros, & mutilos verius quam compendioſos tradidiſſe, ita vt quotidie ſit Studioſis diuinandum in his, quibus ſi veterum extarent monumenta,nihil erat futurum dilucidius. Hinc tanta opinionum varietas tanti inter interpretes conflictus tā ta ſcriptorum cum ineptiſſimorum tum contētioſorum, & tam ingens ſilua: Credidit Iuſtinianus lucem tenebris afferre,& luci tenebras attulit; De ipſis vero veteris iuris reliquijs quid in vniuerſum iudicij interponendum ſit;malo cum diſertiſſimo Budeo,alienis verbis quā meis oſtendere. Prodeat, inquit ille,latinorum aliquis operum exiſtimator idoneus is erit Laurentius Vallenſis qui initio tertij Elegantiarum libri loquitur in hæc verba.Relegi proxime quinquaginta Digeſtorum libros ex pleriſque Iureconſultorum voluminibus excepptos, & relegi cum libenter tum vero quadam cum admiratione, primum quod neſcias vtrum diligentia ne, an grauitas, prudentia an equitas,ſcientia rerum, an orationis dignitas præſtet, & maiori laudi danda eſſe videatur Deinde quod hæc ipſa ita in vnoquoque illorum omnia ſunt egregia, & perfecta,vt vehementer dubbites quem

cui

tui præponendum putes; Et Paullo poſt: Quod eo magis in Iureconſultis eſt admirandum quod hi etiam inter ſe ſeculis diſtant,licet omnes poſt Ciceronem ideoque quibuſdam in verbis ab eo differentes quales omnes vſque à Virgilio atque Liuio fuerunt:nam Seruij Sulpitij, ac Mutij ſceuolæ nil extat, ſed alterius Mutij recentioris, & priſci illi quidem Iuriſconſulti quales quantique in eloquendo fuerint,iudicare non poſſumus, quippè quorum nihil legimus; His autem qui inter manus verſantur, nihil eſt, mea ſententiã quod addi, vel adimi poſſe videatur, non tam eloquentiæ quam quidem materia illa non patitur quam latinitatis,atque ælegantię ſine qua cęca omnis doctrina eſt ac illiberalis prçſertim in iure ciuili Hactenus Valla,de Pandectis quibus coagmẽtandis ſeptem,& triginta Iuriſconſulti ſimbolos contulerunt ex quorum verbis Digeſtorum leges veluti Centones conſarcinatæ ſunt libros librorumque titulos nõ male videntur diſpoſuiſſe compoſitores,ſed ſub ſingulis quidem titulis rapſodia quædam eſt carens arte, quę artificis ingenioſi, ac periti operam induſtriamque deſiderat; illi enim vt arbitror,præcipiti,ac prepopera quadam feſtinatione tomultuarie potius Veterum prudentum reſponſa congeſſiſſe quam certo ordine Digeſsiſſe aut ordinaſſe videri poſſunt;quam quidem rem pleniore manu ſum proſequutus atque etiam exemplis verisſimam in tractatu de verborum obligationibus - Non ita factum videmus in Imperatorijs Conſtitutionibus,& Reſcriptis, ſunt enim illæ miro diſpoſite ordine quod ex prima Codicis conſtitutione ſatis liquet: Colligentes ait Iuſtinianus in vnam ſancionem quæ varijs conſtitutionibus diſperſa fuere, & ſenſum eorum clariorem efficientes, ita tamen vt ordo temporum earumque conſtitutionem non ſolum ex adiectis diebus, & conſulibus

ſed etiam ex ipſa compoſitione earum clareſcat primis quidem in primo loco, poſterioribus in ſecundo ponendis quod Accurſius familiarius explicat. Totam autem Digeſtam Pandectarum compoſitionem in ſeptem partes partiri voluit Iuſtinianus neque temere, neque ſine ratione, vt ex ſecunda de Veteri Iure enucleando Conſtitutione apparet, reſpexit enim numerum, & artem Ex Veterum namque ſuperſtitione, id profectum videtur: qui crediderunt diuinitatem aliquam atque religionem ineſſe numero ſeptenario, de quo apud Mecrobiũ in ſomnio Scipionis, & Gellius libro ſecundo capite decimo: Ad quam quidem rem Vergilium reſpexiſſe videtur in eo carmine. Oterquè Quaterque Beati, cuius loci Seruij interpretatio, perindè ac vulgaris eruditis auribus non adblandiatur, elegantius autem atque prudentius Emiſtichiõ Vergilianum interpretatus eſt Macrobius loco ante citato, qui cum ſeptenarium numerum perfectiſsimum oſtendiſſet deque eius, vi ac poteſtate non pauca diſeruiſſet, ſubiungit continuo in hanc modum, Vnde Vergilius nullius diſciplinæ expers, & per omnia beatos exprimere volẽs ait. O terque quaterque beati: ꝙ emulati videntur Tibullus, & Siluius Italicus, ille, O mihi fœlicem terquè quaterquè diem; Hic O fœlix terque quaterque frater; Partes vero totius compoſitionis ordine recenſentur in precitata conſtitutione ſecunda hiſtoriam autem eius concinnationis facile ſtudioſi colligent ex productis Iuſtinianeis conſtitutionibus De Iuſtiniano Codice confirmando. De Veteri Iure enucleando, De emendando Codice, & ex Prohemio Inſtitutionum. Dicam ſi potero orationi s compendio priorem Codicem ex tribus veteribus Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano componi Iuſtinianus Imperator mandauit l. prima de nou. Cod. compon. tum contractos ex

infi-

Digitized by Google

infinitis propemodum conſultorum reſponſis quinquaginta Pandectarum libros euulgauit deinde in gratiam cupidæ legum Iuuentutis Inſtitutionis componi voluit & Iuſſit præterea euulgatum Codicē ſuum reformari additis detractiſque quamplurimis: qua de re in l. prima de emend. Codic. in eoque omnes omnium Principum repoſitæ fuerunt conſtitutiones ab Adriano vſque ad ſu tempora annorum ferè quadringintorum, necnon, & ſuas quinquaginta deciſiones quarū nonnullæ poſteriores fuerunt Inſtitutionibus, nam interdum in illis ſuarū mentio eſt Inſtitutionum. Vario deinde rerum emergētium vſu exigente, & nouis in dies iuris queſtionibus controuerſijſque oborientibus Iuſtinianus aſsiduā operam dabat rebus politicis; præcipuamque iudicijs curam impendebat ac proinde multas nouas edidit conſtitutiones, & Greco quidem Idiomate vt notiores eſſent populo in cuius præcipuè vſum ferebantur. His autem extremam: veluti Iuri ciuili manum impoſuit, tum additis quæ deſiderari videbantur, tum emendatis quę emēdanda dictabat poſterior dies qui prioris magiſter dicitur; fuiſſe videntur harum conſtitutionum plures uarijque ſcriptores quod indicat Grecanicæ phraſeos diuerſitas, ſubindeque varians ſtilus poſtea in vnum volumen omnes congeſtæ fuerunt, & Greco vocabulo νεαραι ſunt appellatæ latini nouellas dixerunt quo verbo ſæpè vtitur Iuſtinianus tandem recepta vox eſt Authenticorum ita appellantur Archetypa ſcripta certæ fidei, & præcipue auctoritatis. Vnde Iul. Paullus in l. prima de fid. inſtrumentor. Quicunque inquit à fiſco conuenitur non ex iudice, & exemplo alicuius ſcripturæ, ſed ex Authentico eſt conueniendus. De Profeſſoribus quoque facta eſt mentio in Epiſtola Iuſtiniani. Profeſſores hi proprie dicuntur, qui artem aliquam; ſeu ſcientiam,

aut

aut diſciplinā publice docent de quibus duo extant in Iure tituli. Vnus de profeſſoribus, & Medicis Alter de Profeſſoribus qui in Vrbe Conſtantinopolitani libro duodecimo Vtriuſque hoc fine meminit Bald. in Authentic. habita numero tertio C.ne fil.pro patr.Plin.lib. tertio Diodorum inquit Dialecticę Sapientiæ profeſſor, & Plinius nepos epiſtola ſeptuageſima ſexta. Audiſti ne Valerium Licinium in Sicilia profiteri Quintiliani libro ſecundo capit. vndecimo magni nominis profeſſores ait. Septem viri Illuſtres ad quos præſens mittitur epiſtola quos Anteceſſores appellat Iuſtinianus profeſſores fuerunt adquè ad eos potiſsimum epiſtola ſcribitur, nō quod in purgandis, & digerendis legibus ſoli operam perſtitiſſent (nam & alij quoque adhibiti fuerunt ei negotio, vt habetur in l.prima de nou.Codic.componēd. l.prima de nou.Codic.confirmand. l. prima, & ſecunda de Veter.Iur enucleand,) ſed quia iuſſerat Imperator ſeptem illos viros publice hos libros profiteri atque docere. De verſibus librorum aliquid eſt dicendum. Verſuum ait tricies centena non ſatis viſum fuit Iuſtiniano numerum expreſsiſſe librorum ſed præterea Verſuum numerum exprimere voluit, quod mirum pleriſque videri ſolet. Fuit mos Veterum, vt bonorum librorum verſus quoque numerarent,ac deſcriberent; id autem ex Diogene, Laertio in vita Ariſtotelis Theofraſti & aliorum Philoſophorum cognoſci poteſt quorum libros ita deſcribit,vt quot verſus contineant ferè adſcribat;Sed & Plinius libro trigeſimo capit. primo natural. hiſtoriar.Hermippus, inquit,qui de tota ea arte diligentiſsime ſcripſit, & Vicies centena millia Verſuum à Zoroaſtre condita indicibus quoque voluminum eius poſitis explanauit: Galenus præterea in libros Hyppocratis de natura humana oſtendens qui ueri germanique

quiquè

quiquè addulterini,& ſuppoſiti numerũ Verſuum ex quibus ſinguli conſtant libri refert. Idem libro de Anatom. adminiſtr. ſcribit Lyci neſcio cuius commentarium ſe legiſſe adeo prolixum, vt quinque verſuum contineret, Verſus intelligimus membra orationis integra, vel Periodos quæ Hieron. in Ruffinum *Verſuum cola Vocat* Martianus vero Caſsius antiquus Pandectarum interpres in Epiſtola earundem Pandectarum interpretatur. Verſuum ideſt paragraphorum Hotomanno teſte in cõment. verborum iuris in verbo Paragraphus. In eadem Epiſtola Papiniani facta eſt mentio quem nuſquam ſine honoris præfatione nominat Iuſtinianus ſublimiſsimum hic eum appellat ex cuius ludo tanquam ex equo Troiano præſtantiſsimi prodiere Iureconſulti quos lampridius in Alexandro Seuero commemorat; Pomponium ſcilicet nec non Alphenum, Africanum, Florentinum, Martianum, Calliſtratum, Hermogenianum, Venuleium Trifonium, Metianum, Coelium. Modeſtinum. Fuit Aemilius Papinianus præfectus prætorio non præfectus Vrbi quicquid Politianus in epiſtolis, & Catell. Cotta in titulo de Iuriſperitis ariolentur; in quo magiſtratu Paullum atque Vlpianum diſcipulos ſuos aſſeſſores habuit; fuit Septimio Seuero Principi amiciſſimus eidẽq; idem Princeps moriens filios ſuos comendauit, quorũ alter Antoninus Baſsianus Caracalla cum ad Imperium eſſet euectus militibus mandauit vt eum iuris Aſylum, & doctrinæ legalis theſaurum occiderent. Spertianus in vita Septimij Seueri,& Caracallæ cauſsa quam ob rem à Caracalla fuerit Papinianus occiſus, varie à ſcriptoribus eſt tradita; referam ego ad verbum quæ Aelius Spartianus loco ſuperius proximè citato de Papiniano ſcripta nobis reliquit. Scio inquit ille de Papiniani nece multos ita in litteras retuliſſe, vt cædis non aſciuerint cauſam,

ſam,

Iam, alijs alia referentibus: ſed ego malui veritatem opinionum edere quam de tanti viri cæde reticere. Papinianum amicißimum fuiſſe Imperatori Seuero, & vt aliqui loquuntur affinem etiam per ſecundam vxorem, memoriç traditur, & huic præcipuè vtrumque filium à Seuero comendatum eumque cum Seuero profeſſum ſub Scæuola, & Seuero in aduocatione fiſci ſucceſſiſſe: atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum fuiſſe: egiſſe quin etiam ne occideretur cum iam de inſidijs eius Baſsianus quæreretur; atque ideo vna cum iis qui fautores fuerant Getæ à militibus, non ſolum permittente verum etiam ſuadente Antonino occiſum. Multi vero dicunt Baſsianum occiſo fratre illi mandaſſe, vt & in Senatu per ſe, & apud Populum facinus dilueret, illum autem reſpondiſſe non tam facilè parricidium excuſari poſſe quam fieri. Eſt enim hæc fabella quod dictare noluerit orationē qua inuehendū erat in fratrē, vt cauſſa eius melior fieret, qui occideret illū: autem negantē reſpondiſſe aliud eſt parricidium, aliud eſt accuſare innocentem occiſum, & fertur quidem Papinianum, cum raptus à militibus ad palatium traheretur occidendus, prædiuinaſſe dicentem ſtultißimum fore qui in ſuum ſubrogaretur locum, niſi appetitam præfecturam vindicaret; hactenus Spartianus; Et ex hac hiſtoria ſatis conſtat varia prorſus, & ridicula eſſe quæ de morte Papiniani Paullus Canſtrenſis, & Philippus Corneus ſcripſerunt in l. vltima C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. Fertur etiam hominis epithaphium duplex nam Bartholomeus Soccinus in l. cum Auus de conditionib. & demonſtrationib. ſcribit ætate ſua vt ex parte acceperat Vrnam Argenteā, à quodam Ruſtico Romæ inuentam, oſſaque inde in Tyberim proiecta, vbi hic titulus fuerat Aemilij Papiniani Iuriſconſulti, & Præfecti Pretorio re-

quieſcunt hic oſſa cui infelix pater,& mater ſacrum fecerunt mortuo anno ſuę ętatis trigeſimo ſeptimo. Alterũ dicunt fuiſſe talem Aemelio Papiniano Præfecto Prætorij Iuriſconſulto, qui vixit annos triginta,& ſeptẽ diebus decem menſes quattuor Papinianus Hoſtilius, & Eugenia Gracilis turbato ordine in ſenio, heu Parentes fecerunt filio optimo. Fuit Papinianus tanctę auctoritatis, & notæ, quas Domitianus, Vlpianus,Iulius, Paulus, & Martianus in eius libros ſcripſerant nullam vim obtinerent l.prima §. ſed neque ex multitudine C. de Veter. Iur. enucleand. Item vt ſcholares tertio ſtudiorum anno Papinianiſta reuocato vt in epiſtola, ait Iuſtinianus Imperator tanti viri nomine appellarentur. Quarto anno vocabantur græco nomine λύται hoc eſt ſolutores quippe qui legum enigmata per ſe poſſent ſoluere.Quinto vero anno προλύται vt in dicta epiſtola legitur in §.ſexto.Quibus inquit Imperator ſi bene ſe ſe imbuerint,& in quinti anni quo προλύται nũcupantur metas cõſtitutionum, &c. Heſychius,vt Hotoman. refert interpretatur eos eſse qui ab illa præſcripta, & præfinita ſtudiorum lege ſunt ſoluti,& tanquam emeritis ſtipendijs, honeſtam à magiſtrorum ſcholis miſſionem impetrarunt. Vnde hodie quoquè licentiati appellantur; nam cum ad finem libr. Pandectarum trigeſimi ſexti peruentum eſſet qui poſtremus anni quarti liber erat,ſtatuit Iuſtinianus vt reliquos quattuordecim libros per ſe domi legiſſent; Ex libris inquit quinquaginta noſtrorum Digeſtorum ſex, & triginta tantummodo ſufficere,tam ad veſtram expoſitionem (anteceſſores enim alloquitur) quam ad Iuuentutis eruditionem iudicamus. Et in §.quinto vt ex ſex, & triginta librorum recitatione fiant iuuenes perfecti, & ad omne opus legitimum inſtructi duabus alijs partibus ideſt ſexta, & ſeptima noſtrorum Digeſtorum, quæ in

quattuordecim libros cõpoſitæ sũt eisdẽ poſitis, vt poſſint poſtea eos, & legere, & in iudicijs oſtendere; In eadẽ epiſtola menſio habetur per mutationis Glauci, & Diomedis de qua apud Homerum libro ſexto Iliados, Diomedes Græcus, & Glaucus Troianus, cum in medio pugnæ feruore inter ſe obuiam facti eſſent. Vterque ſui magna fiducia fretus in eoque iam eſſent, vt manu conſerturi viderentur inuicem ſiſcitantes alter alterius genus, & patriam, amicitiam tandem hoſpitiumque auitum agnouerunt quo facto cum pugnare nollent, atque ideo diuerſi ire cæpiſſent. Diomedes, Glaucum ita alloqui cæpit heus tu quin arma inuicem commutamus vt omnibus innoteſcat paternum auitumque hoſpitium nobiſcum intercedere quo dicto confeſt in exilientibus illis ex equis, & mutuis complexibus accepta dataque fide in tantam amentiam, Iuue mentem eripiente, prolapſus eſt vt arma aurea, ac centum bobus æſtimata æreis armis nouemque bobus æſtimatis continuo commutaret cuius permutationis facta eſt à Iuſtin, vt dixit mentio.

Vnde Carmen Græcum.

Χρυσεα χαλκειων εκατομβοι εννεα βοιων

Proquè nouem centum. pro ſerro tradidit aurum.

Quo in loco operæ præcium eſt legere Accurſij Interpretis deliramentum valdè maximum.

l.item

L. item fundi §. Seminarij de Vſufruct. explicatur optimè.

SVb titulo de Vſufructu Celſi Iuriſconſulti eximii eſt reſponſum non indignum relatu quod Veteres Iuris interpretes perpæram ſati, sũt interpretati, igitur inutile non erit verum eius ſenſum patefacere, verba enim ſunt hæc, ſeminarii autem fructum puto ad fructuarium pertinere; ita tamen, vt & vendere ei, & ſeminare liceat, debet tamen conferendi agri cauſſa ſeminarium paratũ ſemper renouare quaſi Inſtrumentũ agri, vt finito vſufructu domino reſtituatur; Hactenus Celſus. Senſus vero Veterum eſt. Vſufructuarium poſſe vti, & frui frumento cauſſa ſeminis perato, & id conſeruare debere, necnon id renouare, atque vendere poſſe ne marceſcat & finito vſufructu reſtituere domino fundi. Hunc ſenſũ non tam alienum ab ipſomet reſponſo puto quam falſum, alienum eſſe patet quia ſeminarij fructus non dicũtur frumenta cauſſa ſeminis ſepoſita, nec vendere permiſſum eſt à lege ne marceſcãt, vt ipſi aiunt, ſed de libera, ac lucroſa venditione eſt intelligendum. Senſum itaque omnis procul dubio pendet meo quidem iudicio à cognitione huius nominis ſeminarij. Eſt igitur ſeminarium Plantarium, ſeu locus conſitus nouellis, atque tenellis arboribus ex quo radicitus arbores auulſæ alio transferuntur atque plantantur, quam ſententiam confirmat etiam Vlpianus in l. tertia Arbor. fert. Cæſar. Si quis inquit, ſtirpitus transtulerit è ſeminario arborem antequam terram comprehenderit arborem tamen videri: Idem apud eundem Vlpianum in l. Vel ſi Vites de imp. in reb. dot. fact. Vel ſeminario, inquit, pro vtilitate

agri fecerit,vbi Accurſius interpretatur pro locis in quibus frumenta ad ſeminandum reponuntur quæ definitio eſt meo quidem iudicio omnino puerilis, ac proinde procul dubbio elimanda. Seminarium eſt locus in quo Vitium Arborumque ſemina conſeruantur atque adoleſcunt vt alio poſtea quaſi ex nutriculæ gremio trã ſferantur à ſemine dictum, nam et de arbitribus ſemen dici dubbium non eſt. Vergilius libro ſecundo Georgicorum ait. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Col. de arborib. capit. primo Qui Vineam, vel Arbuſtũ conſtituere volet ſeminaria prius facere debet. De eadẽ agit Plinius quoquè libro decimo ſexco. Eo autem differt ſeminarium à Plantario quod ſeminarium eſt ipſa ſatio prima; plantarium verò, poſt quam arbores ſunt; à ſeminario translatæ, & alibi plantatę; Ponitur, & ſeminarium per translationem pro rei alicuius origine tam in bonam quam in malam partem. Cicero in Catilinam Qui niſi Exeunt, Scitote hoc in Republica ſeminarium Catilinarium futurum, & in libro etiam officiorum ſecundo. Principium Vrbes, & quaſi ſeminarium Reipublicæ. Ex iam dictis de ſeminarij ſignificatione deſumitur veriſsimus huius §. ſenſus Ait ergo Celſus Iureconſultus; Vſufructuarius poteſt Vti frui Seminario, & Arbores ex eo vendere, & ita vtilitatem, & fructum capere. Item poteſt ex his arboribus ſeminare hoc eſt plantare dum tamen renouet, & conſeruet etiam ſeminarium, quod fit alijs arboribus ſubſtitutis in locum euulſarum, & ita finito Vſufructu ſeminarium reſtituere debet Domino fundi.

l.Cum præcario de Precar. rectè declaratur.

VVlgo citari ſolet ſupraſcripta lex ad enunciatum probandum,pactum contra ſubſtantiam contractus,initum vitiari ipſum quidem,& non vitiare contractum haud abſimilis videtur definitio in l.prima §. ſi ſic depoſuero ff.depoſit.inde interpretes conſtituunt, & ex l. ſi quis in principio ff. de legatis tertio ſi quis procuratorem conſtituerit pacto adiecto non poſſe reuocari, poterit tamen reuocari quiacum huiuſmodi pactum aduerſetur ſubſtantiæ mandati nullius efficitur momenti remanente contractu, id clare docet Groſſographus in cap vltimo de procuratorib. in ſexto. Crediderim ego alio tendere Celſi reſponſum, & alium eſſe ſenſum valde lōgè diuerſum ab eo quem cæteri docuerunt. Pactum enim de quo ibi agitur neque eſt contra ſubſtantiam contractus præcarij, neque eſt inutile, immo vtrumque validnm eſt,præcarium, & pactum eſt ea in ſpecie pactum conuentum inter concedentem, & accipientem rem præcario,vt liceat accipienti præcario poſſidere in Calend Iulias hoc autem ad tempus ſcilicet rem præcario concedere non eſt contra ſubſtantiā actus immo ſecundum naturam l. in rebus cum ſequentibus eod.titul. & pactum operatur vt per lapſum temporis adiecti expiret præcarium,ita vt qui rem accepit deſinat poſſidere dictis duabus legibus præcitatis nam lex cum præcario non definitur ſimpliciter conuentionem eſſe nullam, ſed nulla eſt ait Iureconſultus, huius conuentionis vis vt inuito domino poſſidere liceat, nimirum quia non ita actum fuit pacto,vt ante diem adiectam nō liceret domino reuocare rem præcario conceſſam, ſed fuit tantum conuentum vt vſque ad Calendas duraret conceſſio; cuius conuentionis effectus ille eſt, vt ſi ante

te tempus vellet concedens præcarium reuocare poſsit licebit : ergo ei qui accepit poſſidere non ſimpliciter, ſed præcario ſi pactum eſſet appoſitum, vt non liceret præcario concedenti rem reuocare ante Calendas, vtiq; concedens reuocare non poſſet quia ſic conuentio trãſiſſet in naturam commodati quod reuocari non poteſt ante finitum vſum rei commodate l. in commodato §. ſicut ff. commodati, & notatur in l. prima de præcar. hũc ſenſum docet Accurs. in eadem lege cum præcario. Nec illa lex probat contrarium vt dictum eſt, non eſt ibi pactum de non reuocando, ſed tantum dicitur accipientẽ teneri poſſe rem conceſſam vſque ad Calendas quod verum eſt, niſi antecedens voluerit reuocare prius iuxta naturam præcarij, & ibi non dicitur ſimpliciter eſſe nullam vim huius conuentionis præcarij ad certum tempus certum eſt enim talem conuentionẽ habere quamdam vim videlicet, vt præcarium duret vſque ad tempus cõſtitutum niſi fuerit expreſſe reuocatũ dicta lege in rebus ſed ait Iuriſconſultus nullam eſſe vim huius conuentionis vt liceat inuito domino rem alienã poſsidere quia non ita actum eſt, vt non liceat reuocare, ſed vt præcaria poſſeſsio duret niſi reuocetur vſque ad Calendas per illa verba, vt liceat præcario poſsidere in Calendas Iam vero retento hoc intellectu facile erit reconciliare dictam legem cum præcario cũ l. ſi conuenerit §. primo ff. de pignoratit. action. quæ alioqui ſecundũ cõmunem ſenſum implacabiliter pugnant, ſi quidem in l. ſi conuenerit videtur eſſe pactum appoſitũ contra naturã, & principalẽ affectũ contractus pignoris, nimirum, vt non liceat creditori illud vendere ſi non ſoluatur debitum §. vltimo Inſtitutionibus quib. alienar. hic & toto titul de diſtrahend. pignorib. in Co l. & ff. & tamen in l. ſi conuenerit deciditur illam conuentionem non eſſe omnino nul-

nullam, immo operatur ne liceat creditori vendere pignus poſtquã ter denuntiauerit debitori vt ſoluat, quod eſt contra l. cum præcario vbi pactum contra naturam contractus ſecundum communem intellectum, vitiatur, ſed ſecundum noſtrum nihil obſtabit, cum ibi non fuerit pactum adiectum contra naturam, neque contra ſubſtantiam, aut principalem effectu m contractus.

De Vero Senſu §. Vbi Decret. in l. nec quiſquam ff. de offic. proconſul.

VBi Decretum neceſſarium eſt ait Vlpianus per libellum id Proconſul expedire non poteſt omnia enim quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant per libellum non poſſunt expediri. Dici non poteſt quanto opere hęc verba fatigarint torſerintque interpretum ingenia, Crediderunt aliqui eorum verborum hunc eſſe ſenſum: per libellum hoc eſt per ſententiam partibus abſentibus miſſam veluti epiſtolam non poſſe ſententiam diffinitiuam ferri. Hæc opinio quam ſit futilis, & abſurda, vel mediocriter eruditus facile animaduertere poteſt, nullo enim modo congruit verbis Iureconſulti, nam neque decretum ſignificat proprie ſententiam diffinitiuam apud Iuriſconſultos neque appellatio libelli aptè traditur ad ſententiam ſcriptam, & miſſam partibus abſentib. neque hic ſenſus dubium aliquod videtur habere neq; tam improprijs verbis, atque inuſitatis vſus eſſet Vlpianus latinitatis, & proprietatis verborũ obſeruantiſſimus Secunda eſt opinio quod non eſt opus libello neque offerri debet vbi decretum requiritur, vel cauſſæ cognitio deſideratur; opinio hęc non eſt minus abſona quam ſuperior ſi quidem, & libellus datur vbi decretum requiritur

ritur l.ſcire oportet §.poteſt de excuſation.tutor. & cō-ſideranda ſunt verba legis non poſſunt expediri;nam libello dato melius expediuntur cauſſæ aliud fortè dicēdum foret ſi dictum fuiſſet libellus non eſt de neceſſarijs, ſed dixit non poſſunt expediri,vbi enim libellus nō eſt neceſſarius ſi interueniat nō ideo vitiatur actus quia ſi omittitur id fit breuitatis cauſſa. Tertia opinio ea quæ cauſſæ cognitionem deſiderant non poſſunt delegari, vt intelligamus libellum pro epiſtola qua delegans mandat delegato iuriſdictionem, quæ opinio vulgo comprotur eſtque maximi momenti in iure, nam in toto iuris corpore verſatur, quapropter in hoc eſt conſiderandū nam hæc opinio non ſolum ſemper mihi viſa eſt falſa, ſed alieniſſima ab hoc reſponſo: Si enim non mandatur iuriſdictio vbi cauſsæ cognitio requiritur vbi mandari debet?ea enim quæ cauſſæ cognitionem non deſiderāt nō eſt neceſſe mandari cum de plano paſsim expediantur,& ſine inquiſitione,& nullo iudice negante; immo mandantur cognitiones cauſſæ,quæ ſi cognitionem non requirerent non delegarentur quamquam ſint exceptę non nullæ quæ requirunt cauſſæ cognitionem,nec mandari poſſunt,vt eſt quando decreto prætoris opus eſt l. ſecunda ff.de offic. eius cui mandat.eſt iuriſdict. Præterea merum imperium, & cōhertio non poteſt delegari, ita quæ ciuilis cognitionis habent delegari poſſe intelliguntur. Item ſicuti cauſsæ ſpecialiter mandati Præſidibus à lege, vel à Principe non delegantur datur intelligi,qnod quæ iure Magiſtratus competunt poſſunt delegari l prima ff.de offic.eius.Item ad quid ſecum adduxiſſet in Prouinciam legatum Proconſul.ſi nulla cauſarū cognitio mandari ei patuiſſet?& ne nos in referendis, & refellendis vanis aliorum opinionibus tempus teramus, meam afferam opinionem. Senſus igitur hujus ſcripti

ge-

germanus,& veriſsimus eſt.Proconſulem non poſſe per libellum ideſt per ſubſcriptionem ſuam factam in libello ſupplicatorio expedire ea quæ cauſæ cognitionem deſiderant, ſeu decretum exigunt, exemplum in hac lege poteſt accomodari.Tutor proconſuli ſupplicauit, vt ſibi liceret alienare immobilia pupillj, vel vt de alimentis liceret cum pupillo tranſigere, & ſic de ſimilibus quæ decretum requirunt,queritur num Proconſul eam rem expedire poſſit ſubſcriptione ſua appoſita in ſupplici libello, vt Fel. in caſu l.ſi quis obrepſerit ad l. Cornel. de falſ. Reſpondit Vlpianus id fieri à Proconſule non poſſe per libellum ideſt per ſolam ſubſcriptionem ſed oportet vt cauſſam cognoſcat partibus præſentibus citatis quorum intereſt. Hic ſenſus eſt puriſsimus; Vbi Decretum ait lex.neceſſarium eſt,ideſt vbi oportet decretum interponere,vt in bonorum poſſeſsione Carboniana, & in exemplis ſuperius poſitis, & comparibus.Decretum autem, & ſi multa ſignificet hoc tamen in loco ſignificat conſenſum Iudicis appoſitum ad validitatem actus iudiciarij: ait per libellum hoc eſt per ſupplicationem porrectam ab altera partium ad quam conſentiendo ſubſcribit Proconſul;libellus enim,& ſi latam habeat ſignificationem in hoc tamen Reſponſo accipitur pro ſupplicatione præcipuè porrecta in qua deſideria ſua exponunt homines quæ appellatio frequentiſsima eſt in iure dicta l.ſi quis obrepſerit duobus in locis, & in l.relegatorum de interd.& rel. & in l.libertus de in ius vocand.& in l.diuus de re iudicat. idem in l. prima C. de fid.inſtrumentor.libr. decimo facit titulus C.quand. lib.princ.dat.&c.& leges ſub eo poſitæ,& in l. ſecunda C.de aſſeſſorib. & in l.excuſari de excuſationibus tutor. Sueton in Auguſto,in Diplomatibus,libellis,ac epiſtolis ſignandis; Sphinge imagine vſus eſt, ſed quid plura?

Caſus Exemplum, & Praxis huius §. eſt in l. minorum C. de præd. minor. Minorum inquit poſſeſsionum venditio per procuratorem, &c. cum ſequentibus verbis.

In eadem l. illicitas §. Qui vniuerſas ff. de offic. Præſidis

QVi Vniuerſas inquit Prouincias regunt ius gladij habẽt, & in metallũ damnãdi eis poteſtas permiſſa eſt ſenſus verbo ũ eſt apertiſsimus. Sed Doctores rationem eis valde difficilem oppoſuerunt, non tamen vt opinor. recte ei occurrentes, Si Præſidi inquiũt licet in metallum damnare longe ei magis licere debet deportare, cum maior ſit pæna metalli quam deportationis metalli enim pænam maximam capitis diminutionẽ parit deportationis vero mediam l. vltim. de capit. diminution. §. ſecundo Inſtitutionib. eod. Præſes autem in inſulam deportare non poteſt igitur contra regulam, cui quod plus eſt licet vtique quod minus eſt licebit l. non debet ff. de regul. Iur. l. relegatorum §. penultim. de interd. l. nec in ea §. ſed qui occidere de Adulter. Præſidem ius deportandi non habere conſtat ex Vlpiani reſponso in l. inter pœnas de interd. & rel. Difficultati in hunc modũ itum eſt ob uiam à Doctoribus non poſse nimirũ præſidẽ hunc deportãdi actũ exercere propterea quod inſulam non habet quam reo deportando aſsignare poſsit, ſunt enim inſulæ Principis dominio reſeruata l. prima §. deportatos ff. de legat. tertio Hanc ego ſolutionem, & friuolam ſemper, & ineptam prorſus exiſtimaui cum nulla neque probabili quidem rationem muniatur. Nam video Præfectum Vrbi Inſulam non habere, & tamen in Inſulam facultatem deportandi habet l. prima

§. rele-

§.relegandi de offic. Præfect. Vrbi Si Princeps voluiſſet vt ius deportandi Præſulibus eſſet potuiſſet vtique eis Inſulam aſsignare ſicut Præfecto Vrbis Video præterea licere Præſidi in Inſulam relegare,& nihilhominus Inſulam non habet quia Princeps ei aſsignat l. relegatorum initio de interd,& rel. Rurſus verum non eſt Præſides Inſulam non habere, nam cum Prouinciæ præſint, Inſulis quoque adherentibus præeſſe dicuntur nam Inſulæ Italiæ pars Italiæ ſunt,& cuiuſlibet Prouinciæ(licet tamẽ aliquando minimè hoc in totum verum ſit) Præterea Iure conſultus in dicta lege relegatorum oſtendit, & nõ obſcurè Præſidem poſſe habere Inſulam in hæc verba. In Inſulam relegare Præſidens Prouinciarum poſſũt ſic tamen, vt ſiquidem Inſulam ſub ſe habeant ideſt ad eius Prouinciæ formam pertinentem quam adminiſtrant,etiã ſpecialem Inſulam aſsignare poſſunt,inquè eam relegare Si Vero non habeant, pronuncient quidem in Inſulam ſe relegare; ſcribant autem Imperatori , vt ipſe Inſulam aſsignet;ſed ſi Præſes damnat in metallum,nec illud habeat in ſua prouincia mittere debet damnatos in alterius Prouinciæ metallum l.aut damnũ §. eſt pæna ff. de pœnis Obiectio autem à Doctoribus excitata maior fieri poteſt quam de pęna metalli,hoc modo ſi licet Præſidi ad mortem damnare quod vltimum eſt ſupplicium l. vltima de pœn.cur in Inſulam deportare non poſſet ? Rationem puto illam aſsignari poſse , quam Præſes non poſsit in Inſulam deportare quia deportatio eſt pœna quę Primantibus ſtatui ſolet puta Decurionibus,& Principalibus Ciuitatis non Vilibus aut Seruilibus Perſonis ideo in eorum Nobilium condendatione Princeps noluit concedere Præſidibus plenam poteſtatem. At præfecti prætorio,& Vrbis maior eſt fiducia l.prima ff.de offic. præfact.prætorq; maiorem gerunt dignitatem quam

Præſides l.prima de appellationib.l. præcipimus C.eod. quod autem deportatio in Inſulam ſit pœna Principaliū perſonarum patet ex l. Pædius de incend. ruin naufrag. & l.capitalium de pœna l. ſecunda l. honor l. decurionum C. de pęna §. item lex Iulia Inſtitutionib. de publ. iud.l,inter pœnas ad finem de interd.& releg.Decuriones ait lex Ciuitatum propter capitalia crimina deportandos Diui fratres reſcripſerunt,&c.& l. diui de pœn. Accedit ad ſententiam noſtram non licere Præſidi Decurionem damnare ad mortem,vel exiſtentem in aliquo gradu honoris l.penult. de ſicar.facit & l.ſi quis de pęn. & l. sacrilegij ad legē Iul. pecul.& l.militesC.de quæſt. quod autem pœna metalli ſit humilium, & ſeruilium hominum ex legibus ſupra citatis quiſque docere poteſt. Opere pretium eſt admonere ſtudioſos male in hoc loco explicari ab Accurſio hos terminos damnari in metallū,& in opus metalli,nā qui in metallum damnantur præmuntur,inquit magno metalli pondere,qui vero in opus metalli minori pondere præmuntūr idque adductus ex dictalege, aut dannum §. inter eos. Sed non eſt verum:quoniam legiſlator non intellexit de pondere metalli quod humeris imponitur, hoc eſt de Aſinino pondere: ſed de vinculis nam grauioribus vinculis impediti laborabant ad metallum qui damnati eſſent ad metallum quem qui in opus metalli. Omnes enim in vinculis operabantur inter eos antem ait Iureconſultus in dicta l. aut damnum; qui in metallum, & eos qui in opus metalli damnantur differentia eſt tantū in Vinculis.

Ad l.

Ad l.illicitas §.ne tenuis Vitæ homines ff.de offic. Præſid.

DOmitius, Vlpianus ait ne tenuis Vitæ homines ſub prætextu adventus officiorum, vel militum lumine vnico, vel breui ſuppellectili ad aliorum vſus translatis iniurijs vexerunt. Præſes Prouinciæ prouidebit Senſus horum verborum eſt vt opinantur Accurſ. & Alberic.lumen hoc in loco ſignificare lucernã,vel cãdelam, & Vlpianum per metaphorã appellare lumen quamcũque, vel minimã rem quandoquidem pauper vt ipſi aiunt, vt lumen cuſtodit eam,& ruſticus cuſtodit porcum vt oculum ſuum; digna profecto interpretatio verbi deprauati, & improuide, ac inconſiderate interpretantis cui illud Iuuenalis carmen non ineleganter adſtipulatur ſatira nempè tertia.

Me quem luna ſolet deducere,vel breue lumen.
Candelæ cuius diſpenſo, & tempero filum.

Qui ſenſus non eſt, nec Veteris elegantiæ proprius, nec Vlpiano legislatore dignus, vt cum ſtatuiſse credamus,ſuper ruſtici lucerna cuſtodienda, aut metaphoricè loquutum cum illud Poetis ſit relinquendum, & Satiricis quidem Poetis qui ad humillima quoque deſcendũt. Præterea de re minima locus ille intelligi non poteſt cũ continuo de ſupellectili ſubiungat. Igitur ne in refragando,quod ſatis notum,ex correctione, noſtraque emẽdatione liquido conſtabit, diutius immoremur, locum mendoſũ ita caſtigandũ arbitramur,vt pro lumine limine ſcribamus, & pro domuncula pauperis vnica, limen intelligemus. Erit itaque ſenſus,Animaduertat Præſes Prouinciæ; ne homines prouinciales pauperes quibus

vna tantum eſt domus, tenuiſque ſuppellex vexentur in hoſpitandis offi.ialibus, aut militibus in Prouinciam miſsis. De hoc genere hoſpitandi frequens eſt mentio apud veteres Iureconſultos, & Imperatores; Ait enim Vlpianus in l. tertia §. eos milites ff. de munerib. & honorib. Eos milites quibus ſuperuenientibus hoſpicia præberi oportet per vices ab Omnibus quos id munus contingit, ſuſcipi oportet, & Paullo poſt, munus hoſpitis in domum recipiendi non perſonæ, ſed patrimonij vnus eſt; Paullus in l. his oneribus §. angariarum de vac. & excuſ. mun. ait angariarum præſtatio, & recipiẽdi hoſpitis neceſsitas, & militibus, & liberalium artium profeſſoribus inter cętera remiſſa ſunt Imperator. Arcadius, & Honorius in l. prima, ſecunda, & quarta C. de metat. & Epidem. libr. duodecimo, & alibi. Limen pro domuncula dixit hic Vlpianus, vt anguſtias domus ſignificaret quæ pauperibus eſſe ſolet quaſi vnum ſit limen, & habitatio. Apud latinos auctores limen pro domo accipi dubium non eſt Vergilius ſecũdo Georgiorum Penetrant aulas, & limina Regum Iniurijs vexentur; appellat Iureconſultus iniurias onera, & Angarias quaſi non iure impoſitas: nam & hanc ſignificationem habet iniuria præter alias multas. Vnde etiam Imperator Theodoſius in l. quinque C. de decurionib. libro decimo Quinque, inquit, Summates primi ordinis Alexandrini corporalibus iniurijs immunes eſſe cenſemus Pœnas corporis appellat iniurias: Idem Imperator in l. iubemus de proxim Sacr. Scrin. libro duodecimo. Nec vllam ait temonis patiatur iniuriam; non ignorauit hunc ſenſum Catell. Cott. in ſuis collect. littera L. verbo limen. quo loci adducit carmen Vergilij, & Propertij.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatur hoc capite quo iure prodierit legitima debita Filijs, Nepotibus, Parentibus, & Fratribus.

TRibus eã rationibus à iure ciuili prodijſſe, prima frõ te videtur poſſe defendi. Prima illa eſt quia legitima eſt pars debitę ſucceſſionis, Omnes autem ſucceſsiones iure ciuili fuiſſe introductas conſtat ex Canone vltimo prima diſtinction. Altera ratio quoniam huiusmodi hereditariæ ſucceſsiones contra naturalem rationem prodijſſe dicũtur, quod Panormitanus probat in Rubrica de teſtamẽt. & plenius Philipphus de Carolis in ſua repetione ad eandẽ Rubricam. Quia inquiunt hereditaria ſucceſſione bona defuncti ab eius perſona in perſonam hæredis conferuntur in tempus inhabile poſt eius mortem quo tempore dominus non eſt bonorum, morte enim omnia ſoluũtur. §. deinceps in Authentic. de Nupt. id autem fieri non poſse docemur ex regula l. qui ſponte C. de donationib. ant. Nupt. Accurs. in l. illa inſtitutio in verb. pendere de heredibus inſtituend. quo circa cum aliter ſtatuerit ius ciuile, vt & hæreditatem, & legitimam quis in ſuo teſtamento relinquat, & relictum non habeat effectũ niſi poſt eius mortẽ cap. cum Marthæ de celebration. miſſar. id eſt contra rationem naturalem non igitur poteſt iure naturali tribui legitimæ origo. Tertia his additur ratio legitima arguit dominium bonorum in eo qui legitimam debet alioquin non poſſet de illis diſponere hoc autem iure naturali eſſe non poteſt cum diſtincta eo iure non eſſent dominia l. ex hoc iure ibique notatur de Iuſtit. & Iur. cap primo prima diſtin-

ſtinction. & cap. quo iure, octaua diſtincta Verum his quibus minimè moueor rationibus quin exiſtimem conſtituendum eſſe legitimam eſſe, & de Iure naturali, & ciuili, vt probatur ex § primo in Authentic. de hæred. & falcidia cui reſponderi non poteſt. Ratio prima deſumpta ex capitul. vltimo prima diſtinction. confutatatur, quia licet ſucceſsiones hęreditarie reſpectu formę vt in locum defuncti ſuccedatur actiuè, & paſsiuè ſint de Iure ciuili ita vt illa ſucceſsio ſit Vniuerſū Ius continēs lucra, & debita l. nihil aliud, eſt hæreditas de verbor. ſignificationib. quo modo non eſt ſucceſsio apud alias gētes quę Iure ciuili Romanorum non vtuntur, tamen quem relinquere bona ſua quibus velit, & quibus magis tenetur poſt mortē ſuā eſt de Iure gentiū, ſic enim apud omnes gentes fieri conſueuit eſt ergo iuris naturalis, nam ſuper naturali iure nititur ius gentiū nihil, ei addens præter vſum, & obſeruationem omnium gentiū l. omnes populi ff. de Iuſtit. & Iur. Ad ſecundam rationem dico licet diſpoſitio teſtamentaria videatur prima fronte contra ſupradictam rationem tamen illa ratio magis eſt de iure ciuili quam naturali, quia quantum ad naturale ſufficeret defunctum tempore mortis ſuæ eſſe dominum bonorum, & declarare voluntatem ſuam cuius poſt mortem ea eſſe velit, nam quamuis poſt eius mortem nullius ſint, de iure naturali poſſunt accquiri per apprehenſionem poſseſsionis ab eo, cui acquiſita ſunt l. prima, ſecunda, & tertia ff. de acquirend. rer. domin. l. prima in initio, ff. de acquirend. poſſeſsion. ſed ius quidem ciuile per fictionem ſubrogauit hæred. in locum defuncti, vt per eam repreſentaretur in omnibus actiuè & paſſiuè, vt per illam perſonam ficta poſſet iurium vniuerſitas trāsferri in hæredē l. hæreditas ff. de acquirend. rer. dom. l. mortuo; de fideiuſſoribus l. prima §. ſcæuola

Si

Si quis teſtamen. lib. eſt. Iuſs. fuer. & argument. l. ſi ad optauero de præcario. Non autem fuit neceſſe introducere huiuſmodi perſonam fictam propter translationem bonorum à defuncto in perſonam eius cuius relinquuntur quia talis ſucceſsio eſt apud omnes gentes, vt ſuperius dictum eſt; legitimam non eſſe portionem hæreditatis qualis eſt de iure ciuili, vt ſe cum habeat onera hæreditaria, ſed eſſe partem bonorũ ſine oneribus cuius modi eſt ſucceſsio de iure gẽtium. Ad tertiam rationem dico non ſequitur. *D*ominia non erant iure naturali diſtincta: ergo poſtquam fuerunt diſtincta iure gentium, vel ciuili, nulla diſpoſitio potuit fieri de iure naturali de bonorum alienatione. nam contrarium probatur in §. ſingulorum, & §. vendita Inſtitutionibus de rer. diuiſion. & ſimiliter dicendum eſt de cõuentionibus quarum forma eſt introducta de Iure ciuili, nam non propterea ſequitur quin in illis ſit obligatio naturalis, vt de ſtipulatione habetur in l. prima §. conuentionis in fine *de pact.* Nam ius naturale cum ſit immutabile §. ſed naturalia de Iur. natur non potuit extingui introductione iuris gentium, & ciuilis immo magis per illa declaratum, & illuſtratum eſt, & præſertim in hac materia legitimæ quæ tota, iuri naturali nititur, & ius ciuile nihil facit niſi quod declarat, & exequitur ius naturale ſuis remedijs ciuilis Vltra ea quæ adducta ſunt poſſet ad probandum legitimam eſſe de iure ciuili tantum adduci *Bald.* aſſertio in l. lege C. de legitim hæred. omnes ſucceſſiones, inquit eſſe de iure ciuili poſitiuo ideo poſſunt tolli, & mutari, & ſi dicas Bald. loqui de ſucceſsione hæreditaria quæ continet debita, & credita non de ſucceſsione bonorum quæ eſt de Iure naturali vt ſupra dictum eſt; dico quod per rationes quibus nititur *Bald.* apparet eum loqui de materia ſucceſsionis, ſcilicet vt

aliquid relinquatur, vel non his perſonis, id enim probare nititur in filijs duplici ratione, prima quia inſpecto iure naturali præualeret arbitrium cuique conceſsum diſponendi de rebus ſuis l. prima C. de Sacr. Sanct. Eccl. quam cauſſa filiorum. Solutio, ius naturale ſeruatur cũ legitima relinquitur liberis, & in eo quod diſpoſuit teſtator de reſiduo ſecundum arbitrium ſuum, & in legitima quam relinquit pro alimentis filijs ſuis quibus iure naturali tota ſucceſsio erat debita, & ita contemperata fuit vtraque ratio iuris naturalis vt neutra omnino, ſed vtraq; pro parte ſeruarẽt. Altera ratio Bald eſt quia lege quoq; duodecim tabularũ parẽtes poterant exheredare filios ſuos in poteſtate poſitos abſq; vlla cauſa l. in ſuis ff. de liber. & poſthum. Dicimus legem duodecim tabularum in hoc exorbitaſſe a iure naturali, & non merebatur dici lex ciuilis l. ius ciuile ff. de Iuſtit. & Iur. probatur quia per interpretetionem Iuriſconſultorum, illa licẽtia fuit correcta dum interpretati ſunt huiuſmodi teſtamenta in quibus filij ſine iuſta cauſa exhæredantur ad quærelam filiorum eſſe rumpenda tanquam à dementibus facta l. cum ratio de bon. dannator l. prima, ſecũda, tertia, & quarta ff. de inofficios teſtament. Addo aliam rationem quæ magis probat opinionẽ Baldi; ſi legitima deberetur liberis iure naturali, eſſet etiam debita liberis naturalibus, & ſpurijs qui nullo modo ſuccedere poſſunt Authentic. ex complexu C. de inceſt. nupt. ſequela probatur ex §. primo Authentic. quibus mod. natural. efficiant. ſui in verſicul. natura, vbi inſpecto iure naturali omnes liberi erant legitimi, & differentia inter legitimos, & illegitimos eſt introducta iure ciuili, at ſi iure naturali eſſet legitima nõ potuiſſet tolli id, vt habetur in dicto §. ſed naturalia. Reſpondeo duobus modis, licet legitima reſpectu eorum, quæ ſunt circa introducta de

iure

iure ciuili non debeatur dictis, tamen *vt iuris* naturalis eſt, debetur etiam ſpurijs ſcilicet reſpectu alimentorum, nam nullus eſt parens, qui inſtinctu naturali non incinetur ad alendos filios, etiam ſpurios cap. ius naturale diſtinction. prima l. prima ff. de Iuſtit. & Iur. & cap. cum haberet de eo qui dux in matrim. &c. quo corrigitur nimius ille rigor iuris ciuilis de quo in dicta Authentic. ex complexu. Aliter etiam reſpondeti poteſt, quod Iuſtinianus in dicta Authentic. quibus mod. natural. efficiant. ſui non dicit, omnes liberos etiam ſpurios olim fuiſſe legitimos tanquam natos ſecundum ius naturale, vt ſenſit Accurſ. in dicta l. prima §. ius natural. in verb. coniugatio ff. de Iuſtit. & Iur. Sed quod ab initio cum nondum eſſet corrupta & deprauata hominum natura, nulli erant tam ſcelerati, vt liberos gignerent, niſi ex licitis matrimonijs, ſed creſcente poſtea hominum malitia & effrenatis libidinibus oportuit facere leges quibus diſtinguerentur legitimi à non legitimis, cum iam eſſe cæpiſſent hæc duo genera liberorum, itaque, innuit Iuſtinianus eos qui reputātur nunc legitimi, non eſſe dicendos legitimos etiam inſpecto iure naturali, quandoquidem ius naturale in hominibus vult eſſe alium modum generandi, & honeſtiorem quam in pecudibus l. ſemper & l. vltima de rit. nuptiar. itaque non videtur verum quod ait Accurſ. in dicta l. prima de Iuſtit. & Iur. illicitum coitum eſſe de Iure naturali in hominibus, quaſi de Iure naturali nulla ſit conſtituenda differentia inter homines, & bruta, quod eſt certè valdè abſurdum. Cęterum quod ad nepotes attinet Bald. in loco præcitato ait, illis non deberi parentum ſucceſsionem de iure naturali, ſed ciuili, & per conſequens, non deberi eis legitimam iure naturali, cum legima ſit quota pars ſucceſsionis ab inteſtato vt dictum eſt. Ratio Bald. eſt cur. ſucceſsio de iu-

re naturali non debeatur nepotibus, quia eis non debentur eo iure alimenta cum in cęteris animantibus nõ reperiatur animal quod alat niſi a ſe genita. Ego contrarium verius puto adductus ex text. in l. liberorum de de verbor. ſignificationib. vbi propter naturalem amorẽ parentum ergà liberos, nepotes æquantur filijs, & eodem nomine appellantur nempè filij. Idem probatur in dicto §. primum. Neque obſtat ratio Bald. quia, & ſi id non conueniat niſi hominibus, vt parens naturaliter inclinetur ad alendos nepotes à ſe non genitos non propterea ſequitur non eſſe iuris naturalis alioqui loqui, & pacta ſeruari non eſſet de iure naturali quod eſſet redigere homines ad iuſtar brutorum ſecundùm naturam. Sed quid dicendum de parentibus? Bald. Caſtrens. & alij in dicta l. prima §. ius naturale, eis non deberi legitimam niſi potius iure ciuili tantum quia inquit. Bald. quamuis liberi teneantur præſtare alimenta parentibus dicta l. ſi quis à liberis de liber agnat. tamen hanc peritiam non intelligunt cætera animalia, & licet Ciconia ſubiungit Bald. alat parentes, Vna tamen hirundo non facit ver. Sed fuit hæc ratio ſæpe confutata cum multa ſint de iure naturali in hominibus quæ cæteris animantibus non competunt; quod autem à liberis debeantur alimenta, parentibus iure naturali conuincitur ex dicta l. ſi quis à liberis §. parens. vbi parens naturali ratione alidebet, à filio quod verbum non poteſt intelligi niſi de iure naturali, quia per naturalem rationem cognoſcimus pietatem debitam parentibus ſicuti cætera quæ facere, vel non facere oportet ſecundum legem naturalem vt colligitur ex Paull. in cap. ſecundo ad fin. ad. Roman, & copiosè agit Cicer. in libro primo de legib. quam iuſtitiam naturalem appellat Iuriſconſultus in l. ſi oportet. §. ſufficit de excuſation. tutor. Et ex his nõ videtur bene

per-

percepiſſe dict.§.Parens gloſs.in verb.ratione,vbi ſubaudit,turbata allundens ad l.nam & ſi parentibus de inofficios teſtament.vbi lex ait turbato ordine mortalitatis ſuccedere patrem filio; ſed ibi non dicitur turbata ratione naturali:immo ait Iuris conſultus ſucceſsionē liberorum, non minus pie deberi parentibus quam è contrario, licet votum parentum ſit, & naturæ vt liberi ſuperuiuant parentibus facit etiam Authentic. vt cum de appellation.cognoſcim.§.hæc autem, verſic.conſiderare,adhibito dicto cap.primo diſtinction. prima, ſic inducendo,quem ad modum liberi putarent,ſibi fieri iniuriam à parentibus ſi eis præteritis, vel exheredatis alijs ſucceſsiones relinquerent, ita exiſtimare debent ſe iniuria afficere parentes, ſi contingat eos præmori, & non relinquerent bona parentibus, hæc enim ratio eſt ea lege naturæ, vt habetur in dicto capitolo primo. Circa fratres videtur maior ratio quod eis non debeatur legitima iure naturali quam ſupradictis, nam *jn illis lo*cum habent omnes adductę rationes, tamen idem Bald.in l.fratres C.de inofficios teſtament. ait eis deberi legitimam iure naturæ quamuis nullam legem adducat; probatur tamem in dicto § primum, & ratio fuit ſuperius adducta, quia eis etiam debentur alimenta quando ſunt conſanguinei. Verum ratio illa non videtur omnino ſufficiēs in fratribus, quia ſequeretur q. eis deberetur legitima etiā nō inſtituta turpi perſona,& per conſequēs eis cōpeteret quærela reclamante dicta l.fratres. Quare adiungi debet alia ratio, quia fratres conſanguinei ſunt coniuncti origine l.cum legitima, & ibi notat. Accurſ. ff. de Stat. homin· quare non parua cenſetur iniuria illata fratri, cum eius frater conſanguineus inſtituit vilem perſonam. Hæc tamen dicuntur præſuppoſita communi illa opinione fratrem ſcili-

cet

cet cui relicta eſt legitima etiam turpi inſtituta perſona ex ludi à quærela inofficioſi teſtamenti Doctor.in dicta l. fratres reprobata opinion.Guilielm. Cunei,qui contrarium docuit, & communis probatur in dicto §. primum. Ex ſuperius iam dictis, tam ex declaratione deſcriptionis ipſius legitimæ, quam ex iam explicata quæſtione,reſultat ſupra commemoratis perſonis deberi quidem ſucceſsionem iure naturali pro alimentis; quanta tamen eſſe debeat illa ſucceſsio, quibus perſonis, & quod ex neceſsitate debeat relinqui, quo titulo & quo Iure peti debeat,hæc ipſa a iure ciuili determinata ſunt, ac propterea legitima eſt: hæc portio nuncupata quæ ſuis ſedibus, & locis peculiaribus tractata nos ſtudioſis videnda relinquimus, & præſertim in Authentic. nouiſsima C. de inofficios teſtament.

Quo titulo Relinqui debeat legitima.

Vulgo dici ſolet titulo Inſtitutionis eſſe relinquendam legitimam §.aliud quoque capitulum in Authentic.vt cum de appellation. cognoſcim.Sed vt clarius res explicetur,tria iura ſunt nobis conſideranda. Primũ Digeſtorum quo ſatis erat quouis titulo liberis legitimam parentes relinquere, modo integra relinqueretur, & ſatisfactum eſſet formæ ſubſtantiali teſtamenti, iuxta formam l. inter cætera de liber, & poſthum. l. Papinianus de inofficios teſtament. Secundum fuit fuit Ius l. omnimodo C.eod. titul. quo ius vetus, fuit correctum in altero requiſito: requirebatur enim iure veteri legitimam integram eſſe reliquendam, ad excludendam quęrelam, nam per dictam legem omnimodo fauore teſtantium fuit conſtitutum, quod & ſi integra

non

non relinqueretur, non daretur quærela ad euertendum teſtamentum, ſed poſſet agi ad ſupplementum legitimę dicta l. omnimodo. Tert u n ius eſt expreſſum in dicto §. aliud quoque capitulum per quod corrigitur primum iuris veteris, quo non cogebatur pater, filium inſtituere in legitima: Sed eam quoquo titulo poterat relinquere; Iuſtinianus autē in dicto paragrapho aliud; conſtituit neceſſario titulo inſtitutionis eſſe relinquendā vel etiam in aliqua re, vel minima inſtituendum, daturque poſtea filio agendi ad ſupplementum facultas dicto §. aliud & §. cæterum. Ratio huius nouiſsimi Iuris eſt illa, quia inſtitutionis titulus cæteris honorabilior eſt, quibus aliquid in teſtamento relinquitur l. filium §. ſed & ſi portio, ibique Accurſius de legat. præſtand. Cicer. in orat. pro Publ. Quinctio, Moritur inquit, in Gallia Quinctius, & moritur repentino, hæredem teſtamentò reliquit hunc. Publ. Quinctium, vt ad quem ſummus mœror morte ſua veniebat, ad eundem ſummus quoque *honos* perueniret. Eſt prærerea longè vtilior titulus inſtitutionis, nam inſtituto, portio hæreditatis non aditæ accreſcit ſecus eſt in eo, cui aliquid alio titulo relinquitur l. prima § ſi ex fundo, & l. ex facto ff. de hæredib. inſtituend. is autem cũi aliquid alio titulo relictū eſt, illud conſequi non poteſt ſi ſcriptus hæres hæreditatem non adiuerit, tantum abeſt, vt ei hæreditas accreſcat l. ſi nemo de teſtamen. tutel. tradunt Doctores in l. quoties C. de hered. inſt. & in dicta l. ex facto. Hac ratione vulgo creditur ſtatutum eſſe. parentibus, aut libeberis inſtitutiois titulo eſſe relinquendam lagitimam qua de re agit Benedict. in repetitione capituli Raynutius in verb. in eodem teſtamento extra de teſtamentis, &c.

De-

Deſcribitur quærela inofficioſi teſtamenti.

QVærelā inofficioſi teſtamenti ſic craſsiore Minerua deſcribi poſse putamus, eſſe ius quoddam certis competens perſonis, exheredatis nimirum, vel præteritis aduerſus eorum teſtamenta qui eis legitimam ſuorum bonorum portionem relinquere tenentur quo aditus Iudex ex officio teſtamenta reſcindit quibus exheredatio,& præteritio facta proponitur legitima non relicta. Ius eſſe dirimus, ſcilicet ciuile ab eo enim introducta eſt. Accurſius cæteriq́ue in l. in ſubſtitutione de vulgar. & pupullar. Sed à nemine eorum quos viderim declaratum inuenio ex qua iuris ciuilis parte id prodicerit, arbitror ego ab ea quæ abſolutè ius ciuile dicitur quod ex prudentum reſponſis emanauit l. ſecunda §. his latis legibus ff. de origine Iur. §. Reſponſa Prudentum Inſtitution. de Iure natural. gent. & ciuil. nam cum lege duodecim tabularum ampliſsima eſset tributa poteſtas teſtantibus, hæredes inſtituendi quos vellent, atque pro arbitrio de bonis diſponendi in vltima voluntate. Vti quisque legaſset, ita ſuæ rei ius eſto l. prima ff. de leg. falcid Illa poteſtas fuit prudentum interpretatione coāgultata, & multis modis l. verbis legis ff. de verbor. ſignificationib. Hic eſt vnus in quo prudentes interpretati ſunt teſtamentum patris in quo exheredati eſsent filij, ſeu primum liberorum gradum tenentes eſſe rumpēdum tanquam non ſano iudicio factum idque quærela inofficioſi teſtamenti ſi eis portio aliqua bonorum relicta non reperiatur, quam portionem quartam olim arbitrati ſunt, fuitque ius protractum ad omnes perſonas quibus legitima debetur, ad liberos tenentes primum

gradum

gradum parentes, & fratres conſanguineos l.ſecunda, tertia, quarta, & quinta l. Papinianus §.quarta, & toto titulo de inofficios teſtament. Ratio autem quam ob rem his tantum perſonis, quam cæteris ab inteſtato ſuccedentibus hoc ius competat illa eſt, quia iure naturali illis debetur ſucceſsio l. cum ratio de bon.damnator l. ſcripto Vnde liberi l.liberorum ff.de verbor.ſignificationib.l. prima §. ius naturale ff. de Iuſtit. & Iur. De cęteris quoque non exiſtentibus in poteſtate, vt ſunt emancipati,& ex linea matris iure naturali eadem eſt ratio dicto §.ius naturale, & §.emancipati de hæreditatib. quæ ab Inteſtat. deferuntur iuncta l. cũ in adoptiuis de adoptionib. in Cod. dum in ea Imperator conſiderat vinculum naturale in linea materna De parentibus in dicta lege ſcripto, & l. nam & ſi parentibus de inofficios teſtament, vt obique dicitur parentes admiſſi ad ſucceſſionem liberorum ratione miſerationis ſcilicet, quia ita dictat naturalis ratio, vt quemadmodum filius, patri ex voto *naturæ* ſuccedere debet, id enim in optatis vehemēter habent parentes, ita contra, ſi contingat liberos præ decedere quod eſt miſerandum parētes liberis ſuccedere debent. Ex his conſtat fundamentum querelæ eſſe ius naturale cum his tantum perſonis detur quibus eo iure debita eſt ſucceſsio. His ergo præteritis, vel exheredatis teſtator extraneos inſtituens aduerſus ius naturale facere videtur, & teſtamentum erit inofficioſum quia non factum ex officio pietatis naturalis dicta l. ſecunda cum quatuor ſequentibus de inofficios. teſtament. In fratribus vero non videtur tanta ratio maior ſiquidem cenſetur eſſe amoris potentia inter gignētes, & genitos quam inter alios quod etiam ex Ariſtotele docemur libr. Ethic. ſeptimo Cæterum cum fratres ex eodem patre eandem conditionem originem honorem,

& dignitatē à patre ſortiantur l. cum legitimæ ff. de ſtat. hom. viſum eſt etiam eſſe iniquum, & contra ius naturale, fratrem conſanguineum inſtituto à fratre extraneo præteriti, & honorificum titulum inſtitutionis conferri in aliam perſonam fratre excluſo, ideo hoc caſu tantum datur fratri præterito quærela contra fratris teſtamentum l. fratris, & l. fratres C. de inofficios teſtament. Dicebam in ſupra ſcripta deſcriptione, exheredatis, vel præteritis, verbum exheredatis ad liberos poſitos in poteſtate referendum eſt, quandoquidem in perſonis non eximantibus in poteſtate non cadit exheredatio res enim inepta eſſet l. quidam cum filium de verbor. obligationib. Attamen emancipati iure prætorio, vt exheredari debeant, perinde habentur ac ſi in poteſtate eſſent § emancipati Inſtitutionibus de exheredation. liberor. quia eis concedendo bonorum poſſeſſionem reſcindit emancipationē l. tertia §. ſi emancipatus in verb. reſciſsionem & l. illud §. ad teſtamenta de bonor. poſſeſſion. contra tabul. Cuius §. ad teſtamenta ratio eſt quare ſcilicet contra teſtamenta fęminarum non detur contra tabulas, licet detur emancipatis contra teſtamentum patris, quia emancipati iure prætorio, vt dictum eſt emancipatione reſciſſa cenſetur eſſe in poteſtate, at liberi nullo iure ſunt in poteſtate fœminarum §. fæminę Inſtitutionib. de adoptionib. Verbum præteritis ad alias perſonas quibus competit querela refertur ad liberos reſpectu parentum lineæ maternæ, vel ad parentes reſpectu liberorum teſtantium in quacunque linea, horū enim omnium præteritio æquatur exheredationi, ita vt quemadmodum exheredati, quibus cadit exheredatio non poſſunt venire cōtra teſtamentum, niſi per quærelam l. non putauit de contra tabul. ita de præteritis quibus non cadit exheredatio dicendum eſt, vt non niſi

per

per quærelam poſsint venire §.mater de exheredation. liberorum ibique Accurſius,& l.prima de inofficios. teſtamẽt. Iſtis inquã perſonis præteritis,vel exheredatis cõpetit querela niſi ſubſit iuſta cauſa exheredationis aliqua ex his quæ à Iuſtiniano recenſentur in §.cauſsas Authẽtic.Vt cum de appellation.cognoſcim.& niſi legitimam habent. Quo autem titulo eam habere debeant, vt excludantur a quærela tractant Interpretes in Authentic. nouiſſima C.de inofficios teſtamẽt. Quod dicebam hoc ius eſſe per quod iudex reſcindit teſtamentum dictum eſt quia quærela eſt officium iudicis, non actio proprie accepta Bartol.in l.poſthumos §.ſi quis de inofficios teſtament.qui enim agit quærela dirigit petitionem ad iudicem, vt ille rumpat teſtamentum, ſecus eſt cum actio intẽtatur per eã enim conſulitur parti Bartol.cæteriquæ in l.prima de Iuriſdiction.omn.iudic.Et ex his patet deſcriptio quærelæ, & quo iure ſit introducta,quibus perſonis competat, & quem effectum inducat rumpit enim teſtamentum, vnde alius proficiſcitur effectus vt rupto teſtamento ei qui obtinuit in quærela detur petitio hereditatis, vel bonorum poſſeſſio ab inteſtato tanquam ſi teſtamentum non fuiſſet factum dicta l. Papinianus §. vltimo adhibita etiã l.qui de inofficioſo ff.de inofficios. teſtament. & ibi Bartol. & Caſtrens.Hæc duo remedia dicunt quærelæ, & petitionis, poſſe in eodem libello proponi ita tamen vt quærela præcedat, & concludatur in petitione,exempli cauſſa,peto teſtamentum tanquam inofficioſum rumpi, & eo rupto ago petitione hereditatis contra partem aduerſam detinentem res hereditarias ad quam quidem rem pertinet l. prima C. de inofficios. teſtament.

Declaratio vera eius quod Intereſt. Præter vulgo receptam Doct. opin.

DOctores diſtinguũt id quod intereſt in intrinſecũ, & extrinſecum, quam quidem diſtinctionẽ ſuperuacaneam ipſe arbitror, ſi quidem nullum eſt intereſſe, vt eorum vocabulo vtar quod non poſſit complecti etiã damnum, vel lucrum intrinſecus hoc eſt extra rei æſtimationem eccedens alioquin non poſset agi ad id quod intereſt. Neq; fuit neceſſe facere mentionẽ de eo quod intereſt ſingulariter, vel communiter, nam ſi illud intelligatur ratione affectationis tantum, & non vtilitatis, certè id non poteſt neq; nominatim peti, quamuis plerumque ſit cauſſa quam ob rẽ actio detur l. ſi in emptione de minorib. l. cum ſeruus ff. mandat. Si vero intelligatur illud quod appellant ſingulare ratione vtilitatis erit animaduertendum aliter declarari à Bartol. quam à cæteris Bartol vult id eſſe intereſse ſingulare quod prouenit ratione qualitatis alicuius quæ tranſire non poteſt de perſona in perſonam exemplo, rem clarám facit Bartol. in l. vnica C. de ſentent. quæ pro eo ꝙ intereſt tertia oppoſition. de libro vnius manu ſcripto ita vt non po ſit ab alio legi, & ſi in eo libro dicatur habere intereſſe ſingulare propterea quod is tantum ſit percepturus vtilitatem ex eo libro, nec alius: ſecundum hanc declarationem redderetur inutilis conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris, vix enim contingere poſſet huiuſmodi intereſſe. Alij vero latius intelligunt intereſſe ſingulare vt ſit id omne quod refertur ad perſonam propter eius circumſtantiã; puta quia tantum lucri potuiſſet facere, vel damnum vitare, & ex ſtimant, idcirco ſingulare dici

non

non quod aliæ perſonæ non potuiſſet contingere concurrentibus ſimilibus qualitatibus ac circumſtantijs, ſed quia in petẽdo non habetur reſpectus niſi ad perſonam petentis ſcilicet quanti eius intereſt, & non alterius l. quatenus cuiuſq; de regul. Iur. Ego credo inutilem hanc diſputationem ex ſuperius citata Rubric. de ſentẽt. quæ pro eo quod intereſt in qua attẽditur tantum, an agatur ad id quod intereſt ita vt in quocunque tali caſu liceat agere ad id quod intereſt locũ habeat illa conſtitutio. Occaſione eorum quę ſunt dicta quero quid ſit Intereſſe, ſeu id quod intereſt Neminem eorum quos hactenus ego legerim id recte declaraſſe opinor, qua quidem in re excuſatione digni videntur quandoquidem id quod intereſt in facto cõſiſtit l. quatenus de reg. Iur. & ideo videtur non poſſe recipere definitionem iuris ſicut mora l. mora de Vſur. Sed hoc non eſt admittendum, nam & dolus in facto conſiſtit tot. titul. de dol. l. quoties §. qui dolo de probationib. cum l. dolum C. de dol. & tamen eius dæfinitio traditur in l. prima §. dolum de dol. & Iuriſconſultus in dicta l. mora definit moram dicens, eam eſſe ſi oportuno loco debitor non ſoluerit quam definitionem latius explicat Accurſius Quod igitur in eo reſponſo dicitur, an mora facta ſit nulla iuris conſtitutione per quæſtionem comprehendi poſſe: non ita intelligendum eſt ſicut vulgo creditur quaſi nulla moræ definitio tradi poſſit id enim apertè falſum eſt ſi quidẽ mora ibi definitur à Iureconſulto, & ab Accurſio, & ſolet etiam vulgaris definitio tradi, moram eſſe culpoſam dilationem Aliam ibi tradit Bartol. ex Iacob. Butrigar. quod ſi mora licet conſiſtat in facto definiri poteſt, idẽ dicendum erit de eo quod intereſt, Nec refragatur l. mora in ea enim non negatur moram dæfiniri poſſe, ſcilicet quid intelligendum ſit in iure per hoc vocabulum mo-

ra; ſed nullam regulam in iure poſſe tradi per quam cognoſcatur, an mora facta ſit in quocunque caſu occurrenti veluti in l.tertia de teſtib. quia id ex facto, & eius circumſtantijs relinquitur colligendum arbitrio iudicis, vt ibi declaratur. Sic in propoſito quamuis quatenus illud interſit, in facto conſiſtat,ita vt ſecundum circumſtantias facti plus minusuè intereſſe poſſit, nec illud poſſet ſciri,niſi propoſito,& probato facto vnde petitur id quod intereſt,attamen nihil prohibet, quominus generali aliqua definitione declarari poſſit quid ſit intereſſe, ſeu id quod intereſt. Hic animaduertendum eſt vltra abuſum loquendi ſupra dictum, improprietatemq; interpretes adhuc abuti opera ſua circa definitionem intereſſe, peccant enim duobus modis. Vno cum iam dictum eſt,cum debuiſſent definire id quod intereſt per ſuam cauſſam dederunt definitionem quæ non pertinet ad id quod intereſt, ſed ad eius eſtimationem per cauſam contrariam ei vnde naſcitur id quod intereſt declaro pinguiore mineriua Clariſsimũ eſt etiam ijs qui non guſtarunt terminos huius diſciplinæ intereſſe alicuius ei fieri aliquid, ſignificare ei vtile eſſe dicitur enim,vt etiã Alciatus admonuit intereſſe, ideſt quaſi in re in vtilitate eſſe, rei publicæ intereſt ait Vlpianus dotes mulieribus conſeruori, ideſt vtile eſt reipublicæ l. prima ff. ſolut. matrimon.Emptoris intereſt habere domum ſibi venditam vtile eſt. Nota quod intereſſe, dicitur alicuius reſpectu facti vnde poſsit percipere vtilitatem aliquam nõ autem reſpectu facti propter quod illa vtilitas ceſſet exẽpli gratia ſic dicimus intereſſe emptoris domum ſibi vẽditam tradi ideo agi ad id quod intereſt habere domũ dicta l.prima de actionib. empt. Sic in facto negatiuo quando vtilitas erat peruentura veluti mea intereſt ſeruum non eſſe occiſum quia ex eo facto negatiuo cõ-

ſequutus

ſequtus eſſem utilitatem puta quia euitaſſem pęnam ſub qua debebam dare ſeruū alicui ſi iuris cōſulti vbiq; loquuntur vt intereſſe dicatur alicuius ex facto vnde vtilitas oriatur. Doctores autē in hac materia loquntur contrario modo veluti peto intereſſe propter domum non traditam, ſeu quia mea intereſt domum non eſſe traditam,& peto quod meo intereſt ſeruū non eſſe occiſum ad quem modum loquendi ſpectat definitio Accurſij intereſſe eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans quæ definitio ſi intelligatur de eo quod propriè dicitur intereſſe, & ſecundum morem loquendi iuris conſultorum peſſime quia ſic definiretur intereſſe per contrariam cauſam Neque eo quod intereſt me habere domum emergit damnum, vel ceſſat lucrum immo cōtrario modo ſi habet res,nam ſi habeam domum quam me habere intereſt, & ſi habuero quod intereſt non emerget damnum immo ceſſabit, nec ceſſabit lucrum immo emerget. Et in altero exemplo ſi non fuerit occiſus ſeruus de quo dicitur mea intereſſe illum non eſſe occiſum nullum patior damnum, vel amittam lucrum itaque cum ſemper vt dixi intereſt dicatur reſpectu partis vtile non fuit definiendum per contrariam cauſā nec admittendus ille abuſus loquendi. Sed dicta definitio, & omnes à doctoribus traditæ debent applicari extimationi eius quod intereſt prout petitur ex cauſa per quam ceſſabit vtilitas, ſeu id quod intereſt ex mora, vel pacto iniuſto aduerſarijſi declaretur definitio. Accurſij intereſſe ideſt extimatio eius quod intereſt,vel intereſfuit aliquid fieri,vel non fieri cuius tamen cōtrarium factum extitit damnum emergens hoc eſt æſtimatio illius vtilitatis quæ habita fuiſſet ab eo cuius intererat ſi quod fieri debebat fuiſſet factum quæ tamen non fuit habita qua tamen priuatus eſt propter contrarium factum; ſcilicet

licet quia non fuit factum quod fieri intererat, vel non factum quod non fieri non intererat. Ita intelligi debent ceteræ definitiones vt perpetuo loquantur de æſtimatione eius vtilitatis quã petẽs habuiſſet petens, inquã quod ſua intereſt non ex mora, vel facto iniuſto aduerſarij, ſed ex contrario facto ſi non fuiſſet mora, Vel factũ iniuſtum. Et in hunc modum iura loquuntur, vt ſemper referatur id quod intereſt ad factum quod debuiſſet præſtari licet ius petendi ex contrario facto naſcatur. Mihi tamen videtur como lius poſſe explicari quid ſit intereſſe; ſeu id quod intereſt hoc modo, vt non quæratur ſimpliciter quid ſit cum non poſsit intelligi per ſe cum ſemper referatur ad perſonam, & ad factum. Reformetur igitur quæſtio; & quæratur quid ſit alicuius intereſſe aliquid ei fieri, vel nõ fieri. Et procul dubio nihil aliud eſt quam eum poſſe percipere aliquam vtilitatem ſi id fiat, vel non fiat exemplum. Si id fiat mea intereſt habere domum mihi venditam, quia ſi illud fiat nempe vt tradatur mihi domus percepturus ſum aliquid vtilitatis quia aliquod lucrum faciam, vel damnum euitabo Exẽplum non fieri ſi dicam mea intereſſe non fuiſſe deceptum ab eo qui vendidit mihi tignum vitioſum l. Iulianus de actionib. empt. id enim ſignificat me potuiſſe habere aliquam vtilitatem ſi id non fuiſſet factum, & non eſſem deceptus euitaſſem enim ruinam ædium cauſa cuius fuit illud tignum vitioſum, quod enim vtilitas ſignificet etiam comodum quod quis habet in euitando damnum non eſt dubium ex l. proind. ad l. Aquil. & conſequenter ex hac explicatione verbi intereſſe, colligitur quid ſit id quod intereſt, nempè id quod intereſt propriè, & vt in mero facto conſiſtit nihil aliud eſt, niſi ea vtilitas quam quis habere poteſt in damno vitando, vel lucro faciendo ſi aliquid fiat, vel non fiat, vt in exemplis

plis ſuperius allatis. Et ita accipitur propria ſecundum grammaticos id quod intereſt Sed apud noſtros, dum tractatur de eo quod intereſt, cum deducitur in petitionem generalem id quod intereſt accipitur pro eſtimatione eius quod intereſt petentis debita, eius duæ ſint cauſæ, vna conſiſtens in facto, quod fieri intererat: Altera in facto eius à quo petitur id quod intereſt videlicet qui per eius moram, vel factum iniuſtum fuerit impedita vtilitas ideo de vtraque cauſa debet fieri mentio in definitione, ſcilicet vt appareat vnde naſcitur id quod intereſt, & ius petendi illud, ſeu cur debita ſit talis æſtimatio quod ita poſſe comprehendi exiſtimo. Id quod intereſt eſt æſtimatio vtilitatis in damno vitando, vel lucro faciendo conſiſtentis alicui debita propterea quod illam habuiſſet niſi mora,vel facto iniuſto alterius impeditus fuiſſet, exemplum eſt cum dicta l. prima de actionib. empti dicit emptorē poſſe aggere ad id quod intereſt ſuam domum venditam habere contra venditorem qui non tradidit,quod ab eo petitum eſt ſub nomine eius, quod intereſt nihil aliud eſt quā eſtimatio eius vtilitatis, quam emptor ex dicta domo percepiſſet quæ exiſtimatio,ideo peti poteſt ab emptore cōtra venditorem quia niſi emptor impeditus fuiſſet mora venditoris habuiſſet ex domo vtilitatem, & ſic de non faciendo vt ſupra l. ait lex cum duabus ſequentibus ad l. Aquiliam. Et quod in hac materia nōn accipiatur pro ea vtilitate,quam haberet emptor niſi impeditus fuiſſet mora, vel facto aduerſarij,ſed pro eius eſtimatione id eſt quātitate pecuniaria ad quam eſtimari vtilitas debet impedita probatur in dicta l. ſi quis ab alio §. vltimo de re iudicata & l. ſtipulationes non diuiduntur §. celſus de verbor. obligationib. facit præterea quia iuriſconſulti in eodem ſenſu accipiunt l. Vbi Argentarius §. primo de

eden lo dicta l. Iulianus dicta l. exempto §. vltimo l. ſi con miſſi rem rat. haber. Rurſus, quia etiam damnum ſi accipitur non pro detrimento in facto contingente, ſed pro extimatione damni cuius appellatione venit id quod intereſt vtrumque probatur in l. ſi ſeruum cum Accurſio ad finem ad l. Aquiliam. Et hæc ſatis, & ſuper.

Explicatur, quid ſit petere id quod intereſt nominatim, vel innominatim.

IN omni actione, ac perſequutione iudiciali ex parte actoris præſupponitur agentem agere propter id quia intereſt alioquin repelleretur alimine iudicij exceptione illa tua non intereſt l. ſtipulatio iſta §. alteri. de verbor. obligationib. l. ſi procuratorem §. mandati ff. mandati. Bartolus cæterique in lege poſthumus §. ſi quis ex his de inofficioſ. teſtément. & in l. ſi pupilli §. videamus de negot. geſt. Abbas, & Felin. in capitulo ſuper his de poſtulationib. Et quamuis in omni petitione iudiciali agatur propter id quod intereſt actoris rem petitam obtinere non tamen ſemper nominatim petitur id quod intereſt immo ſæpius aliud, quod neq; à Baldo, neque à Saliceto prætermiſſum eſt in l. vnica C. de ſẽtentijs quæ pro eo quo intereſt. Dupliciter enim agitur ad id quod intereſt vno modo, vbi actor non petit id quod intereſt, ſed aliud propter ſuum, vt interpretes loquũtur intereſſe, quia ſi ſua non intereſſet, non audiretur veluti cum quis petit certam quantitatem, vel ſpeciem debitam, vel genus, vel rei etiam eſtimationem vt in l. Vinum, & toto illo tractatu ſi certum petatur l. penultima, & vltima de condic. tut. l. tertia §. vltimo, & l. ſi ſte-

ſi ſterilis §.cum peruenditorem de actionib.empti. Vel cum agitur ad pœnā actori debitā ex aliquo facto illius cuius intereſt l.3.§ qui de ſepulchri: de ſepulcro violato, & cū quis admittitur ad accuſationē quia ſua intereſt vt iniuriam defendat,vel ſanguinem ſuum l. ſi tamen de accuſationibus §. patitur Inſtitutionib. de iniurijs.l.ſecunda de liberali cauſa. Et qui agit quærela inofficioſi teſtamenti dicto §. ſi quis ex his, & alijs præterea locis quam plurimis non petitur id quod actoris intereſt nominatim licet ille agat propter id quod ſua intereſt quibus caſibus vbicunque non petitur nominatim id quod intereſt non vendicat ſibi locum Iuſtiniani conſtitutio de ſententijs quæ pro eo quod intereſt. Al quādo vero agitur nominatim ad id quod intereſt in caſibus à iure expreſſis veluti in obligationibus facti poſt moram l. ſi quis ab alio §. vltimo de re iudicata l. ſtipulationes non diuiduntur §. Celſus de verbor. obligationib l.ſic-cum aut Pamphilum ad l. Aquiliā.Et cum quis ſtipulatur dari tertio cui dari ſua intereſt ex ea ſtipulatione agit l.liber homo §. vltimo eodem titulo, & vbi emptor agit rem venditam, ſibi traditam non fuiſſe in id quod ſua intereſt dicta l.prima de actionibus empti, vel malè tradita l.Iulianus eodē titulo,vel euicta l. Titius cùm ſequenti eodem titulo, & l. venditor hominis de euictionib. Et in contractibus innominatis propterea quod res promiſſa dari non datur l. naturalis §.ſi quidem de præſcript.verb. & ſi qui ſunt alij caſus quibus permittunt iura agi ad id quod intereſt in his inquā caſibus locum habet præcitata Iuſtiniani conſtitutio, vt ſententia pro eo,quod intereſt niſi illud petitum fuerit proferri non poteſt, debet enim ſententia conformis eſſe libello l. vt fundus communi diuid. l.vltima C. de fideicom. lib. capit. licet in fine de ſermon.

Ex iam dictis puto facile deprehendi poſſe multa iura in quibus interpretes fruſtra ſe torquent non pertinere ad rem de qua in dicta conſtitutione vt l. Vinum cum cæteris ſupra citatis quæ loquūtur in hijs caſibus in quibus non petitur id quod intereſt, ſed quantitas, vel ſpecies, vel genus, vel eſtimatio rei debitæ, nā aliud eſſe rei eſtimationem, & aliud id quod intereſt conuincitur ex l. hæc verba quanti de verbor. ſignificationib. hæc verba inquit, quanti res eſt non ad id quod intereſt, ſed ad eſtimationem referuntur, & in l. prima ad finem ſi quis ius dic. quanti res eſt ſignificat quanti res eſtimari debeat dicta l. inter hæc verba de verbor. ſignicationibus. Plenior atque amplior eſt ſignificatio eius quod intereſt quam eſtimatio rei, vel res ipſa, cum vltra rem complectatur omne damnum quod contingit, vel lucrum ammiſſum l. ſi commiſſa rem ratam haberi l. 3. §. vltimo de eo quod certo loco, & dicta l. vnica verſiculo penultimo. *Hinc* intelliges doctores fruſtra laboraſſe circa l. ſi ſterilis §. cum venditionem cum ibi non agatur de eo quod intereſt, & l. Proculus de damno infecto non pertinere ad materiam eius, quod intereſt ſiquidem in ea agitur de effectu cautionis, quæ interponitur ex cauſa dāni infecti quæ nō cōtinet id quod intereſt, ſed damnum dumtaxat patet ex ſignificatione huius voculę, damnum, quod diminutionem patrimonij ſignificat l. 3. eodem titulo non igitur mirum ſi in dicta l. proculus, & præcedenti definitum ſit in ea cautione non venire lucrum, quod tamen veniret ſi contineret id quod intereſt.

Di-

Diſputatur num intereſſe latinè pro eo quod intereſt dicatur.

OMnes vtriuſque iuris interpretes materiam de eo quod intereſt tractantes vſurpant dictionem intereſſe, loco nominis, & pro eo quod veteres iureconſulti loquuntur id quod intereſt quod non ſatis latine fieri docet Alciat. quærens enim cęterorum more quid ſit intereſſe petit à latine ſcientibus inſolentis voculæ veniam: at Fumeus neſcio quis in quodam ſuo in Iuſtiniani cõſtitutionem de ſententijs quæ pro eo quod intereſt commentariolo nititur vulgarem loquendi modum defendere; cum enim inquit ille latine dicatur ſcire tuum. Pers. ſat. prima. Scire tuum nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter cur non dicimus intereſſe tuum, & citat Caij. reſponſum in l. qui ſæpe §. vltimo de actionibus empti venditorem teneri inquit ad intereſſe, & Pauli in l. debitor de legatis ſecũd. Si intereſſe vſurarum tantum in legato eſt. His addo §. ſi facto ſub titulo ſi de feudo defuncti controuerſia ſit inter dominum, &c. Si facta de feudo inueſtitura dominum pęniteat antequam transferat poſſeſsionem, an liberetur præſtando intereſſe vaſſallo. Et decretalem pontificiam in capitulo ſacro vel ſiculo cunque aduerſus de ſentent. excomunicat. condennetur ait ad intereſſe. Verum tanti hæc apud me non ſunt quin exiſtimem Alciati ſententiam longe meliorem ſiquidem inuſitatũ eſt apud linguæ latinæ idoneos auctores id genus loquendi, nec me quicquam mouent quatuor proxime citata nam, & ſi ſcire tuum dicitur nõ tamen intereſſe tuum, ſed tua, vt inquiunt grammatici. Nec eſt eadem vtriuſque pronunciati ratio, ſiquidem

ſcire

ſcire infinitum verbum non abſurde poni poteſt pro ſuo verbali ſcientia, vt ſignificet qualitatem ex actu verbi deſcēdētē quemadmodum alibi apud eundem cum venimus ad canos, hoc eſt ad ſenectutem, & iſtud viuere triſte quo loco viuere pro vita accipitur figurato loquēdi modo. At ex hoc verbo intereſſe nullum deſcendit verbale, & rationem eſſe arbitror quia verbum iſtud, nec actionem ſignificat, nec paſſionem. Vnde ex eius actu nulla poteſt remanere qualitas quæ per verbale ſit ſignificanda inde deſcendēs. Preterea huiuſmodi loquutio peto intereſſe obſcura eſt, & ſi recte intelligatur aliena prorſus ab intentione petentis propterea quod peto intereſſe nihil aliud latinis ſignificare poteſt, quam peto vt interſit, hoc autem non intendit petere is qui agit ad id quod intereſt pro quo ſubſtituitur intereſſe in tali genere loquendi quia antequam petat id quod intereſt, & ſit audiendus ſupponitur ſua iam interfuiſſe conſequi ab aduerſario id quod ſibi non eſt præſtitum ideo agit ad id quod intereſt, ideſt ad eſtimationem eius quod illud habere ſua intereſt. Et cum apud iureconſultos dicitur agit ad id quod intereſt intelligi debet ideſt ad eſtimationem eius qui iam interfuit quoniam præſtitum non fuit quod præſtari debuerat, vt colligitur eſt l. prima initio adhibita l. exempto §. vltimo, & l. ſi cō miſſa rem ratam haberi. Nam pro eo quod dicitur in d. l. prima in id quod intereſt agi in dicta l. exēto §. vltimo, & dicta l. ſi commiſſa quanti interſit, & quanti interfuit ad tempus præteritum referuntur ante petitionem, & importat eſtimationem damni quod iam emerſit, & lucri quod conſequi potuit actor ſi fides ei ſeruata fuiſſet cum igitur his loquendi modus per ſe ſatis valde obſcurus ſit atque improprius etiam ſi verbis iureconſulti vtamur peti id quod intereſt quia accipi-

tur

Digitized by Google

tur pro eſtimatione eius quod intereſt multo obſcurior ſit cum dicitur agi ad intereſſe quia de natura verbi infiniti eſt eſſe obſcurum, & confuſum, & præſertim vbi eſt incertæ ſignificationis eiuſq; ſignificatio ex adiunctis colligenda ſit alio enim ſenſu dicitur ſicut loquitur Vlpianus in l. inter hæc verba, & in l. inter donum Modeſtin. in l. inter ſtuprum Paulus in l. inter diuortium Iabol. in l. inter illam conditionem de verbor. ſignificationib. l. quæmadmodum §. 1. ad l Aquil. l. emptorem §. vltimo de actionib. empt. & ſexcentis alijs in locis in quibus, Intereſt accipitur pro differentia eſt, quod ex adiunctis colligitur, & alio ſenſu accipitur cum dicimus aliquem agere ad id quod ſua intereſt, vel quanti ſua intereſt dicta l. prima cum cõparibus Itaq; melius procul dubio dicimus minus obſcure, & magis latine peto quod mea intereſt & quãti interfuit quã peto intereſſe, & præſertim cum talis petitio fiat non de ſolo actu verbi, ſed de æſtimatione danni, vel lucri quod intereſſe, ſeu interfuiſſe ſupponitur. Ad l. quod ſæpè in fine. deſumitur reſponſio ex Accurſio in verbo teneri qui ſubaudit, at intereſſe inde cognoſcimus in libro Accurſij non fuiſſe verbum illud intereſſe alioquin quid opus fuiſſet ea adiectione? Quare ſuſpicor ex Accurſio illud verbum intereſſe fuiſſe tranſlatum ex eorum numero qui ita loquũtur intereſſe pro eo quod intereſt. Ad Pauli reſponſũ in dicta l. debitor nõ habeo aliud quod probabilius dicam niſi in eo quoque non videri rectè quadrare verbum intereſſe vſurarum, ſed puto legi debere inter vſurium, & ſic legitur in caſtigatis exemplaribus Agitur enim in eo reſponſo non de vſuris tantum, ſed de cõmodo repreſentationis pecuniæ quod creditor percepturus erat ſi legatum eſſet purè, quod ſub conditione debebatur, vel in diem quod quidem commodum conſi-

ſtere

ſtere poteſt abſque vlla perceptione legatorum puta ſi hæres debitoris ſtatim, poſt illius mortem ſoluat creditori pecuniam interim enim antequam veniat dies, vel conditio eo caſu creditor poterit vti pecunia ſibi ſoluta, & commodum medij temporis appellatur inter vſurium legite Baldum, & Bartolum ibidem. Ad §. ſi facta in vſibus feudorum facili reſpondetur negotio illud volumē ſatis diſcrepare à puritate ſermonis vrbani quemadmodum diſcrepat à iure legum Romanarum. Non etiam obſtat decretalis ſacro dicimus enim ex ſententia Laurentij Vallenſis, & illa ſcripta magis eſſe Gothica quam Romana, & certè nō redolēt illam ſermonis puritatem, quæ propria eſt veterum Iureconſultorum quorum reſponſis opus pādectarum compoſitum eſt quamuis æquitate præualeant, vt Pontificij teſtātur interpretes in capitulo in præſentia de probationibus, & in capitulo dilexi filium de iudicijs denique cenſeo ego imitandos eſſe Iureconſultos legalis noſtræ diſciplinæ Authores potius quam vulgarem loquendi modum ait enim Barbat. in Rubr. C. qui admit. docentes eodem debere vti ſermone quo artis Authores vſi ſunt ſic enim peritiam ſuam diſcipulis oſtendunt. Huc etiam pertinet quod ſcriptum eſt in capitulo legimus 93. diſt. fatuus .n. fatua loquitur, ita peritus perite, & nō more imperito. ſi notat Accurſ. in l. quod ſi nepot. l. de teſta. tuto. facit l. Si dictum. de euictión. in illis verbis non tantum vt vulgus opinatur quia ſic verba Iuriſconſulti notiora fiunt auditoribus cū illis præceptores vtuntur frequenter eodem modo quo Iureconſulti.

Agitur

Agitur hoc capite de nominatis, & innominatis contractibus, & dandi, & faciendi, & quomodo in eis detur obligatio ad id quod intereſt cum ſuis rationibus.

VLgo receptum eſt in materia eius quod intereſt in obligationibus faciendi loco facti ſuccedere id quod intereſt. Item & in obligationibus dandi in contractibus innominatis ſecus vbi ex contractu nominato veniret datio. Duo opportunè quæri poſſunt Primum cur in obligationibus faciendi propter moram ſuccedit id quod intereſt potius quam in dando ex contractu nominato. Omiſſis rationibus interpretum in l. ſtipulationes non diuidūtur de verbor. obligationibus, & in l. vnica C. de ſētentijs quæ pro eo quod intereſt videtur mihi ſatis idonea ratio quod vbi obligatio continet dationem expreſſa eſt vtilitas propter quam is cui datum eſt, contraxit, ſcilicet quanti valet dominium rei, vel ipſum dominium ſi quidem dare eſt dominium transferre §. ſic itaque Inſtitutionib. de actionibus ſed vbi promiſſum eſt factū cum ab initio incertum ſit quid vtilitatis illud factum habeat ne contractus ſit ſine fructu aliquo legiſlator ex tacita contrahentium voluntate vt qui facere promiſit ſi non faciat teneatur quāti ſi eius cui promiſſum eſt illud fieri l. ſi quis ab alio §. vltimo de re iudicata ideo vbi obligatio continet dare, id eſt dominium transferre cum vt dixi, ſit expreſſa vtilitas contractus non eſt laborandum de tacita obligatione id eſt quod intereſt quia vt dici ſolet expreſſum facit ceſſare tacitum l. cum ex filio §. filio. de vulgar. & pupillar. l. vltima C. de

Digitized by Google

pactis connub. & facit l. vltima de pret.ſtip. & §. vltimo Inſtitutionib.de verbor.obligationib.conſtituunt præterea Doctores in contractibus innominatis loco damni ſuccedere id quod intereſt huius quoque enunciati aſſerenda eſt ratio hanc illi docuerunt , quia contractus innominati ſunt nominatis debiliores tanquam in contrahendo ab initio quam poſt contractum celebratum ab initio ſunt debiliores quia in illis ſola conuẽtio non inducit obligationem , niſi re demum ſequta ſecus eſt autem in contractibus nominatis l. iuriſgentium de pactis Poſt celebratum contractum inquiunt ſunt quoque debiliores,propterea quod is qui impleuit ante implementum poteſt pœnitentia ductus a contractu deſilire illum reſoluendo per repetitionem rei datæ condictione ob cauſſam quod non eſt permiſſum in nominatis l. prima in fine de rerum permutat.l.ſi pecuniã,& l. vltima de conditionib.ob cauſ. propter hanc igitur debilitatem is qui obligatus eſt ad dandum ex eo genere contractuum liberatur præſtando id quod intereſt, ſecus eſt in nominatis in quibus tenetur promiſſor dare quia fortior eſt in eis obligatio vt dare omnino teneatur , neque audietur volens liberari præſtando id quod intereſt . Hæc ratio nobis non arridet cum potius contrarium probet: videlicet quod cum contractus innominati non producunt obligationem ex ſola conuentione donec res ſecuta fuerit ergo poſtquam fuerint perfecti per implementum ſequutum vltra conuentionẽ debent eſſe firmiores exemplo ſtipulationis quæ propter conuentionem requirit ſollennitatem maiorem quam cæteri contractus, ideo firmiſſimus eſt contractus inſtitutionib. de verbor. obligationib.initio & ita naturaliter videmus fieri quo difficilius res naſcuntur magis durant firmioremque habent effectum, vt de viro reſpectu mulierum notatur in

l.qua

l. qua ætate de teſtamentis, & patet in arboribus reſpectu herbarum, & inter ſeipſos, & in hac ſpecie cõtractus innominatos firmiorem habere maioremque effectum quam habeant nominati vbi vtrobique continetur datio patet quia in innominatis loco dationis venit id quod intereſt non in contractibus nominatis, ſed ſola res, vel rei extimatio l. prima l. Iulianus de actionibus empti l. venditor hominis l. euicta de euictionib. l. ait lex cum ſequentibus, & l. ſi ſeruum ad l. Aquiliam, & Vere falluntur doctores exiſtimantes in contractibus innominatis gratia debitoris loco rei ſuccedere id quod intereſt vt facilius poſsit ſe liberare præſtando id quod intereſt id falſum eſt quia immo in pœnam debitoris vt puniatur ob violatã fidem tenetur ad id quod intereſt quod maius eſt quam res ipſa ideo actio qua petitur id quod intereſt pœnalis eſt Accurſ. in §. rei perſequendæ in verbo ex conducto de actionib. Et ipſum quod intereſt appellatur pœna l. vltima de eo quod certo loco, Falſum eſt etiam quod tradunt reum vbi tenetur ad id quod intereſt propter moram poſſe liberari inuito creditore illud præſtando cum creditor magis vellet præſtari quam id quod ſibi principaliter debitum erat, nam adhuc poſt moram, & vbi iam debitor obligatus eſt ad id quod intereſt poteſt nihilominus creditor petere vt fides ſeruetur in eo quod promiſſum fuit l. ob eam cauſam de præſcript. verb. Sed econtrario debitor poſt moram, vbi iam obligatus eſſet ad id quod intereſt vellet præſtare quod ab initio promiſſum eſt non propterea liberaretur ab obligatione eius quod intereſt, ſi pluris intereſſet, quia vt dixi quod ſuccedat id quod intereſt loco principalis in odium creditoris eſt l. ſi inſulam de verbor. obligationib. cum in ea notatis maius autem eſſe id quod intereſt quam ſit

ipſa res, vel eſtimatio rei. Probatur ex l. vltima de conditionib. ob cauſam. Ego puto veram rationem colligi ex eo quod qui promiſsit per conuentionem innominatam dare cenſetur promiſiſſe factum hoc eſt perficere contractum, nam antequam factum fuerit idest dominium rei promiſſæ dari translatum fuerit, non dicitur cō tractus innominatus perfectus vt patet in permutatione l. prima verſiculo ideoque Pedius ait, rem alienam dātē non cōtrahere permutationē, vt habetur etiā in titulo de rerum permutation. in ff. Præterea qui pro ſua parte impleuit contractum innominatum, vt quia dedit rem promiſſam poteſt per pœnitentiam reuocare quod dedit, & ſic a contractu recedere ante implementum alterius l. ſi pecuniam, & l. vltima de conditionib. cauſ. dat, & l. naturalis §. & ſi quidem ſecundo reſponſo de præſcript. verb. Tertio facit etiam quod actio deſcendēs ex huiuſmodi contractu per quam agitur ad id quod intereſt propterea quod non impleatur, non ſolum appellatur præſcriptis verbis, ſed etiam in factum. Et ex his tribus actionibus conſtat eum qui tenetur ex contractu innominato ad dandum teneri etiam ad factum quod conſiſtit in perficiendo contractum perficere autem contractū facti eſt l. conſilio de curatore fur. ideo quæ non mirum eſt ſi ex huiuſmodi contractibus obligatus ad dandum cum ſit obligatus ad factum, ſi per ditionem non perficiet contractum pro ſua parte teneatur ad id quod intereſt ſicut dicitur regulariter in obligationib. faciendi, & in contractibus nominatis qui eſt obligatus ad dandum non cenſetur obligatus ad tale factum cum iam contractus ſit perfectus per ſolam conuentionem, atque rei, traditionem, vel dationē §. perficiſ. ū ur de donationib. & dicta l. prima verſiculo quod in his dumtaxat receptum eſt iure gentium

de

Digitized by Google

de rerum permutatiore l. iuris gentium in principio de pactis. et hęc pro nunc ſufficiant &c.

De bonorum poſſeſsione cauſa litis agnoſcendæ & an differat à cæteris bonorum poſſeſsionibus.

RECeptiſſima eſt interpretum opinio bonorum poſſeſſionem quæ gratia litis agnoſcendæ appellatur, a cæteris differre vt ait Accurſ. in l. Papinianus §. primo de inoffic. teſtament. in §. ſeptima ad finem inſtitutionib. de bonor. poſseſsionib. & vbique doctores, quæ opinio rationem quoque habere videtur, & illam nimirum quia diuerſum habet nomen dicta l. Papinianus §. primo, & nulla eſt alia nomine nuncupata; diuerſa eſt igitur argumento l. ſi idem C. de codic. Habet præterea diuerſam cauſam datur enim ad inſtituendam quærelam l. quemadmodum de inoffic. teſtamen. ad quod nulla alia datur. Rurſus diuerſum parit effectum præparat enim quærelam ita vt ad hæredes tranſeat dicta l. quemadmodum, & ius in bonis non tribuit l. ſecunda C. de inoffic. teſtament. Habet etiam longe diuerſam ſollemnitatem cum aliæ omnes quibus peruenitur ad ſucceſſionem defuncti iure codicis requirerent iudicis decretum cum cauſæ cognitione l. tertia §. ſi ex cauſa cognita de bonorum poſſeſsionib. hæc autem minime vt notatur in dicto §. ſeptima, & in dicta l. Papinianus §. primo in verbo, Incomoda de bonor. poſſeſsionib. & dicto §. ſi cauſa. His addimus cæteras competere, aut facto teſtamento ſecundum tabulas, & contra tabulas, aut non facto ex aliquo ex quatuor capitibus ſucceſſorij edicti. Vnde liberi. Vnde agnati, & Vnde vir, & vxor,

Aut

Aut extraordinariæ, vbi nominatim, ex legibus bonorũ poſſeſsio ijs qui nullo alio iure admittũtur dicto §. ſeptima, & in titulo vt ex legibus, &c. Hæc autẽ bonorũ poſſeſſio de qua agimus nulla eorũ dici poteſt non ſecundũ tabulas quod certiſsimum eſt, non contra tabulas, quia ea non datur quibus competit quęrela l. non putauit de contra tabul. nec vlla quoque eorum quæ ab inteſtato competere dicuntur quia hæc datur ante ruptum teſtamentum dicta l. ſecunda cum ſimilibus illæ vero quandiu teſtamentum viget non poſſunt locum habere l. ſecunda C. Vnde liberi l. antequam commun. de ſucceſſ. l. quandiu de regul. iur. Ego ſum procliuior in opinionẽ contrariam, hanc ſcilicet bonorum poſſeſsionem aliam eſſe quam quæ iure ordinario datur ab inteſtato hijs quibus ex heredatis, vel præteritis quærela competit facto teſtamento. Ratio potiſſima eſt quia nusquam in iure reperitur titulus de hac bonorum poſſeſsione ſeparatus, & ſi ſeparata hæc eſſet à cæteris bonorum poſſeſſionibus vtique haberet ſeparatum titulum. Sed ad hanc rationem poteſt reſpondéri, quod ea tractatur in titulo de inofficioſo teſtamento neque abſurdum eſt nullã de ea in rubrica mentionem fieri aliquando enim minus continet rubrica quam ſcriptum quod ei ſubijcitur doctores in l. prima ſi certum petat. Iaſon. in rubrica de actionib. Præterea cum inſcriptio facta ſit de inofficioſo teſtamento ſatis in ea videtur compræhendi hæc bonorum poſſeſsio quæ locum habet contra teſtamentum inofficioſum, vt per eam præparetur quærela. Adduco igitur alias rationes magis vrgentes primum deſumo ex ex dicta l. Papinianus §. ſi ex cauſa rupto, inquit, teſtamento ex cauſa inofficioſi is qui rupit ſuus hæres erit aut ſi hoc ſe cõtendit bonorũ poſſeſſor probat illę locus quod ſicut is qui de numero ſuorum eſt rupto teſtamẽ-

to per quærelam mox ipſe iure ſuus hæres erit quia nihil aliud requirit iure conſultus ; ita & is qui contendit bonorum poſſeſsionem durante quærela,nec requirit denuo agnoſci bonorum poſſeſsionem, ergo per illam quæ accepta fuerat cauſa præparandæ quærelæ obtinetur ſucceſsio ab inteſtato, & per conſequens non poteſt eſſe alia, quam quæ ab inteſtato nullo facto teſtamento eidem competijſſet, ſcilicet vnde liberi: ſi erat de liberis reſpectu lineæ paternæ, aut Vnde legitimi, vt in præteritis linea materna,& in omnibus alijs quibus quærela competit,& poſſunt ſuccedere de iure ciuili l.tertia Vnde legitimi. Eamdem opinionem probari arbitro. in dicta l. quemadmodum in extremo cui competit quærela ad præparandam illam requirit aditionem, aut bonorum poſſeſsionem. Igitur ſicut aditio per quam poteſt præparari quærela non poteſt dici eſſe aliã,quam quæ fieret ab inteſtato nullo facto teſtamento ita,nec bonorum poſſeſsio. Item facit alia ratio ideo agnoſcenda eſt bonorum poſſeſsio cauſa litis agnoſcendæ ab eo qui vult agere quærela vt ne rupto teſtamẽto poſsint amittere hæreditatem;ergo hæc ratio præſupponit, quia per talem bonorum poſſeſsionem aquiritur ſucceſsio, & hæreditas licet acquiſitio ſuſpendatur in tempus rupti teſtament. alioquin non poſſet eſſe obligatus is qui agnouiſſet bonorum poſſeſsionem. Est & alia quæ me mouet ratio quia ſi per hanc bonorum poſſeſsionem nõ aquireretur ſucceſsio defunct. quærela per eam præparata non tranſmitteretur ad hæredes quia ſicut hæreditas non adita non tranſmittitur regulariter, ita nec bonorum poſſeſsio tribuens ius in bonis,niſi fuerit agnita l. emancipata C. qui admitti: ergo dicendum eſt, quia bonorũ poſſeſsio quæ agnoſcitur cauſa litis agnoſcendæ eſt illa eadem quæ ab inteſtato agnoſcitur, ſcilicet

licet

licet Vnde liberi, aut vnde legitimi,& trubuit ius in bonis. Patet quia per eam tranſmittitur ſucceſsio tanquã quæſita dicta l. quemadmodum, & l. ſi quis filium C.de inoffic.teſtam.Addo etiã aliam rationẽ,quia is qui præparauit quærelam per aditionem,aut bonorũ poſſeſsionem,vt eſt neceſſe ſi non fuerit ſuus dicta l.quemadmodum ſimul cum quærela intentat petitionem hæreditatis l. ſi quis filium initio C. de inoffic. teſtament. l. qui de inofficioſo verſicul.qui vero ff. de inofficioſ.teſtament, & illa petitio hæreditatis eſt neceſſaria ab inteſtato, ſed ſuſpenditur ad tempus rupti teſtamenti: ergo præſupponitur,quia eodem modo aditio hæreditatis, vel cognitio bonorum poſſeſsionis vnde naſcitur petitio hæreditatis fuerit facta ab inteſtato, ſed collata in tempus rupti teſtament. Ad adducta pro communi opinione reſpondemus in primis ad id quod dicebatur eſſe receptam opinionem ab Accurſio, & Doctoribus dico non eſſe adherendum communi opinioni, vbi in contrarium ſunt efficaciores rationes iuris, quia non eſt ſpectandũ quid interpretes dixerint, ſed quid de iure oportuit dicere Argumento eius quod notatur in l.ſed licet de offic.præſid.& Iuſtinianus in l.prima §.ſed neque ex multitudine C. de vetere iure enucleando ait, ex multitudine auctorum non eſſe iudicandum,&c. Romanus Põtifex in capitulo cappellanus ad finem de fer. ex duabus ſententijs ſequendam conſtituit eam quæ meliori, & ſubtiliori nititur rationi Paulus quoque iureconſultus in l.Plautius ad l. falcid.reiecta Atillicini Neruæ,& Sabini ſubſcripſit opinioni Caſsij qua de re videantur Doctores in capitulo primo de conſtitutionib. cum igitur recepta opinio in illa lege probatur, nec efficaci ratione ei nõ eſt adherendum. Ad ſecundam, tertiam, & quartã rationem reſpondemus quemadmodum in ſimili dicitur actio-

Digitized by Google

actiones de peculio de in rem verſo,& ſimiles, non eſſe propria actionũ nomina, ſed adiectiones, quæ ex accidẽtaria cauſa addiciũtur actionibus quę in patrẽ, vel domìnum dantur ex contractu ſerui, vel filij. Adde notandum temperamentum earum actionum, & quatenus dantur non autem quod ſint diuerſæ in ſpecie, & ſubſtantia ab actionib. quę ex contractibus darentur in liberam perſonam, ſi ea contraxiſſet quemadmodum ſeruus vel filiusfamilias, vt ait Accurſius in §. in perſonam verſicul. actiones de actionibus. Sic in propoſito bonorum poſſeſsio cauſa litis agnoſcendæ, non eſt alia in ſubſtantia, & ſpecie quam quæ datur ab inteſtato eiſdem perſonis quibus competit quærela. Sed additur hoc nomen cauſa litis agnoſcendæ. Ad denotandum eam dari tempore quo non poteſt habere plenum effectum niſi prius intentata quærela, & per eam rupto teſtamento, & ſic non deſinit eſſe ea quæ eſſet; ſi ordinario iure intentaretur Exempli cauſa in emancipatis vnde liberi, ſed quoniam ex cauſa accidentali datur etiam nomen rupto teſtamento cauſa præparandi quærelam additur ei hoc nomen Accidentale, vt dicatur cauſa litis agnoſcendæ per quam nominis accidentalis adiectione denotatur eam non habere effectum ſuum ſtatim, vt per eam competat ius in proprietate bonorum, ſed tantum vt quærela præparetur vt deueniatur ad plenum effectũ bonorum poſſeſsionis. Ad aliud de ſollemnitate decreti, & cauſæ cognitionis dicimus, eandem ſollemnitatem fuiſſe olim neceſſariam in hac bonorum poſſeſsione quæ interuenire debebat omnino nullo facto teſtamento opinio enim doctorum id negantium nunquam probatur, & propterea ſtandum erit regulę dicti §. ſi cauſa cognita l. tertia de bonor. poſſeſsionib. hodie autem ceſſat difficultas cum in agnoſcẽdis bonorum poſſeſsio-

n bus nulla requiratur cauſæ cognitio neque decretum l. vltima C. qui admitti. Ad poſtremum licet hæc bonorum poſſeſsio agnoſcatur ab inteſtato, & ſic antequã deferatur ſucceſsio non ſequitur propterea, quin eadẽ ſit quæ agnoſci poſſet, & debeat tempore delatæ ſucceſsionis ab inteſtato, ſi prius non fuiſſet agnita, vt probatur per ſimile in bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas quæ cognoſci poteſt pendente cognitione, & ea adueniente obtinetur hęreditas tanquam ſi tempore exiſtentis conditionis agnitio fuiſſet facta l. ſecunda §. ſed ſi ſub conditione de ſecundis tabulis. & facit dicta l. vltima C. qui admitti ſecundum intellectum Romani qui intelligit, vt ſi quis agnouerit bonorum poſſeſsionem antequam ſibi eſſet delata intra tempus eius cui prius bonorum poſſeſsio competit illo priore excluſo illa bonorum poſſeſsio agnita à ſecundo ſortiatur effectum perinde, ac ſi ſuo tempore eſſet agnita vt expreſſe lex loquitur niſi fæneſtra cauillationi aperiatur, ita in hac quæſtione, & ſi antequam bonorum poſſeſio litis agnoſcendæ deferatur ab inteſtato agnoſcatur tam rupto teſtamento ſortitur effectum perinde, ac ſi tempore quo fuit agnita ſucceſsio fuiſſet delata ab inteſtato. Ratio horum omnium eſt quia inſpicitur intentio agnoſcentis, & iudicis concedentis hanc bonorum poſſeſsionem quæ eſt, vt ſi teſtamentum rumpatur per querelam, ex ea obtineatur ſucceſsio ab inteſtato tanquam ſi teſtamentum eſſet factum ademente l. cum miles, & l. Titia ff. de inoficioſo teſtamento.

Bono-

Bonorum poſſeſsio cauſa litis agnoſcendæ, an hodie ſit neceſſaria filijs emancipatis.

OCcaſione eorum quæ ſuperiore capite ſunt diſputata differendum eſt, num emancipatis filijs neceſſaria ſit hoc tempore bonorũ poſſeſsio cauſa litis agnoſcendæ, & eſſe neceſſariam à Doctoribus frequentiori calculo eſt definitum, nam & ſi ſublata eſt differentia ab inteſtato inter emancipatos, & venientes iure ciuili cum ipſi admittantur ad ſucceſsionem de iure ciuili l. meminimus C. de ſuis, & legitimis. Authentic. de hæredib. ab inteſt. §. primo, & § nullam id tamen facto teſtamento non procedit vbi agitur de eo rumpẽdo tunc enim iura antiqua ſeruantur, vt aliud habeat remedium emancipatus, quam venientes iure ciuili vt tradit Accurſius, & alij in l. ſi emancipati C. de collationib. Mihi tamen probabilior videtur opinio Caſtrenſis in l. ſecunda C. de inofficioſo teſtamento qui aduerſus communem docuit non eſſe neceſſariam, quia vt præcedenti capite definitum eſt eodem modo datur hæc bonorum poſſeſſio, & ex eodem capite ſicut daretur nullo facto teſtamẽto, ſed ideo agnoſcitur ante ruptũ teſtamẽtũ, vt rupto per quærelã agẽs ꝑ quærelã obligatus ſit ſucceſsioni ita vt eam dimittere nequeat & id poteſt fieri per aditionẽ hereditatis ſicut per bonorum poſſeſsionẽ quando agẽs quærela vtriuſque iuris ciuilis, & prætorij capax eſt per l. quemadmodum de inoficioſo teſtament. Vnde cum hodie emancipati poſsint iure ciuili ſuccedere per aditionem ab inteſtato non habent neceſſe præponere quærelam per bonorum poſſeſsionem ſi malint eam

præparare per aditionem. Alterum tamen neceſſarium eſt in illis ſicut in omnibus quibus competit quærela in ſuis vt habetur in dicta l. quemadmodum ſuperius allegata. Si verum eſt eodem modo præparari quærelam ſicut ſucceditur ab inteſtato non eſt dubium ſuos etiam poſſe agnoſcere bonorũ poſſeſsionem, vnde liberi, & cauſa litis agnoſcendæ ſicut ab inteſtato per eam ſuccedere poſſent ſi malint iure prætorio ſuccedere quamuis illud non ſit neceſſarium cum promptius, & expeditius remedium habeat de iure ciuili quo abſque vllo facto fiunt hæredes, & ipſo iure ſicque rupto teſtamento, & per conſequens exheredatione ſublata licet nullam agnouerint bonorum poſſeſsionem ſui fiunt hæredes, & hoc eſt quod dicitur in dicta l. Papinianus §. ſi ex cauſa de inofficioſo teſtamento is qui rupit per quærelam teſtamentum ſtatim ſit ſuus hæres, aut bonorum poſſeſſor, ſi hoc ſe contendat. Et quod ait in dicta l. quẽadmodum bonorum poſſeſsionem ſuis non eſſe neceſſariam quaſi dicant ſi nolint poſſunt etiam agnoſcere bonorum poſſeſsionem, licet non ſit neceſſe ſi velint ſuccedere de iure ciuili propter ſuitatem.

Vt filius iure Codicis excluderetur a quærela ſufficiebat quartam habuiſse eum bonorum paternorum.

QVartam bonorum integram eo iure filius, vt à quærela excluderetur habere, erat neceſſe l. cum queritur C. de inofficioſo teſtament. l. Papinianus §. quoniam ff. eod. titul. erat autem quarta eius portionis quam habiturus fuiſſet filius ab inteſtato dicta l. Papinianus §. ſi quis mortis & l. illud C. de collationib.

nec

nec requirebatur eam eſſe hereditatis ſufficiebat enim ſi fuiſſet quarta bonorum hoc eſt detracto ære alieno, & hereditarijs oneribus dicta l. Papinianus §. quarta adhibita l. ſubſignatum §. bona de verbor. ſignificationib. ſed videbatur quartã non ſufficere filio vt a quærela excluderetur: eſt enim ipſe dominus bonorum paternorum ſuperſtite patre, & iure naturali, & ciuili l. in ſuis de liber. & poſthum. l. cum ratio de bon. damnator ita vt pater non poſsit etiam ſi maxime vellet filium ſua hereditate priuare, niſi iuſta aliqua ex cauſa nulla igitur exiſtente cauſa legitima poſſet dici filius iniuria affectus ſi integram patris ſucceſsionem non haberet ex teſtamento; quemadmodũm haberet ab inteſtato. Nulla præterea lex eſt quæ quartæ aſsignationem introduxerit prolegitima. Augetur difficultas quia cum legitima ſit ſubſidium quodam bonorum quæ pater liberis pro alimentis relinquere tenetur, vt ait Iuſtinianus in Authẽtic. de trient. & ſemiſs. poſt princip. Et vero ſimile nõ eſt liberos; præſertim ſi plures fuerint poſſe congrui ſubſtentari ex ſola quarta. Aliter legiſlatores conſtituerunt filios ſcilicet modo quartã habeant non poſſe dicere patris teſtamentum inofficioſum, ratio eſt quia non fuit pater priuandus libera diſponendi de bonis ſuis facultate quæ vnicuique de iure naturali, & ciuili competit. Naturali quia quiſque debet eſſe liber rei ſuæ moderator & arbiter l. in re mandata C. mandat. præſertim in extrema voluntate l. prima C. de ſacro Sanct. Eccleſ. Ciuili ex eo capite legis duodecim tabularum quo cautum fuerat vti quiſq; legaſſet rei ſuę ita ius eſto l. verbis de verborũ ſignificationib. §. diſponat Authẽtic. de Nupt. itaq; hæc duo iura quæ inuicem pugnare videntur. Vnum enim addicit omnia bona parentum liberis. Alterum concedit parentibus arbitrium diſponendi de bonis ſuis

acce-

acceperunt tẽperamẽtũ, vt liberis non tota hæreditas, ſed quarta pars tantum neceſſario relinqueretur, & de reſiduo libere parentes diſponerent ſimilis taxatio legitimæ facta fuit in omnibus perſonis quibus legitima debetur §. primum Authentic. de hæred. & falcid. vbi non obſcure habetur legem impoſuiſſe neceſsitatem teſtantibus relinquendi huiuſmodi portionem debitã ſecundum naturam certis perſonis, Sed quæ nam illa lex fuerit quæ prima induxerit talem taxationem legitimæ nuſquam mihi in iure compertum eſt. Niſi dicamus ex l. falcidia id eſſe introductum nam hanc portionem nomine falcidiæ appellari probatur in dicta l. Papinianus §. quarta, & §. vnde ſi quis, & Authentic. de immenſ. donationib. & Authentic. vnde ſi parens C. de inofficioſ. teſtament. quæ etiam legitimam appellat falcidiam, & videtur id eſſe conſtitutum in primo capite legis falcidiæ l. prima ad leg. falcid. dum ibi dicitur legẽ falcidiam in primo capite dediſſe facultatem teſtandi vſque ad dodrantem, nam niſi intelligatur ita parentes qui attenta ratione de qua ſuperius per quam dicebatur totam parentum hereditatem pertinere ad filios, & ſic parentes aliter diſponere non potuiſse accepiſſe eam facultatem ex lege falcidia in eo primo capite illud verbum, dedit, ſuperflue, & ineptè appoſitum eſt, cum iam ex lege duodecim tabularum vnuſquiſque teſtari poſſet de omnibus bonis ſuis, & ſecundum hæc non errauit Diuus Hieronimus qui apud Euſebium accepit falcidiã pro legitima quamuis in hoc reprehendatur ab Alciato libr. parergon quinto, capit. vigeſimotertio. Nec quemquam moueat quod dicebatur hanc portionem non ſufficere pro alimentis liberorum, nam taxatio legitime eſt de iure poſitiuo, & pro ratione ſufficit legislatoris voluntas vt notatur in l. prima §. pueritiam de poſtulationib.

nib. l. non omnium C. de legib. attamen non eſt negandum quin parua quantitas fuerit iſta quarta bonorũ pro legitima, & propterea iuſte fuit vetus lex correcta per Iuſtinianũ in Authẽtic. de triẽt. & ſemiſs. §. 1. & cõſtituit debere eſſe triẽtẽ portionẽ liberorũ, aut ſemiſsẽ ſecũdũ liberorũ numerũ, & Authẽt. nouiſsima C. de inofficioſ. teſtament. quæ correctio fuit fauore ipſorum liberorum facta dicta Authentic. de triẽt. & ſemiſs. Fuit etiam facta correctio fauore teſtantium, nam etiam ſi integra quarta non fuerit relicta filio, ſed aliquid minus non propterea rumpetur teſtamentum per quærelam ſed agetur ad ſupplementum l. omnimodo l. ſcimus C. de inofficioſ. teſtamen. & Authentic. Vt cum de appellation. cognoſcim. §. hæc autem Verſicul. cæterum, &c.

l. ſuo Victu, & l. Imponi de operib. libertor. conciliantur, & Vera operarum diſtinctio exponitur.

SVb tractatu de operibus libertorum, duo extant. Reſponſa quæ pugnantia inuicem prima fronte videntur, quæque duobus modis Veteres interpretes conciliare nituntur, ſed parum mea quidem ſententia feliciter Ego vero quem proprium vtriuſque reſponſi verum sẽſum eſſe arbitror oſtendere pro viribus conabor. Vnum auctorem habet Iul. Paull. in l. ſuo victu. Alterum Iabolenum in l. imponi opere Prioris hæc ſunt verba, ſuo Victu veſtituque operas præſtare debere libertum Sabinus ſcribit, quod ſi alere ſe non poſsint, præſtanda ei à patrono ſunt alimenta ſubiungit deinde Caius ſequenti Reſponſo. Aut certe ita exigende ſunt ab eo operæ, vt ijs quoque diebus quibus operas edat ſatis temporis ad

quæ:

quæſtum faciendum vnde ali poſsit habeat. Verba poſterioris in hunc modum ſonant; Imponi operæ ita vt ipſe libertus ſe alat imponi non poſsunt. Veteres ſic interpretati ſunt vt lex imponi, loquatur in caſu quo certe operæ debentur, & l. ſuo Victu vbi incertæ debentur & hæc eſt prior cõciliatio. Poſterior eſt in caſu cõtrario nempe legi imponi locum eſſe in incertis operis, & l. ſuo victu in certis, adducebant rationem ſatis ineptam quia in operis certis poterat præparare victum in incertis non poterat neſciebat enim quales deberent imponi; eſt & alia opinio in Accurſijs gloſſem. expreſſa in dicta l. ſuo quod à libertis præſtetur ſumptus, niſi quando inops eſt patronus, & ita intelligunt in l. opere eod. titul. Mihi autem videntur ſingula reſponſa diuerſos habere caſus non contrarios in l. ſuo victu ſenſus eſt libertum operas debere præſtare ſuo sũptu, & veſtitu, ſed ſi alere nequit debet patronus concedere tantum temporis ſpatiũ quantũ ſufficiat ad victum quærendum, & ſic generaliter hæc lex intelligitur. In lege Opere non dicitur contrarium, verum de alijs expenſis, & de alio caſu loquitur, ſcilicet de expenſis, & vectura itineris nõ de diurnis quando operæ præſtantur, vt intelligitur in in dicta l. ſuo, nam quamuis operas edere debeat ſuo ſumptu libertus, & vbi eſt patronus ſi tamen neceſſe ſit iter facere liberto ad locum patroni, iter facere debet expẽſis patroni, idquæ æquũ, eſt viſũ etiã legislatoribus ne ob loci mutationẽ fiat liberti cauſſa deterior In l. imponi deinde intelligẽdũ eſt ꝙ patrono non licet imponere vt ipſe ſe alat libertus nã quãuis ſe alere debeat tamẽ id nõ poteſt ex pactione, ſeu obligatione fieri quia libertus ea obligatione teneretur ſe omnino alere etiam ſi egeret propter obligationem generalem, & hoc iniquum eſt vt quodam is alimentis quis defraudetur, &

contra

contra pietatem, quam inter ſe libertus,& patronus præſtare debent l.libertus eod.titul.non valet igitur tale pactum illa ratione obſtãte;Lex penultima autem intelligitur ſecundum l. ſuo; hoc eſt quando eget qui operas præſtat & l. opere melius intelligitur ſi ſuperior legatur nam eius ſenſus pendet ex præcedenti;Senſus autem Veterum nulla mihi veriſimili ratione probatur, nam quid intereſt, an certæ, vel incertæ operæ imponantur quaſi non ita neceſſaria ſint alimenta cum eduntur certæ ſicut quando incertæ. Sed Vtrum intellexerint Veteres de operis incertis ob diem incertum quo præſtarentur, an ob id quod quales indicentur eſſet incertum, dubium eſt, Sententia enim eorum videtur de dierum incertitudine loqui; verba autem Accurſij de incertitudine operarum, vt ex illis verbis colligitur cum neſciat quales debeant ſibi imponi. Sed quecumque fuerit mens Accurſij dico nullam eſſe faciendam diſtinctionem inter certas, vel incertas; nam omnibus modis neceſſe eſt liberto ccmedere etiam ſi ullæ operæ indicantur, ſed incertas vocat officiales, certas vero fabriles in l. ſi non ſortem §. ſed ſi operas de condiction. indebit. Vbi ponitur diſtinctio operarum quæ diſtinctio mihi iure non probatur, nam ponit obſequias eſſe operas, quod verum non eſt, cum operæ ab obſequijs diſtinguantur vt tituli ſunt ſæparati de operib. libertor. & de obſeq. à libert. patron. præſtand.& de operib.ſeruor. Præterea in definitione operarum non continentur obſequia vt inferius apparebit, Ait enim Accurſius Operarum aliæ ſunt obſequiales aliæ fabriles, aliæ artificiales. Obſequiales aliæ in faciendo vt in aſſurgendo,&c.conſiſtunt aliæ in non faciendo vt non vocare in ius, ſine venia Prætoris. Opera eſt,n. diurnum officium l. prima de operib.libertor.

tor. Et operarum ſecundum meam diſtinctionem quædā Officiales, ſunt, & quædam Artificiales. Officiales quæ præſtantur à libertis patrono circa officia in domo obeunda puta cuſtodiam ſcilicet Atrii Lecticam Domini portare, & ſimilia Artificiales quæ præſtantur ab artificibus, vt ſunt Medici: Hiſtriones, Coci, Sed ex artificialibus quædam fabriles quæ in fabris tantummodo præſtantur puta Ferrarijs Lignarijs, Cementarijs, & ſimilib. Et Artificiales à fabrilibus diſtant, vt genus à ſpecie, & ſub hac diſtinctione omnes operas cōtineri exiſtimo de quibus crebra eſt mentio in dicto titulo de operib. libertor. l. prima l. fabriles l. operæ non ergo obſequiales; operæ deſiderantur, cum obſequia non ſint diurna officia, vt operæ, ſed Obſeruationes Venerationes, & Obtemperamenta quæ iure præſtare debent filij, parentibus, & liberti Patronis vt ne vocent eos in ius ſine venia, ne de dolo actiones in eos intendant, ne ingrati, aut rebus, aut Verbis ſe oſtendant, neque obſequia, vt operæ indicuntur l. ſi quis eod. titul. ideo Imperator reſcripſit quod ſi patronus operas non impoſuerit libertis multo magis ad obſequia tenentur l. libertorum de obſeq. libertor. quæ lex oſtendit etiam obſequia contineri appellatione operarum.

l. Ita-

l. Itaque Fullo §. ſed ſi res pignoris de Furt. Vera declaratio.

VLpianus libro vigeſimo nono ad edictum ſcribit in hæc verba. Sed ſi pignori data ſit res creditori quoque damus furti actionem quamuis in bonis ſuis res non ſit Quin immo non ſolum aduerſus extraneum verum, & contra ipſum quoque dominum furti actionem dabimus, & ita Iulianus ſcripſit. Nec non, & ipſi Domino dari placuit, & ſic fit vt non teneatur furti, & agat. Hæc verba nunquam mihi arriſerunt videlicet, vt non teneatur, & agat: Senſus enim congruus non videtur ex eis poſſe elici, nec habeat perſonam, ſeu nominatium ad quem verbum teneatur referri poſsit, & verbum agat, quis enim eſt is qui non tenetur, & agat? præterea quis ſenſus foret Iureconſulti, qui ex ſuperioribus voluit inferre, & quandam conſequentiam notare; ſi quis autem dixerit intelligitur, quod dominus nõ tenetur, & agit, quando ſcilicet extraneus furatus eſt, hic profecto ineptus eſſet ſenſus; quia non ſequitur ex præcedentib. & diuinatorius eſt cum ſubintelligat quando extraneus furatus eſt, & ſenſus erat indubitatus. Ego autem puto Vlpianum aliquid accuratius, & dilicatius voluiſſe afferre non autem enygmaticè, vt ita dicam loqui, ſed notabile quoddam ſequi, & ex ſuperioribus nobis manifeſtare, hoc eſt quod idem dominus poteſt agere furti, & tenebitur furti occaſione eiuſdem rei ſuæ, vnde exiſtimo ita eſſe legendum, & ſic fit, vt idem teneatur furti, & agat, nam ſi dominus furatus ſit rem ſuam quæ apud creditorem erat tenetur quidem furti, & ſi alius furatus ſit agit furti, igitur vbi eſt dictio (nõ) legatur, idẽ,

quam ſententiam repetit Iureconſultus in l. quamuis §. tertio eod. titul. Non obſtat l. eum qui §. Iulianus, quia loquitur in diuerſo caſu, quando ſcilicet fur quis eſt, tunc enim furti agere non poteſt, ſed caſus noſter intelligitur quando dominus non eſt fur, & ſic tenetur furti, & agit de eadem re diuerſis reſpectibus.

l. ſi quis vxori §. ſed ſi ſeruo eodem titulo De furtis recte declaratur.

SI ſeruo meo perſuaſum ſit, ait Vlpianus, vt tabulas meas deſcriberet, & quæ ſequuntur Accurſius & Accurſiani interpretes, interpretantur deſcriberet, ideſt deleret, vel impleret Ridicula profecto interpretatio, & riſu digna quid enim conuenientiæ eſt inter deleret, aut impleret, & deſcriberet? nulla profecto immo contraria ſunt inter ſe; Notiſſima eſt ſignificatio delendi, cancellandi, & inducendi notiſſima quoque deſcribendi Puto ego verbum deſcriberet accipiendum eſſe in ſuo proprio ſignificatu, ideſt tranſcriberet, exemplum ſumeret, vt quis eo vteretur.

l. Diuus Seuerus. Ad Municipal expenditur.

SI mens mea non errat, perperam Veteres intellexerunt hoc Paulli reſponſũ, quinimmo contrarium ei dederunt ſenſum proprio, & vero, Verba Paulli hæc ſũt; Diuus Seuerus reſcripſit interualla temporum in continuandis honoribus, inuitis etiam volentibus conceſſa, dum ne quis continuet honores: ſenſus Veterum fuit Inuiti non coguntur, ſed volentes admittuntur ad honores,

tes: Ego contrarium omnino conſtituendum hic eſſe arbitror: Nam,& Ratio,& Verba legis admonent, vt intelligamus quod interualla honorum ſunt adinuenta,ne honores continuentur non autem,vt quis non cogatur inuitus, & ſi velit admittatur, hoc eſt interuallum illud honorum non ſolum interponi debet ſi nolint gerere honores,ſed etiã ſi gerere velint exẽpli cauſſa:Titius geſſit honorẽ Duumuiratus puta ab hoc honore, antequã ad alium admittatur debet expectare tres annos. Sed Titius nolebat expectare, ſed volebat ſtatim admicti, vel non multo poſt ad alium honorem,& dicebat quod illud interuallum non debebat expectare, ſi volens ad honorem admicteretur. Verum ſi nollet gerere expectãdum erit interuallum, nam ante non poterat inuitus cogi ad honores; At contra, & rectius allegabatur quod interuallũ tẽporis etiã ab ijs qui libenter honores gerũt erit expectandũ quia nõ licet cuiquã cõtinuare honores etiã ſi maximè vellet ne dũ inuitus;multi autẽ reperiũtur qui libeniſſimè continuarent honores, ſed lex prohibet ne continuentur ideo interualla inter honores ſtatuit quę obſeruari debent ab omnibus, tam volentibus, quam inuitis, & hic eſt ſenſus legis, non tradendus obliuioni. Quæ autem ſint interualla ſtatuit Imperator in l. ſecunda C. de honorib.& munerib. libr. decim. in hæc verba. Ab honoribus ad honores eoſdem quinquenij datur vacatio. Triennij vero ad alios Legatione perfunctis biennij vacatio conceſſa eſt; Expendamus nunc verba legis, ait conceſſa ſunt inuitis ideſt attributæ ſunt ijs qui nollent, ea eſſe conceſſa,non enim volentibus, hoc eſt non ſolum etiam volentibus eſſe conceſſa, ideſt volentibus vti eo interuallo, ſed ſunt adinuẽta etiam inuitis ijs qui vellent gerere, ſine interuallo. Verba enim poſſent accomodari rectè ad ſenſum Veterum;

ſed

ſed ratio quæ ſubiungitur oſtendit ſenſum noſtrum veriorẽ,videlicet,dũ dicit ne quis cõtinuet honores, ideſt hoc interuallum ſtatutum eſt ne quis continuet honores quia ex Ciue Tirannus videretur factus cæterique ciues defraudarentur vice ſua in gerendis honoribus. Si autem lex loqueretur de oneribus, ſenſus veterum probandus eſſet onera enim nemo,tam ſtultus erit qui volens, & pluſquam ei iniungatur admittat, & ſententia noſtra probatur ex l. prima C. de honorib. & munerib.int. patr.& fil.in his verbis, Sicut & honores,& munera cum pater,& filius decuriones ſunt in eadẽ domo cõtinuari nõ oportet, &c. Iuriſconſultus manifeſte etiã id decidit in l.honor §. penultim. de munerib. et honorib. ibi Nec continuare quiſquam honores poteſt, &c. & ſenſum noſtrum habuit Accurſius in dicta l. prima C. de honorib. forte recte ſenſit etiam in hac l.Dinus,ſed mendoſe ſcripta eſt eius ſententia,nam & Bartolus in hac lege ita ſcribit.Nota qui geſſit vnum honorem non poteſt refirmari, & ſi curi verba Accurſij ita ſunt, ſenſus eſt quod inuiti non cogantur, nec volentes admittantur .:.

l.Eius §.Domicilium autem eod.titul. Ad Muncipal.

DOmicilium autem ait Vlpianus habere poteſt, & relegatus eo loci vnde arcetur, vt Marcellus ſcribit; Et hoc quoque,& ſi breuiſsimum,& niſi fallor perſpicuum reſponſum perperam declaratũ eſt à Veteribus illi enim ita ſuam interpretationem accomodauere. Vnde arcetur . ideſt in quo l. filij §. relegatus,& ſi quidem perpetuo planum eſt alias non,niſi maiorem partem fortuna;

tunarum habeat C. de incol.l. ciues Vel niſi decem annos ibi ſteterit l.nec ipſi eod.titul.Sed an in priſtino domicilio poteſt conueniri? Reſpõdeo,ſic,ſi illud habet ex origine,& procuratorem habere poteſt vt ſuperius dictũ eſt in l.Papinianus de minorib. Sed ſi domicilium tantũ, tunc non,cũ illud ſit merũ voluntate,vt ſupra initio huius legis notatur,& ſupra in l. libertus §.patris hactenus Accurſius Ex quibus apparet quod hunc locum intellexit quod quis poteſt habere domicilium vbi relegatus degit, ideo exponit vnde in quo, & deinde querit quid de loco priſtino à quo prohibetur, & reſpondet, vt ſuperius ex verbis patet; Mihi autem videtur Accursium quæſiuiſſe quod ante oculos deciſum habebat, & per mendicata ſuffragia quæſtionẽ ſoluit quæ certa lege erat determinata, nam in hoc loco expreſſe determinat Iureconſultus quod in loco non relegationis ideſt vbi relegatus agit,ſed in loco prohibito à quo relegatur,remouetur,arceturuè domicilium habere poteſt relegatus neque rata eſt expoſitio illa vnde ideſt in quo: quo enim auctore aduerbium de loco ſignificat in loco? niſi dicamus ſufficere authoritatem Accurſij qui ad ſuum ſenſum confirmandum, nouam confingit grammaticam; ideo nihil eſt tam ſcabroſum quod non facile explanetur ſibi, Senſus itaque hoc loco eſt, Relegatum domicilium habere poſſe in loco à quo arcetur ideſt prohibetur, & eicitur, exemplo res fiet clariſſima Titius relegatus eſt à Bononia Cartaginem ideſt vt Carthagine habitaret poterit habere domicilium Bononiæ puta si ibi fortunarum ſuarum partem habuerit, vel familiam fortè vxorem,& liberos, ſeruos libertos,& ad hunc locum pertinet dicta lex Papinianus de minorib, ſentẽtia enim Accurſij definita eſt ſuperius clarè in l.filij eod. titul. ibi relegatus in eo loco in quẽ relegatus eſt interim neceſ-

ſarium

ſarium domicilium habet, & dum Accurſius ait quod relegatus perpetuo ibi habet domicilium alias non: in hi non rectè dictum eſt, nam in dicta l. filij sine diſtinctione loquitur, & verbum interim ibi poſitum contra ſtat nã exponitur interim ideſt dum ibi relegatur, nec talis limitatio fuiſſet omiſſa quæ nota fuerat digniſsima cum plereque relegationes fiunt ad tempus. Non obſtat l. ciues C. de incol. libr. decim. quæ non loquitur in relegato, ſed in eo qui voluntate domicilium acquirit mutatque Relegatus autem neceſſarium, non voluntarium acquirit vt habetur in dicta l. filij; Et quatenus ait Accurſius in dicta lege filij relegatum habere domicilium in quantum ad onera non honores, id verum non puto, nã lex quam citat nihil ſententiæ ſuæ refragatur; quia loquitur de eo qui erat prohibitus ab honoribus in Ciuitate ſua, non de eo qui in aliũ locum relegatus eſt, nam ſatis illa pæna punitur relegatus qui a patria ſua prohibetur, & honoribus illius loci. Præterea ſicuti Præſes non poteſt relegare, etiam qui non eſt ſuæ iuriſdictonis & ex loco ſibi non ſubiecto l. relegatorum §. dubitatur & ſeq. de interd. & releg. pari quoque ratione eius ſententia qua quẽque relegat, non poterit ei obeſſe, quin relegatus in eo loco vbi eſt, & habet domiciliũ vti, & frui poſsit muneribus, & honoribus illius loci, propterea iniquum foret, vt quis in aliena ciuitate ſubſtineret onera, & priuaretur honoribus in qua nihil deliquit. Item cum pœnæ ſint molliendæ l. interpræstatione de pęnis plus puniretur relegatus, quam iudicis ſententia dictaret qui id egit dumtaxat vt patria prohibeatur, non vt alia pœna afficiatur, & hæ rationes faciunt, ſiue Præſes relegat extra ſuam prouinciam ſecundum formam l. relegatorum, ſiue intra prouinciam ſuam. Et hæc ſatis quantum ad hunc, & ſuperiorẽ locum attinet nũc vero examinanda eſt l. Titio ſub eod. titul. ad Municipal.

l. Titio cod titul. Ad Municipal. diligenter expenditur.

INtellectus Veterum fuit Viaticum in hoc reſponſo ſignificare Salarium quod Nuncius qui tulit litteras ſecum attulit, vt Titio pro mercede daret operæ ſuæ quam in porrigendo decreto Imperatori adhibuit. Mihi autem viſum eſt hunc ſenſum neque ſententiæ, neque verbis congruere, & puto viaticum hic ſignificare pecuniam pro alimentis, Titij qui ſtudiorum cauſſa degebat Romæ, qui ſenſus, vt manifeſtior fiat ſingula expendā verba,& obiter oſtendam ſenſum Veterum eſſe ab hoc reſponſo alienum Caſus, ita poteſt fingi quamuis, & in ipſo legis ſcripto poſitus ſit. Reſpublica Anthiochēſium decreuerat, vt Titio qui Romæ iuri ciuili operam dabat ſingulis annis ex publico darentur centum aurei pro alimentis, & ueſtitu, & decretum Magiſtratibus dederunt ferendum Titio cum epiſtola qua mandabant vt ipſe Principi porrigeret decretum, quo porrecto Viaticū ei daretur à Principe, &c. ait lex, Titio cum eſſet Romæ ſtudiorum cauſsa, hæc verba non ſunt fruſtra poſita ſtudiorum cauſſa ſecundum noſtram ſententiam, quia aliquatenus oſtendunt quid ſignificet Viaticum, ex veterum opinione fruſtra ſunt poſita contra l. ſi quando de legat. primo, & ideo infra dixit quod ille erat ſuæ rei gratiæ non autem ſtudiorum, Epiſtola miſſa eſt à Magiſtratibus patriæ ſuæ magiſtratus appellat Duumuiros qui magiſtratus appellantur municipales dicti Duumuiri quia Duo erant in eo magiſtratu ſicuti Decem Viri, & Trium viri dicebantur quod Decem, & Tres crearētur in eodem Magiſtratu, hi creabantur ex corpore de-

M curio-

curionum vt ait Iuriſconſultus in l. honores de decurionib. is qui non ſit decurio Duumuiratu, vel alijs honoribus fungi non poteſt Decurionum enim honoribus plebei fungi non poſſunt. Decuriones ſunt conſiliarij, & Senatores, vt ita dicam, in Municipijs inſtar Romanorum Senatorum ſicuti Duum viri ſunt in ipſis municipijs inſtar Conſulum, vel in alijs Ciuitatibus Colonijſuæ Romanorum l. prima §. in filijs de decurionib. l. omnes l. exemplo C. eod. titul. quamquam Accurſius dubitauerit, & diſcernere non voluit, quæ dignitas fuerit maior Duum Virorum, an Decurionum in l. item quo l cuiuſque Vniuersitat nomin, cum procul dubbio digniores eſſent Decurionibus Duum Viri. Hi enim erant Vrbis Magiſtratus, & Decurionum ordo dicebatur l. prima, & quarta de damn. infect. & in titul. de mag. connub. nam in l. prima ita ſcriptum eſt, in ordinē ſubſidiaria actio non datur, ſed in Magiſtratus, quatenus autem Accurſ. ait *Duumuiros* ideo dictos eſſe quod Duorum ſuffragio crearentur. Verum non eſt in l. vltima C. de iudic. neque rectior eius opinio eſt qua docet Defenſores Ciuitatum idem eſſe quod etia Duum Viri l. prima Si quis ius dic. non obt. nam valde inter ſe differunt Duum Viri, & Defenſores Ciuitatum Duum Viri namque ex Decurionibus creabantur l. honores de decurionib. Defenſores vero ex plebe l. ſecunda C. de defenſorib. Ciuitat. & Authentich. eod. Præterea habent tractatus diuerſos in Codice nā titulus eſt de Defenſoribus Ciuitatū & de Magiſtratib. Municipal. ideſt Duum Viris. Item Defenſores propriè non gerebant Magiſtratum in l. hac C. de donationib. ibi ſiue ea Ciuitas Magiſtratus ſiue non habeat, & defenſor tantummodo ſit Defenſor vnus tantum creabatur vt habetur in dicto titul. C. de defenſorib. & in Authentich. eod. Duum Viri

ri autem duo erant, & eorũ differentia copioſius oſtendi tur ab alijs eruditis viris alijs in locis. Ait lex, vt porrige ret Imperatori decretum, quid decretum contineret non poſſumus certum habere. Ego puto in eo contineri quemadmodum Ciuitas decreuerat Viaticum dandum Titio ob cauſam ſtudiorum, nam ex publico ei dabatur quod prohibitum non eſt l. ambitioſa de decret. ab ord. fac. & hodie ſunt nõnullæ Ciuitates quæ ex publico ſuſtinẽt ſtudioſorum certũ numerũ in Gymnaſijs publicis Porrecto igitur decreto Titius accepturus erat ab Imperatore viaticum, nam intelligendum eſt quod Reſpublica illa rationes habebat implicitas cum Fiſco, erat enim fiſci creditrix, vel quia reddere promiſit tantam pecuniam in Prouincia vel fortè conuentio erat inter Ciuitatem, & Imperatorẽ vt viaticum daret Imperator degenti Romæ ſtudiorum gratia, cuicunque Ciuitas decreuiſſet. Ait is autem qui ſuſcepiſſet literas colluſionem fecit, hæc autem colluſio facta eſt inter Nuncium, & Lucium eſt autem colluſio plurium conſpiratio, & machinatio in fraudem alterius, & damnum facta, vt in titul. de colluſionibus det quæ & colludium dicitur l. vltim. C. de vendit. rer. Ciuitat. & l. ſi quis inter C. de bon. præſcript. dicta à verbo colludo quod eſt in fraudem alterius cum altero machinor l. qui fundum §. procurator de vſucapion. pro emptor. Ait ſuæ rei gratia non ſtudiorum gratia, ſed propriæ rei quaſi publica ſit cauſſa ſtudiorum non propria Titij dumtaxat. Hić quæro quis viaticum ab eo petere potuiſſet? & poſito caſu oritur quæſtio. Hinc orta eſt difficultas: nam quid ſit viaticum hoc in loco, & à quo ſit petendum dubitatum eſt. Viaticum dicitur quod in via eſt nobis neceſſarium vt puta pecunia, quam in itinere expẽdimus vnde Iuriſconſultus ait in l. eum quem temere de iudic. cum quem temere aduerſarium ſuum in iu-

Digitized by Google

dicto vocaſſe conſtiterit viatica litiſque ſumptus aduerſario reddere oportebit,& in l.ſi fratres pro ſocio §.ſi quis ex ſocijs,propter ſocietatem profectus ſit veluti ad merces emendas eos dumtaxat ſumptus ſocietati imputabit qui in eam rem impenſi ſunt. Viatica igitur & meritoriorum, & ſtabulorum, & iumentorum, &c. Item viaticum appellat Iuriſconſultus pecuniam quam ſtudiorum cauſſa iuuenes expendunt. ait enim in l.cum filiusfamilias ſi cert. petat. cum filiusfamilias viaticum ſuum mutuum dederit cum ſtudiorum cauſſa Romæ ageret reſponſum eſt extra ordinario iudicio illi ſubueniendum. Idem in l.ſi longius de iudic.in fine.Item & legati ſolent accipere viaticum,ideo ait in l.vltima de muneribus. & honorib. §. legati quoque;qui ad ſacrarium Principis mittuntur quia viaticum interdum ſolent accipere,perſonale munus ineunt & hæc de viatico, & ita veterũ ſententiã, & noſtrã poſſe ſubſtineri puto circa viatici ſignificationẽ. Conſequens eſt vt videamus à quo ſit petendum Accurſius ait a Nuncio qui ſecum illud tulerat, & interpretatur illud relatiuum, ſeu demonſtratiũ ab eo ſcilicet Nuncio:nam de Nuncio dicit, ibi & quid commiſiſſe videtur is qui non reſtituit literas, &c.nam hæc verba manifeſtè demonſtrant ibi non eſſe intelligendum de Nuncio; Eſt & alia ratio quia relatio fit ad proximas præcedẽtes perſonas l.ſi idem ff.de iuriſdiction.omn.iudic.& præſertim quando ſunt perſonæ intermediæ ad quas relatio poteſt fieri vt in hoc reſponſo nam inter Nuncium, & relatiuũ, ab eo, eſt media perſona Lucij, & Titij, & Imperatoris quapropter nemo diceret bonam expoſitiorem ab eo, ideſt Nuncio ideo recta videtur expoſitio ab eo, ſcilicet ab Imperarore. Item alia ratione non videtur poſſe ſubſtineri opinio Accurſij;Nuncium videlicet ſecum viaticum tuliſſe: nam ſi Nuncius tulit cur non poteſt Titius viati-

Digitized by Google

vitiaticum petere l. ſi pupilli §. ſi pecuniam de negot. geſt. ibi ſi quis pecuniam, vel aliam quandam rem ad me perferendã acceperit, quia meum negotiũ geſsit, negotiorum nẽpè geſtorum mihi actio aduerſus eum competit Item facit l. ſi is C. de furt. Item ſtante opinione Veterum videtur quod Titius non poſsit petere, & tamen eum poſſe dicitur in lege, nam in pari delicto eſt potior cauſſa poſsidentis l. Eum par delictum de regul. Iur. & in pari delicto cauſſa petitoris eſt deterior l. ſecunda, ne quis eum qui in ius voc, &c. Cum igitur Nuncius, & Lucius fuerint in pari delicto colluſionis non videtur quod Lucius poſsit petere, nam & allegans turpitudinem ſuam, nec audiretur l. tranſactione C. de tranſactionib. l. cum profitearis C. de reuocand. donationib. l. mercalem C. de conditionib. ob turp. cauſs. Facit prætere a regula l. itaq; fullo de furt. & ex ſuo dolo nemo conſequitur actionẽ l. ex facto l. metũ §. ſed licet de negot. geſt. Facit inſuper illa ratio potiſſima Luciũ nõ poſſe petere, ſi poſſet petere id intelligeretur de Iure l. prim. §. hæc verba ꝙ quiſq; Iur. ſi Nuncius nõ poteſt obligari nũquã enim obligatur l. vltima quòd cũ eo l. vltima quod Iuſs. Accurſius in l. ſi pupilli §. primo de negot. geſt. & Bal. in l. ei qui C. quod cum eo. Alexand. apud Bartol. in l. qui autem, & ſeq. de conſtitut. pecun. Aiunt enim Nuncium eſſe merum organum, & quaſi Picam, vel Epiſtolam, & ſic concluditur eum non poſſe obligari ex perſona ſua, neque ex perſona Reipublicæ, quia non habebat mandatum, nã ad Titium non ad Lucium directus eſt à Republica, & mandatum habuit eidem Titio reſtituere vt in ſcripto habetur; Ex dictis non videtur poſſe ſubſtineri expoſitio Accurſij ab eo ſcilicet Nuncio etiam ſi alias rectè ſenſiſſet. Si quis autem vellet tueri opinionem Accurſii exponat ab eo Imperatore, vt ſcilicet Impera-

perator ſolueret, ſed non placet quia pro tam paruula operula non videtur Viaticum dandum neque Iuriſcõſultus de hac re legem quæſtionemque poſuiſſet; tum etiam quia Reſpublica nõ Imperator dare debet Viaticũ legatis,& ante profectionem alias non eſſet Viaticum. Item Nuncius, & Lucius non ita facile committerent falſum pro illo legatiuo Itẽ illud Viaticum datur legatis quorũ nulla eſt hic mẽtio. Si tamẽ quis occurrere vellet obiectioni, legat ab ea, non ab eo, & exponat ab ea ſcilicet Republica, & ita in quibusdam exemplaribus ſcriptum inueni:ſed tunc obſtat,nam qua ratione Lucius petere poſſet à Republica,cum ſtatim petendo eius dolus detegeretur, nec video qua ratione petere poſſet à Republica.Ideo probabilior omnibus videtur noſtra opinio. Ait lex; Titium quidem Viaticum petere non poſse decisio ergo eſt; Titium Viaticum petere non poſſe ab Imperatore, quia nulla amplius eſt mentio de eo in decreto; ſubiungit, ſed eum qui nomen indidiſſet idest Lucium, igitur ex falſo comiſſo conſequitur actionem. Reſpondeo quod falſi crimen non euitabit; ſuper hac reſponſione valde, & ſepæ dubitaui cur non Titius, ſed potius Lucius poſsit petere; & tandem cogitaui mendum eſſe fortè in his verbis, & legendum eſſe Titium quidem Viaticum petere poſſe non eum qui nomen indidiſſet, ſed de hoc ſubſiſtens nihil Cenſeo Indidiſſet, vel incidiſſet legatur, nihil refert, vtrumque enim rectè legitur.

Ad §.

Ad §. Titius ead. leg. Titio Ad Municipal. datur verus intellectus.

ACcurſius cæterique eius Farinæ Interpretes ita ſuã accommodauerunt huic reſponſo interpretatjonem; Repromiſſione de euictione, vel indemnitate, quod & ſi nõ diceret tamẽ promittere nõ tenetur vt l. prima C. credit. euiction. piguor. non deberi, & hoc ſi habes ex promiſsione. Aliqua exemplaria habent demonſtratione, ideſt denuntiatione, hoc eſt qui non tenetur denuntiare pluſquam, ſcilicet pactum valet, vt l. Herennius in princip. de euictionib. vel demonſtratione, quia non demonſtrabat ementi. Alias remiſsione quia nihil ſe de præcio remiſſurum emptoribus cũ debitore conuenit. Gradus ideſt Magiſtratus ſuccedentes remiſsionem alias demonſtrationem, & dicunt à Magiſtratu ſcilicet Titio facta fuit demonſtratio vendentibus, ideſt ſequentibus Magiſtratibus, qui vendiderunt, ita vt vendentibus ſit datiui caſus, & non erat bonum pignus. Alias eſt remiſsionem, & tunc vendentibus, ideſt ementibus l. Veteris ſupra de actionib. empt. & qui dicit à Magiſtratu ſcilicet qui vendebat, & qui dicit demonſtratio ſcilicet propter fundum demonſtratum maiorem plus fuit vẽditus quam valeret, ita quod poterat Reipublicæ ſatisfieri, ſed remiſſione poſtea facta non, vt hic, & infra ſubijcit, alias repromiſsionem, quia promiſit Magiſtratus qui vendidit emptoribus, quod tot iugera erant, quod verum non erat, & ideo fuit coactus reddere, reſtituere promittendo, eum, ergo ideſt Titium qui fuit nouiſsimus, ideſt primus ſic & ibi, & erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi, & ſic corrigit quod dixit Modeſtinus. Vel dic eum

ideſt

tem prætij accepti ſecundum proportionem menſuræ defectæ quo factum eſt,vt pecunia Reipublicæ tota non eſſet ſalua,ſed deficiebāt decē puta,nūc quęrebatur quis deberet conſeruare pecuniam indemnem, an Titius primus Curator, an alij ex ſucceſſoribus an Mæuius vltimus Curator? Reſpondit Modeſtinus: Mæuium qui vltimus fuit curator,& nomē illius approbauit,indemnitati Reipublicæ ſatisfacere debere niſi doceat, & ipſe tranſmiſiſſe nomen hoc idoneum ad ſuum ſucceſſorem, ideſt alium curatorem qui ei ſucceſſiſſet, hic eſt ſenſus noſter qui vt euidentior fiat ſingula verba examinabo. Ait enim lex. Titius pro pecunia, quā ipſe credidit,erat enim curator Reipublicæ, gerebatque eius negotia, ideo ne pecunia publica eſſet otioſa dedit eam mutuo ad vſuras, ait ſine vlla re,pmiſsione,&ex hoc verbo obſcuritas orta eſt,ideo omiſſa diſquiſitione hac,in finem cætera verba, quæ mihi non habent ambiguitatem diſpiciamus: ait ſuccedentes gradus, ideſt ſucceſſores curatores per ordinē; ſed puto legendum eſſe gradu in ablatiuo,probauerunt ideſt periculum ſumpſerunt, nam ſi non approbaſſent, periculum fuiſſet primi contrahentis. Ait propter remiſsionem a Magiſtratibus factam, in hoc loco perperam intellexerunt Veteres legentes demonſtratiorem,& vendentibus caſu datiui, & a Magiſtratu exponunt a Titio: nam ſine dubio legendum eſt, remiſsionem a Magiſtratibus vendentibus factam, remiſsionem intelligimus prætii ſoluti redhibitionem factam pro parte, Magiſtratibus vendētibus, & eſt caſus ablatiui, Magiſtratus enim intelligimus duumuiros de quibus ſupra initio legis dictum eſt. Et quatenus Accurſius intelligit Magiſtratus ipſos curatores allucinatur quia alij erant Curatores, & alij Magiſtratus Municipales; nec de Titio poſſumus intelligere, quia amplius non erat Curator, nec Magiſtra-

N tus,

tus, intelligendum eſt ergo de Duumuiris vt dixi, & pluraliter, quod oſtendunt verba inferiora illa, ſed nec poſt Magiſtratus qui vendidiſſe proponuntur. Ait qui pluris vendiderunt, propter menſuram agri demonſtrati vendiderunt pluris, quam eſſet debitum *Reipublicæ*, & quam æquum eſſet quia non fuit demonſtratio vera, & ideo dixit propter demonſtrationem, ideſt aſſertionem qua aſſerebat fundum eſſe tot iugerum in contractu puta Titij, & ita Magiſtratus vendentes demonſtrauerunt emptoribus, non tamen re vera, & oculorum fide, nam poſtea adhibito menſore minor modus inuentus eſt, & propterea remiſſionem, ideſt reſtitutionem prætij facere iuſſi ſunt à Præſide puta, vel ſponte lege dictante, & æquitate. Ait eum ergo, &c. ſi igitur non tenentur Magiſtratus venditores neque Titius primus curator, & ſucceſſores deciditur, ergo quod vltimus qui probauit nomen teneatur. Ait ſi nomen ad ſucceſſorem. &c. limitatio eſt deciſionis ſupradictæ, & eſt ſenſus; tenetur Mæuius niſi oſtendat tempore depoſitæ adminiſtrationis debitorem qui pignus dederat fuiſſe idoneum, nam ſi tunc erat idoneus periculum tranſiuiſſet in ſucceſſorem qui tempore ſucceſsionis factus eſt non ſoluendo dicta l. penultim. de admiſtration. rer. ad Ciuitat. pertinent b. Reſtat deniq; vt abſoluamus vera lectio ſit probabilior in verbo repromiſſione ex quo legis caſus pendet. Veteres itaq; legunt demõſtratione, ideſt denũtiatione, vel indemnitate intelligamus etiam ſi ſit ex promiſsione, quia non verbis tam extraneis vſus eſſet, nec illa cautio ſatis prodeſt cum intelligatur à iure l. prima C. creditor. euiction. pignor Minus etiam placet intelligere de euictionis renunciatione quæ pacto poteſt remitti dicta l. Herennius de euictionib. cum de euictione nihil proponatur, neque euictum fundum fuiſſe neque minoris venditum; Nec

ad-

admiſſo lectionem demonſtratione ideſt quia non demonſtrabat,nã omnes ferè ſundi vẽdũtur ſine demonſtratione ad oculum quamuis poſtea menſurentur Præterea id pactum fuit inter contrahentes,quo circa ſi quis vellet defendere hanc lectionem poſſet intelligere, pactum fuiſſe vt venderetur ſine vlla demonſtratione ideſt menſuratione ad oculum,& ita primo vendiderunt Magiſtratus quamuis poſtea oportuerit menſurari, quia tale pactum non obſuit emptoribus. Sed huic ſenſui reſiſtatur illa potiſsima ratio quia hoc pacto debitor fuiſſet omnino liberatus neque teneretur quanto minoris fundus venderetur,at in fine ſignificatur quod ſi debitor eſſet ſoluendo teneretur ex illis verbis ſi non ad ſucceſſores, &c. quia ſi non fuiſſet debitor obligatus nullum periculum fuiſſet ſucceſſoris Moeuij qui non approbauit cum Mœuius vltimus probauerit,ideo oportet intelligere quod debitor tenebatur ad id quanto minoris venditum pignus foret ſicuti de iure communi debet l. creditor ſi cert. petat. l. ſi pro mutua cod. titul. & hæc ratio facit etiam contra caſum quem ſupra poſuimus videlicet, vt intelligatur pactum initum, ne prætium redderetur ſeu pecunia credita,ſi minus venderetur ideo eam ſubſtinere non audeo. Item non placet illa opinio, vt legamus remiſsione, & intelligamus pactum factum ne faceret remiſsionem emptoribus quoniam hoc pacto liberaretur debitor;& pactum ridiculum eſſet,nam & emptoribus non eſt ſeruandum, quapropter puto rectius legendum expromiſsione,ſeu repromiſsione,nã non facio differentiam inter hæc verba, & fingo caſum pactũ fuiſſe vt venderetur ſine vlla expromiſsione ideſt quod tunc nullam expromiſsionẽ dedit de eo quanto minoris venderetur fundus, & ſic non fuit recte cautum Reipublicæ eo quia Titius debuerat repromiſsionem accipere

ſicut accepit pignus, vnde euenit, vt nulla repromiſsione data factus eſt non idoneus debitor, & ſecundum hunc caſum pactum fuit vt venderetur ſine vlla repromiſsione: nam poſſet etiam quis intelligere pactum fuiſſe vt non venderetur ſine vlla repromiſsione ideſt vt nulla ex promiſsio daretur, cum venderetur de eo quanto minoris venderetur, & hoc magis congruit verborum contextui. Quatenus autem dixi quod repromiſsio, & ex promiſsio pro eodem accipi poteſt: illa ratione impugnatur quod expromiſsio videtur eſſe cum ſatiſdatione ſicuti expromiſſor dicitur qui ſe pro alio obligat ſed hæc non putarem ita accipienda, nam quamuis id expromiſſor ſignificet non tamen expromiſsio, ita intelligeretur in alia perſona, nam quid repromiſsio ab expromiſsione differat, non ſatis habeo compertũ: Si quis autem obijceret, ſi repromiſsio eſt nuda cautio quid pro fuiſſet Titio repromiſsionẽ accipere, cum omnino alius erat debitor obligatus ad reſiduum. Reſpondeo quia & hoc vinculum magis obligaſſet eundem per ſtipulationem, nam & ſi ſtipulatio duplæ non interponatur tamen condendatio fit in duplum l. prima de Euictionib. & tamen repromitti debet duplæ nomine vt habetur in eadem l & in l. ſi diem Repromiſsionẽ autem eſſe nudã cautionem probatur in l. prima de prætor. ſtipulat. l. non ſolũ de nou oper. nunciation. cuius etiã mentio eſt in l. ſi quis de condition. caus. dat. & l. quamuis §. ſi conuenerit ad Velleian. & l. qui libertinos in fin. de operib. libertor. & l. ſi vero ff. ſolut. matrimon. Igitur exponendum eſt ſine vlla repromiſsione hoc eſt ſine aliqua cautione, ſeu fideiuſſoria, ſeu nuda promiſsione Curatores enim debent cautè agere res publicas, & debitas exigere cautiones alioquin res ſua ageretur l. prior de rer. adminiſtration. ad Ciuitat, pertinentib. quam legẽ

quia

quia verus eius ſenſus deſideratur diligentius eam exponere decreui.

l. Prior de adminiſtration. rer. ad Ciuitat pertinentib. §. Prædium exponitur.

PRædium publicum in quinque annos idonea cautione non exacta curator Reipublicæ locauit cęteris annis colonus ſi reliqua traxerit, & de fructibus prædij mercedes ſeruari non potuerint; ſucceſſor qui locauit tenebitur. Idem in Vectigalibus non ita pridem conſtitutum eſt ſcilicet vt ſui temporis periculum ſinguli præſtarent, Hæc ſunt Vlpiani verba perperam hactenus intellecta: Accurſius interpretatur cæteris annis ideſt vltra quinquennium mercedes ſeruari non potuerunt, ſcilicet à Colono, Succeſſor ſcilicet eius qui locauit ideſt alius curator, & dic tenebitur ſcilicet Reipublicæ quia approbare videtur dimittendo ei prædiũ l. Titio §. primo ad *M*unicipal. Deinde ſubiungit Accurſius, ſed duo quero, &c. quę ꝑ exaratis hoc loco haberi volo. Idẽ Interp̃tatur illa verba ſui tẽporis ideſt ſuæ locationis, &c. Senſus Accurſij ille eſt; Succeſſor locatoris in quinquennium tenetur præſtare periculum coloni tráſacto illo tẽpore quinquẽnij. Hic ſẽſus nullius erat dubitationis quisenim de hoc dubitare potuiſſet. An curator qui ſolum per quinquennium locauit teneatur vlterius cum exierit ab adminiſtratione, quis item dubitaſſet, An curator qui ſucceſsit teneatur, cũ locatio à priore facta finiatur quinquẽnionęq; ipſe tunc ſit in officio. Præterea fingit Accurſius tacitam locationem poſt quinquennium quod ſi verum eſſet non omiſiſſet dicere Iureconſultus quippè quod maximi erat mouenti cum inde omnis quæſtio penderet.

Præte-

Præterea quis ſenſus eſt dicere, ſi potuerunt mercedes ſeruari ex fructibus tenetur: ergo per ſenſum à contrario nō tenetur ſi potuerūt ſeruari, non sūt ſeruari, quis igitur tenebitur eo caſu? nam prior locator multo minus tenebitur hoc caſu, quam in priore hic enim in culpa eſt ſucceſsor in ſuperiore non,& hic magis teneri deberet, quam in priore quia ſeruari illic non potuerunt ex fructibus mercedes, &c. & tamen contrarium ſenſit Accurſius. Præterea quis eſt tam craſſæ doctrinæ, vt ſcribat, ſucceſſor qui locauit, volet intelligere de ſucceſſore eius qui locauit, nonne facillimum fuit clarè, & latinè loqui, & exprimere illam dictionem eius,at non pueril s eſt, & per ridicula interpretatio? Igitur aut ibi eſt mendum, aut deficit dictio eius. Alias complures poſſem cumulare rationes, & inditia manifeſta hunc locum non habuiſſe veram interpretationem; ſed ne longius quam par eſt, progrediar, dicam quod ſentio;Arbitror ego locum eſſe deprauatum quod non animaduerterunt Veteres, nam in eo legitur, cæteris annis, & legi debet certis annis, & vbi eſt ſucceſſor legatur à ſucceſſo. e,& ita ſententia erit Iuriſconſulti digna nempè ſi curator Reipublicæ locauerit in quinquennium,& certis annis illius quinquennij colonus reliqua traxerit tenetur curator qui locauit niſi à ſucceſſore eius mercedes ſeruari potuerunt ex fructibus fundi locati nā ſi ex fructibus potuerunt ſeruari tenetur ſucceſſor locatoris nō locator, Aliud eſt in vectigalibus fundis quia ſinguli curatores tenentur pro tempore ſuæ adminiſtrationis Exemplum in hoc reſponſo facile fieri poteſt ex ſupradictis. Diſpiciamus nunc ſingula verba. Ait lex, prædium publicum, ideſt Reipublicæ puta Alexandrinorum;in quinque annos, & ita in maius tempus adminiſtrationis, ſeù curationis ſuæ. Idonea cautione non

exa;

exacta, vel quia non ſatiſdedit colonus, vel non idoneè ſatiſdedit, nam ſi idoneè cautum fuiſſet, nulla eſſet quæſtio, cum Reipublicæ ſatisfieri poſſet, & hoc in culpa conſtituit locatorem, qui idoneam cautionem non accepit, curator.n.Reipublicæ qui curationis munus ſubibat indẽnem Rempublicam conſeruare tenetur, quatenus ad ſuã adminiſtrat.onem pertinet. Certis annis, ex his verbis ortus eſt error Accurſij, qui legit cæteris annis, nõ.n.dictiones iſtę cętera cęterũ nominaliter poſitę proferuntur niſi quid referant, quidue contineant, aut quid ſignificẽt, ſuperius fuit declaratum. hic autem non potuit dicere cæteris annis Vlpianus niſi ſuperius dixiſſet mentionemue feciſſet de alijs annis præter quinquennium. Simile mendum eſt in §.nam ſi id Inſtitutionib.de hæred. ab inteſtat.ibi in cæteris deinde liberorum perſonis cum legi debeat in certis; Certos annos igitur intelligimus puta duos, vel tres illius quinquennij. Colonus reliqua contraxerit, ideſt non ſoluerit debitam mercedem, nec eſt idoneus ad ſoluendum, & de fructibus prædij mercedes ſeruari non potuerũt à ſucceſſore, ideſt ſi ſucceſſor Prioris curatoris, & locatoris non potuit ſoluere mercedem ex fructibus, quia non erant fructus ſufficientes ob ſterilitatem puta. Qui locauit tenetur ideſt locator tenetur Reip ublicæ non ſucceſſor eius, curator alius, nam curatores non fungebantur per quinquennium, ſed annum, & quamuis per maius tempus fungerentur potuit curator in fine temporis ſui locare per quinquennium, ſi igitur ſucceſſor locatoris potuiſſet ſeruare mercedem ex fructibus periculum ad ipſum ſpectaſſet, quia idoneum colonum accepiſſe videretur l. vltima §. penultimo eod. titul. & tempore ſuo non idoneus colonus factus præſumeretur. Ait lex idem in vectigalibus, non ita pridem conſtitutum eſt, hoc eſt in fundis vectigalibus, diuerſum

eſt

eſt. Ait ſed vt ſit temporis ſinguli periculum præſtarent, ideſt cõſtitutũ eſt, vt curatores ſinguli præſtarent periculum in vectigalibus fundis pro tempore ſuo hoc eſt pro tempore ſuæ adminiſtrationis non vltra ſicut in ſuperiori caſu tenetur, nam ibi dictum eſt etiam vlterius teneri, vbi igitur ſcriptum eſt, ſcilicet, legendum eſt, ſed, & hic eſt ſenſus noſter.

l. Cognitionum §. Exiſtimatio de Var. & extraordinar. cognitionib. declaratur.

EX his quoque pro exaratis haberi volumus, & Calliſtrati ſingula verba, & Accurſij in verb. veluti locus eſt deprauatus, quod cum Accurſius non animaduertiſſet dici non poteſt quanto opere laborarit in caſſum proculdubio quia veritatem propter mendum aſſequi non potuit, legite diligenter ſcriptum legis, & prætereà Accurſij interpretationem cuius ſenſus, & ſi clarus; non eſt tamen neque iuris, neque latinæ linguæ conſonus, non fraſi, neque elegantiæ Iuriſconſulti, quam Accurſij interpretationem refellere non eſt mihi ſtatutum cum ſatis re ipſa ridiculam ſe oſtendat, & haud difficulter ex noſtra ſententia cognoſci poterit quam ſubijciam: Iureconſultus .n. non ſcribit repugnantia, & præſertim in tã vulgatiſſima, & manifeſtiſſima iuris definitione, qui & ſi ſubtiliter interdum loquitur ob tractatus ſubtilitatem, clarè tamen mentẽ ſemper ſuã ſolet prodere, quæ obſcura fit crebrò culpa mendoſi Codicis, ob quã rem ius noſtrum non modicè cõturbatum eſt, nec ſine culpa ſunt ſtudioſi Adoleſcentes qui in primo ingreſſu legitimè eruditionis, operam dare incipiunt verboſis inſinuoſiſque commentarijs, ius totum confundentibus, & ita fontem limpidiſ-

ſimum

Digitized by Google

ſimum deſpicientes, ad putridas ſtagnanteſque aquas concurrunt, vnde longè plus limi quam aquæ imbibunt, & poſtquam doctos ſe exiſtimant, tunc magis doctoris ope indigent, ita vt non magis veram doctrinam doceāt, quam dedoceantur adulterinam, ſed hæc miſſa faciamus, Legendū eſt, itaq; niſi fallor, idē vbi eſt dictio expoſitiua, ideſt, in hunc modum, conſumitur quoties magna capitis diminutio interuenit. Idem cum libertas amittitur veluti cum aqua, &c. hoc vitium ortum eſt ex compendioſa ſcriptura, nam eodem modo ſcribitur compēdiosè idem ideſt ſicuti idem, idem; Poſſet quis etiam legere item, & erit idem ſenſus, & ita his verbis, idem cum libertas amittitur ſignificat maximam capitis diminutionem; nam ſi quis amittat libertatem afficitur maxima capitis diminutione, nam quatenus exemplum affert de pæna metalli, & operis metalli de maxima intelligitur, hæ enim pænç libertatem auferunt l. aut damnum in fin. de pæn. l. in metallum, & l. metalli eod. titul. Et ex dictis manifeſtus eſt ſenſus §. *ſupradicti.*

Expeditur text. in l. ſi ſic de verbor. obligationibus.

SEnſus Accurſij Veterumque omnium Interpretum fuit quod ſi agitur inter partes pacto expreſſo, quod ſemel committatur non poterit niſi ſemel committi; vel ſi actum ſit pacto, quod ad primam vim pertinet non tenebitur hæres, & exponunt illa verba, quod verum non eſt niſi ſit actum, &c. qui ſenſus quam ſint abſurdi, & contra verba legis ſi quis conſiderauerit nō ambiget; nā quis dubitat quod ſi actum eſt non pertinebit illa ſtipulatio; niſi vt actum eſt; cum ſtipulationes pactionibus firmæ ſint

& extrinſecus nihil admittant l. quicquid aſtringendæ hoc eod.titul. & pacta ſeruari oportet l. iuriſgentium §. prætor de pact.l.pacta C. eod.titul. de pact.Item cur facerent talem ſtipulationem,neque per te,neque per hæredem ? ſi agunt expreſsè vt ad primam vim pertinerent? Sed hic quis diceret quod eſſe poterit quod promiſſore nō faciente tenebitur hæres. Item in fine nonne negatur quod ſupra deciſum eſt? certè ſic, igitur negat, quod ſi etiam actum ſit ſemel committatur, vel ex prima vi; nam quod ipſi ſubintelligunt,niſi actum ſit,talis intellectus ibi non poteſt recipi, quia non erit omittendus cum talis oratio abſolutè,& manifeſtè ſuperiorem deciſionem negat. Sed nè longior ſim in refellendum Accurſij ſenſum, ſubijciam quid ſentiam. Senſus itaque eſt totius legis quod ſi concepta ſit ſtipulatio hoc modo, neque per te, neque per hæredem tuum vim fieri ſpondes? hæc ſtipulatio pertinet ad hæredem etiam ſi promiſſor ex prima vi ſua condendatus ſit, non enim ſtipulatio conſumitur ex prima vi; nam ſi quis diceret quod ad primam vim ſolum pertineret, ſi promiſſor vim primo facit, & condendatus ſit,hæres ex ſuo facto non teneretur, quia prima vi ſtipulatio conſumpta eſſet,ſed id abſurdum eſt, vt hæres ex ſuo facto non poſſet condendari, ideo verum non eſt, quod talis ſtipulatio pertineat ad primā vim ſolum,& hic eſt ſenſus, nā vna eſt quæſtio, & vna deciſio, quæ quæſtio prima eſt deciſa, deinde ex inconuenienti, & iniquo comprobata, qui ſenſus vt clarior fiat, ſingula verba expendamus, Et quidem verba prima vſque ad clauſulam,aut ſi ſic volumus, quæſtiones ſunt ſine ambiguitate, ideo ea non declarabo,niſi quod vbi Accurſius ait poſſe legi caput, vbi eſt capit,vt in terminis legis eſt; nam caput locum nullum ſibi poteſt vendicare: Ait igitur Iuriſconſultus, aut ſi ſic factam eſſe ſtipulationem videlicet

delicet per te, &c. his verbis vſque ad finem legis Iureconſultus probat ex inconuenięti ſuperiorem definitionem, & eſt ſenſus ſi in propoſito ſuperiori caſu dicimus, quod prima vis tantum comprehendatur, ſequitur quod perſona hæredis appoſita in ſtipulatione, ſæpè fruſtrà appoſita apparebit, & hoc erit quando promiſſor vim fecerit, & contra actū fuerit in iudicio, nam amplius ex facto ſuo hæres non tenebitur, quia prima vi ſtipulatio conſumpta erit. Sed hoc verum non eſt, videlicet ex prima vi conſumi ſtipulationem totam, & ſic non poſſumus dicere ad primam vim tantum pertinere, quia inconueniens eſt, & iuri contrarium; Ait Iureconſultus, aut ſi ſic, &c. dictio, aut non, ponitur diſtinctiuè, quia non diſtinguit propriè, ſed aduerſatiuè; attamen mihi verius eſt legendum vt idem quod ſed, verum, cæterum fingamus decidimus dicimus factam eſſe ſtipulationem, & dictio eſſe deleatur, nam replicat ſuperiorem ſtipulationem, & quamuis has duas dictiones ego immutandas dixerim non tamen variatur ſenſus noſter, nec læditur ſi quis vellet antiqua verba cauillando ſubſtinere. Ait lex vt ad vnam vim tantum pertineat hoc eſt ſi volumus dicere ſuperiorem ſtipulationem ad vnam vim tantum pertinere primam, non ad plures ſi vim fecerit ſi promiſſor amplius ex hæredis facto committi non poteſt, ideſt ſi poſtea hæres vim fecerit. Ait deinde hoc ita ſi actum ſit nō enim placet vt legamus, ergo ſi actum ſit quia, ergo, eſt dictio illatiua, & hic nihil infertur, ſed potius diſtinguitur, & limitatur. Si autem quis vellet legere; ergo non eſſet ſcribendum ibidem, ſed paullo ſuperius, ibi, ergo ſi vim fecerit amplius ex hæredis facto committi non poterit. Si actum ſit quaſi, &c. hæc verba ſi actum ſit Veteres intellexerunt ideſt ſi pactum eſt inter eos contrahentes expreſsè, vt ad primam vim pertineat. Ego aliter pu-

to intelligendum, ſi actum ſit, ideſt ſi in iudicio ex prima vi actum eſt, hoc eſt, egit ſtipulator ad intereſſe, nam ſi vis facta ſit, neque egerit ſtipulator, ex ipſe vi non intelligetur conſumpta ſtipulatio, & hæc fuit opinio eorum qui ad primam vim referebant ſtipulationem illam; Scæuola autem non probauit talē ſententiam, & ideo in fine ſubiunxit non eſſe verum ſcilicet ſtipulationē eſſe conſūptam ex prima vi, & quod amplius ex facto hæredis nō poſſit commicti, etiam ſi actum ſit ex prima vi promiſſoris, & quod dixi illa verba, ſi actū eſt, intelligenda sūt de actione, & non de pactione, ſenſus legis clarus, & notandus, comprobant verba initio reſponſi ſcripta, ideſt, & ſi quidem egi confirmatur ſimilis modus argumentandi ab inconuenienti; in l. ſi procurator in fine rem rat. haber. illic enim ita ſcriptum eſt; finge, enim & ſubinde damnum dari, non erit dubium quin agere poſsit ſæpius; nam ſi toto damno computato tunc agendum eſt propemodum non ante aget, quam dies ſtipulationis præterierit intra quem ſi damnum datum eſt ſtipulatori, cautum non erit quod verum quidem non eſt, ita & in l. ſi ſocer §. vltimo ff. ſolut. matrimon. Non omitto verba illa, neque per te, neque per hæredem tuum fieri eſſe additia verba, & gloſſematica, quæ fuere appoſita in contextu, & confuſionem pariunt; Item verbum volumus debet locari poſt dictionem, ſi, aut poſt ſtipulationem, legendum igitur eſſe puto, vt ſi ſic factam ſtipulationem volumus, vt ad vnam vim primam pertineat, ſi vim faceret amplius ex hæredis facto committi non poterit, hoc ita ſi actum ſit quaſi ex ipſius vi tota ſit conſumpta quod verum non eſt, & hæc ſatis, ſuperque.

Verus

Verus ſenſus traditur ad l. quod vulgo de bonor. poſſeſsion. contra tabul.

ACcurſius,& ſequaces variè intellexerunt hoc reſpõſum in illis verbis contra legem eſſe, vt conſtat ex gloſſemmate ei adiecto. Ego multiloquio omiſſo, exiſtimo hũc fuiſſe verum ſenſum reſponſi illius ſcilicet quod vulgo dicebatur quoties bonorum poſſeſſio malè data eſſet contra tabulas,contra leges eſſe datam,nam ſi rectè data eſſet, non dicebatur ita, datam contra legem eſſe, quia tantum eſt dicere contra legem eſſe quod legitimè factum eſt, Triphonius autem ſubtiliter intuens cognouit illud dictum vulgare non debere intelligi, ita generaliter,vt quotieſcunqne data eſſet malè contra legem eſſe diceretur, ſed intelligi debere cum diſtinctione, nam interdum bonorum poſſeſsio malè data erit, nec rectè dicimus contra legem eſſe, vt eſt vbi petitur & ſine effectu datur, quod euenit quando teſtamentum non valuit ab initio, & data fuit bonorum poſſeſsio cõtra tabulas,non dicitur contra legem eſſe, ſed potius fruſtra & inaniter datam bonorum poſſeſsionem, ſimile dictum eſt illud in l.nam & ſi ſub conditione de iniuſt.rupt.teſtamen.quod nullum eſt rumpi non poteſt. Item & illud quod arguitè Accurſius dixit in l. item quia de pact. qui actionem habet, & petit ante diẽ,malè agere dicitur,& qui nondum actione nata agit, inaniter agere dicitur.Si igitur vt apertior ſit ſenſus datur bonorum poſſeſsio vbi teſtamentum ab initio inanè erat, non valet datio, nec rectè dicetur contra legem eſſe, ſed fruſtra,& inaniter data. Si autem data ſit, & non rectè, ſed iniuſtè contra ius, & Prætoris edictum, vbi teſtamentum valuit ab initio contra legem

eſſe

eſſe dicetur, & hoc voluit Iureconſultus niſi fallor. Quatenus lex ait quod vulgo, &c. Vulgus intelligitur Peritorum non Ruſticorum, nam regulas iuris ipſi non norunt, nam & nos vulgares clauſulas habemus non tamen idiotis notas, ſed inter nos notiſsimas. Sententiæ autem Veterum facilè refelli poſſunt, nam eorum ſenſus eſt, quod vulgus putabat, quod contra leges erat dari contra tabulas indiſtinctè, quod verum non eſt non vulgus reprehenditur, ſed regula declaratur, & potuiſſet vulgus rectè intelligere quamuis Triphonius ſpecialiter declarauerit quomodo eſſet intelligenda illa regula quam ſtultus foret ille Iuriſconſultus, nam de vulgo Iuriſperitorum intelligendum eſt, vt dixi, ſi intelligeret indiſtinctè dari bonorum poſseſsionem eſse contra legem, quia ſi eſſet contra leges nulla daretur. Dum alij dicebant ſi bonorum poſseſsio datur cum teſtamentum valet non datur contra leges; ergo contrarium puto dicendum, nam propriè contra leges datur cum teſtamentum valuit ſi iniuſtè datur, ſi iuſtè ſecundum leges datur. Dum dicunt ſi teſtamentum non valuit contra legem dicitur dari bonorum poſseſsio, contra puto, quia tunc ſi datur, fruſtra datur cum bonorum poſseſsio contra tabulas inſtituta ſit vbi valet teſtamentum, nam ſi non valet nulla quæſtio oritur, ſed inaniter agitur, & qui dat non facit contra legem, ſed actum inanem.

Elucidatur l. ſi ſtipuler §. vltimo ff. de verbor. obligationib.

SI in locando, ait Paullus conducendo, vendendo, emendo, ad interrogationem quis non reſponderit ſi tamen conſentiant in id quod reſponſum eſt, valet quod

actum

actum eſt, quia hi contractus non tam verbis,quam conſenſu confirmãtur.Senſus communis eſt Accurſij,Bartoli, Alexandri reſponſum non fuiſse interroganti incontinenti,ſed ex interuallo.Hic intellectus mihi non placet: nam mihi hoc in loco, ex quo coniectari poſsit, vt intelligendum sit non fuiſse reſponſum incontinenti: facilè enim fuerat Paulo dicere, & proferre incontinenti non fuiſse reſponſum vt factum eſt in l.prima ſupra hoc cod. titul. Mihi autem videtur locum illum non indigere diuinatoria ſuppletione,abſolutus enim eſt, & clarus; nam ſenſus fuit ille niſi opinione fallor.In contractibus locationis, & uenditionis, & similibus si non fuerit reſponſum ad interrogationem, hoc eſt ad omnia interrogata ſi tamen conſentiatur ualet contractus in eo in quo conſecuta eſt,& reſponſum;exempli gratia;Titius in locatione fundi, ita ſtipulatus eſt, Scianum fundum meũ quem tibi locaui reddere promittis Calend. Ianuarij, cõsitum nouis arboribus,& uitibus cũ foſſa tantæ latitudinis? ait ille; promitto reddere fundum Calend. Ianuar. consitum nouis arboribus; de cæteris nihil reſpondit ualet contractus, si ſtipulator conſentit ad talem reſpõsionem quod uerba ipſa uidentur demonſtrare. Dicet aliquis nõ ne & in ſtipulatione uerborum,ita eſt,quod si diuersitas reſpõsionis ſtipulatori placet ualere ſtipulationem, vt ſupra l.prima §.cum addijcit:Dici poteſt in eo §.opoctere diuersitatem illico placere ſtipulatori in caſu noſtro etiam si ex interuallo placeat ualet quod actum eſt, & hic eſt ſenſus noſter ſecundum lectionem communem. Sed alia lectio mihi uerior eſt quam propriam puto fuiſſe Iuriſconſulti ex qua rectus, & notandus ſenſus elicitur, nam ibi ſcriptum reſponſum eſt,affirmatiuè legendum puto;reſpõsũ nõ eſt negatiuè, & ita legitur in nonnullis Codicibus, & ſenſus erit, quod nihil reſponſum

eſt

eſt & tamen valet ſi conſenſus interueniat; quia hi contractus non tam verbis, quam conſenſu contrahuntur, Sed latius alias diximus in rubric. huius titul.

l. legatis §. *ſi ex officio ff. de legat. tert. optimè enucleatur.*

QVos hactenus vidi in hoc Martiani reſponſo Interpretes verum eius ſenſum non nouiſſe ſum opinionis, ideo quem nos verum, & proprium exiſtimamus in medium proponam, ne veritas diutius deliteſcat. Si ex officio, ait, quis ad arteficium tranſierit, quidem rectè putant legatum extingui, quia officio artificio commutatur, non idem ècontrario, cum lecticarius Cochus poſtea factus eſt; Senſus Veterum fuit, lecticarius artificium. Cochus officium habeat, niſi optimus eſſet Cochus, hunc enim artificium diceretur habere. Accurſius loquitur in hæc verba; Lecticarius qui facit lecticas, & ſic eſt artifex Cocus nomen officij, cum erat viſitator ciborum cocus, ſecus ſi ſubtilia præparat cibaria, vt in l. ſi quid §. vltim. quæ eſt contra de ædilit. ædict. item contra infr. proxim. §. item contra l. ſi cui balneum quib. mod. vſufruct. amittat. Sed ibi miniſterium pro artificio ponitur, eſt enim miniſterium genus, & cocus factus non per hoc definit lecticarius eſſe, &c. Accurſius contraria vt vides adducit, nec ſoluit. Mihi autem contrarium viſum eſt omninò, vt ſcilicet lecticarius pro eo, qui habet officium, & Cochus pro eo, qui habet artificium ponatur, quod vt manifeſtius fiat diligenter exponam; Senſus igitur noſter eſt, ſi quis ſeruus ſub nomine officij mihi legatus ſit, puta, dixerit teſtator, ſeruum lecticarium, vel atrienſem lego, antequam èvita diſcederet teſtator, ſeruus legatus transferatur

ratur ex illo officio ad artificium, legatum extinguitur quia officium mutatum eſt in artificium,non ita erit ſi ex artificio trāſferatur ad officium puta ſi lecticarius,qui habet officiū factus eſt cocus,qui habet artificiū.i.ſi ex coco artifice factus eſt lecticarius, hoc eſt translatus ad lecticā portandam. Ait ergo lex ſi ex officio,&c. officium ab efficiendo dictum eſt,& ab arteficio differt;Officia enim ſunt quæ ſine arte, & magiſterio fiunt, quæ cura, & diligentia potius expediuntur non tamen ſine labore,quā ingenio, & arte, & ab officio ad aliud officium quis facile tranſire poteſt huiuſmodi ſunt officia & miniſteria ſeruorum in domo quorum aliqui Atrij curam habent qui Atrienſes,vel Atriarij dicuntur, nonnulli obſonium parant obſoniatores appellati plerique dominum in lectica geſtant,qui propterea lecticarij nuncupantur, ſunt qui cubiculum cuſtodiunt, & cubicularios vocant. Artificium vero dicitur artis exercitium; Ars vero eſt vt Diomedes ait rei cuiuſque ſcientia,vſu, vel traditione, vel ratione percepta tendēs ad aliquē vſum vitæ neceſſarium, & dicta eſt ars, eo quod arcto præcepto ſingula definiat; Cicer. ait Artem eſſe perceptionum exercitarum conſtructionem ad vnum vitæ exitum pertinentium;Fab.Quintil.ex auctoritate Cleantis: Ars eſt inquit viam hoc eſt ordinem efficiens;dicendum præterea artē habere infinita præcepta vt ait Iuſtinian.in epiſtol.de ratione legendi,ꝙ prœmium Digeſtorum vulgo appellant in §.& quod penè Ait lex ad artificium tranſierit puta Atrienſis, vel Obſonator, vel Lecticarius ad textrinam vel coquinam tranſierit vt ita factus ſit artifex, legatum extingui, legatum inquam à teſtatore factum;dixerat lego Atrienſem, vel obſonatorem, Ait,quia officium artificio cōmutatur hoc eſt quia artificium præualet officio, nam qui artificium habet,officium ſuum dicitur exercere

qui vero officium habet non vtique artificium dicitur habere, ideo officium extinguitur ab artificio non contra nam ſi ab officio quis fuerit remotus, non amplius illud habebit, puta ſi Atrienſis, vel Obſonator remoueatur ab illo officio non erit, nec nominabitur amplius Obſonatur, vel Atrienſis. At in artificio aliud eſt, nam ſi textor vel Aurifex ab ſuo artificio trãsferatur ad officium, puta ad curam Atrij, non deſinit eſſe textor, vel aurifex. Ait non idem è contrario, &c. cum lecticarius cocus factus eſt, non extinguitur legatum cum ſeruus ab artificio transferatur ad officium, puta quando Cochus qui eſt artifex, factus eſt lecticarius. Cocus enim artificium habet, nec diſtinguitur rectè vt fecerunt Veteres, an bonus eſſet, vel optimus, vel malus dummodo cocus ſit opinione vulgi l. ſciendum §. illud de ædilit. ædict. nam omne artificium exercitatione recipit incrementum vt hac eadem lege habetur, &c.

Ad l. quod ſi nolit §. qui Mancipia de ædilit. ædict. vera expoſitio aſſignatur.

VEteres Iuris Interpretes non rectè interpretati ſũt hunc locum quatenus ſpectat ad verbum Nationem, ideo vera interpretatione eum declarare compendio orationis non erit inutile. Verba Iuriſconſulti ſunt illa; Qui Mancipia vendunt, nationem, cuiuſq; in venditione pronunciare debent, plerumque enim natio ſerui, aut prouocat: aut deterret emptorem, idcirco intereſt noſtra ſcire nationem: præſumptum etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe, qui nationis non ſunt infamatæ quoſdam malos videri, qui ea natione ſunt; quæ magis infamis eſt: quod ſi de Natione ita pronuntiatum non

erit

Digitized by Google

erit, iudicium emptori, omnibusque ad quos ea res pertinebit dabitur, Veteres ſunt interpretati nationem, ſcilicet ex quo patre,& matre natus ſit, ſiue de qua progenie ſeruorum non infamata: Vnde illud vulgatum. Sæpè ſolet filius ſimilis eſſe patri, & illud non poteſt arbor mala bonos fructus facere. His addimus illud Horatij Fortes creantur fortibus, & bonis eſt in Iumentis, eſt in equis patrum virtus, &c. Non autem nationem dicimus ſignificare genus hominum qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt, vt natio Gallicana, Hiſpana, Celtica, ita Feſtus Pompon. ſcribit, & nationem non ſolum vna prouincia, vnā facit, ſed multe regiones vnius prouinciæ multas nationes Iuuenal. taxans Græcanicam nationem quæ Romam confluxerat loquitur in hæc verba Satira tertia.

Nec tam Antiochus, nec erit mirabilis illic.
Aut Stratocles aut cum molli Demetrius humo.
Natio comæda eſt, rides? maiore cachinno.
Concutitur, &c.

Senſus igitur legis eſt, qui vendit ſeruos nationem debet dicere, ideſt an Scyta, an Parthus, an Græcus, an Syrus, an Indus ſit, & ſimilia id genus de parentibus autem non Ita.

Ad l. Atletæ. §. tutela De excuſation. tutor. datur proprius intellectus.

QVid ſibi velit illa dictio Prouinciale hoc in loco non ſatis compertum habeo, nec ſententia Accurſij eſt recipienda, qui interpretatur Prouinciale, ideſt quale in Prouincijs ſolet eſſe, quod eſt publicū auctoritate, & vtilitate; nam in toto corpore Iuris non

diſtinguitur Munus publicum in Prouinciale, & Ciuile ſed in Ciuile, & Patrimoniale, & Mixtum l. Munerum de munerib. & honorib. & quomodo differat Munus Ciuile à Prouinciali non video, quapropter deprauatum eſſe locum hunc non ambigo affirmare,& pro Prouinciale legendum. ff. Patrimoniale.

Ad l. Lucius de conditionib. & demonſtrationib. datur vera interpretatio.

LVcius Titius, Paullus reſpondit, ita teſtamentum fecit; Aurelius Claudius natus ex illa muliere ſi filium eſſe ſe Iudici probauerit, heres mihi eſto: filium de quo quereretur non ſub ea conditione inſtitutum videri, quæ in poteſtate eius eſſet,& ideo teſtamentum nullius ff. momenti, Vulgo à noſtris citari ſolet hoc reſponſum, filiationis probationem impoſsibilē eſſe,ſed nō video cœcus ego fortaſſe,vnde hoc pronūciatum eliciatur; Bartol. aliter loquitur,ait enim filiationem non poſſe plene probari,ſed nec ea eſt ſentētia Iuriſconſulti Accurſius,ait filiationem non facile probari quod re vera magis veritati conſonat, attamen non id expreſſe lex oſtendit,& in l. filium ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris,ait impoſſibile eſſe probare filiationem quod mihi non probatur. Ego vero huiuſmodi pronunciatum reijciendum puto, nam & filiatio probatur dicta lege filiū quamuis demonſtratiuè non poſsit facile probari, ſufficit enim à iure receptam eſſe probationem: non enim ius quærit veritatē, ſed probationē. Et ſunt multæ iuris probationes quæ poſſunt eſſe ex falſo; Quin inimo, & præſumptionibus ſepè numero lex contenta eſt, non enim omnia demonſtrari poſſunt; Igitur præfatæ ſententiæ

tiæ nihil in iure operantur, nec hac lege probantur cum filiatio probari poſsit,& quamuis demonſtrari non poſſit, iure tamen recepta eſt probatio. An autem difficilis ſit, vel facilis, ius diuerſum non oritur; Verum tamen eſt quod probatio filiationis non dicitur eſſe in poteſtate filij, & ideo cum iure ſit cautum filium ſuum non poſſe inſtitui ſub conditione quæ non ſit in poteſtate ſua l. ſuus de hered. inſtituend. non poterit ſub illa inſtitui, ſi ſe filium probauerit meum, & ſi fuerit inſtitutus teſtamentum non erit ratum quia talis conditio non eſt in poteſtate filij. Nõ eo inficias quin omnis conditio, quę eſt in poteſtate filij ſit facilis, ſed non è contrario, omnis conditio facilis dicetur eſſe in poteſtate quando conditio dicatur eſſe in poteſtate, vel non, non potuerunt legislatores definire, niſi generaliter quadã definitione dicta l. ſuus quoque de hæred. inſtituend. Senſus ergo legis eſt clarus nempè filiationis probationem non eſſe in filij poteſtate.

Declaratur l. is cui §. ſex autem, Vt in poſſeſsion legator. &c.

IN hoc reſponſo inſigne eſt mendũ nullo modo ſpernendum quod auferendum eſt, vt verus ac germanus ſenſus reſponſi, quem Veteres non viderunt, conſpicuus omnibus eſſe queat; Ait Vlpianus, ſex autem menſium puto continuum tempus non poſſeſsionnm computandum, Accurſius in verb. poſſeſsionum varijs opinionibus interpretatur hunc locum, quantum pertinet ad verbum poſſeſsionum, quæ interpretationes friuolæ ſunt omnes erroneæ, & diuinatoriæ vti rectè intuenti facile apparebit; eas enim neque referre, neque refellerè in animo

eſt

eſt, ne temporis iacturam faciam. Error Antiquorum ex mendo quod in reſponſo conſpicuum eſt proficiſcitur, legitur poſſeſsionum cum legi debeat Seſsionum. Dies enim Seſsionum dicuntur dies vtiles quibus ſedet iudex hoc eſt non feriati, & ſeſsiones dicuntur à ſedendo. Et hæc lectio probatur quoque ex l. ſecunda quis ord. in bonor. poſſeſsion. ſeru. Dies ait Iuriſconſultus bonorum poſſeſsionis vtiles eſſe palam eſt, ſed non ſeſsionum numerabuntur ſi modo ea ſit bonorum poſſeſsio quæ de plano peti poſsit, quod ſi cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderat, vel quę decretũ expoſcit ſeſsiones erunt nobis computandæ quibus ſedet is, quibuſq; per ipsũ Prætorem factũ nõ eſt, quo minus daret bonorũ poſſeſsionẽ Sẽſus igitur veriſsimus eſt in numero ſex menſium computari etiam non ſeſsionum, hoc eſt tempus ſex menſium eſſe continuum de quo ſupra facta eſt mentio in §. Imperator Antoninus.

Rectus, & notandus ſenſus elicitur ex l. Centurio de militar. teſtament.

ET in hoc quoque reſponſo mẽdum eſt relatu non indignum quod eſt in cauſa, vt verus intellectus non intelligatur, Centurio ait Papinianus, ſecundo teſtamento poſthumos hæredes inſtituit, neque ſubſtitutos dedit, quibus non additis ad ſuperius teſtamentum ſe redire teſtatus eſt, &c. Sententia Veterum eſt, quod ſi poſt ſecundum teſtamentum miles dicat ſe redire ad primum, ſecundum fit irritum cum omnibus ſuis clauſulis, & illa verba, quibus non additis, referunt ad ſubſtitutos, quæ ſententia non eſt probanda, eſt enim aliena à verbis Iuriſconſulti. Eſt & alia Veterum opinio haud improbanda

da quatenus exemplum ponit, ſed de mendo verbum non facit. Igitur verus ſenſus ſic explicabitur; Si poſthumi inſtituantur hæredes in ſecundo teſtamento, & legata plura fiant, & non dati ſunt ſubſtituti poſthumis, ſed teſtator ſolummodo dixit, ſi poſthumi non naſcantur volo primum teſtamentum valere, cætera quæ diſpoſita ſunt in ſecundo fiant irrita, niſi ea confirmauerit teſtator dum reddit ad priorem voluntatem; hoc eſt ad ſuperius teſtamentum; Illa verba non additis; non ſunt referenda ad ſubſtitutos vt omnes referunt, ſed ad poſthumos, & legendum eſt; quibus non ꝗditis, ideſt quibus poſthumis non natis redeo ad primum teſtamentum.

Vera, & Germana declaratio Ad l. Tertiam §. eodem ad legem Iul. Maieſtat.

EAdem lege reſpõdit Martianus tenetur, & qui iniuſſu Principis bellum geſſerit delectumue habuerit, & exercitum cõparauerit, &c. Accurſius interpretatur de lectum ideſt electum, de alijs habuit Magiſter puta militum, nam nemo ſine iuſſu Principis poteſt eligere militem l. neminem C. de re militar. lib. 12. & l. iubemus C. de offic. magiſtr. milit. ſed erronea eſt prorſus interpretatio, non enim de vno milite intelligi debet, verbum delectum, quo vſus eſt Martianus, quemadmodum in duabus citatis conſtitutionibus, & quamquam militem ſcriptum ſit, legendum eſt neminem, nam pro tali crimine nõ committeretur crimen læſæ Maieſtatis. Alius & germanus eſt ſenſus, qui ſuboritur ex definitione delectus quæ quartæ eſt declinationis fœminini generis, dicta à delego, ideſt de alijs deligo, vel eligo, & ſignificat Iuuenum Tironumue copiam, & recenter accincti, quæ fit cum

Po-

Populus Romanus militibus indiget, nam ex Iuuentute Romana, vel alterius populi eligebantur à Tribunis, vel Conſulibus, quicunqũe idoniores ad militiam videbantur,& hi requiſiti,nomina dabant,ideſt conſcribebantur, nec id cuique detractare licebat, vel appetere, hi delecti milites dicebantur, & ipſa multitudo delectus, vnde ſcriptum eſt in l. qui cum vno §. grauius autem, de re militar. Grauius eſſe delictum detractare munus militiæ, quam appetere, nam qui ad edictum non reſpõdebant, vt proditores libertatis in ſeruitutem redigebantur, & paullo poſt, eum qui filium debilitauit delectu per bellum indicto, vt inhabilis militiæ ſit; præceptum Diui Traiani deportauit. Hunc delectum. Vulgus imperitum vocat Cernum nam & cernere vulgo eſt deligere, hodie hoc non eſt ignominioſum militi; nam qui delectum facit Tirones pleroſque eligit, & ruſticos qui raſtra potius quam arma tractare didicerunt,& qui aptiores ſunt in agris fodiendis quam hoſtibus fugandis; Et quia dixi leges ab Accurſio citatas ad rem non attinere, neque qui contra eas fecerit, crimen læſæ Maieſtatis committere videtur, ideo verba eorum ſubijciam. Ait Imperator, de re militari, neminem in nullo numero equitum, vel peditum, vel in quolibet limite, ſine noſtri numinis ſacra probatoria in poſterum ſociari concedimus conſuetudine, quæ hactenus tenuit antiquata, quæ magiſteriæ poteſtati, vel ducibus probatorias militum facere, vel militibus attingere licentiã attribuat, & in fine pæna ponitur centum librarum auri. In lege iubemus eadem penè eſt ſpecies,& ſenſus, nam in ea ita ſcriptum eſt. Iubemus eum ad militiam deuotiſsimorum ſcholarium de cætero peruenire qui noſtrum meruit iudicium, nec licere pro tempore tui culminis adminiſtrationem habenti ſine huius modi probatoria aliquem inter eoſdem viros

ros deuotos ſcholares ſuis referre præceptionibus, &c.

Ad l. 3. §. qui hominem de ſicar. datur verus intellectus.

QVi hominem ait Martianus, libidinis, vel commercij cauſa caſtrauerit ex Senatuſconſulto pæna legis Corneliæ punitur, Accurſius interpretatur libidinis cauſa, ſcilicet refrenãdæ, & refert verbum libidinis ad libidinem ſerui, & eius luxuriam, quia luxurioſus erat, ideo libidinis frenandæ cauſa caſtrauit eũ dominus, quæ interpretatio certè non eſt recipienda, nã in ſeruis libido nõ debuit eſſe cauſa caſtrãdi, cũ multis dominus, & crebra coitio ſeruorum, & crebri partus ancillarum ſint vſui, & fructui: Puto ego intelligendum eſſe hunc locum de libidine domini, vel caſtrantis, qui ſeruum caſtraret, vt in delicijs haberet, & eo abuteretur libidinemque ſuam expleret, quemadmodum feciſſe Neronem legimus; Impuberes enim caſtrati, imberbes perpetuò efficiebantur, & molliores, atque prorſus effeminati vnde Iuuenal. ait in ſatiris, ſatis eleganter ſatira ſexta.

Sunt quos Eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectant, & deſperatio barbæ,

& alibi

Nullus Ephebum deformem ſcæna caſtrauit
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem
Vel ſtrumoſum atq; vtero pariter giboq; tumentem.

Ad l.4. §. ſed & ſi de re ad l. Iul. Peculat, proprius ſenſus traditu.

IN libro quadrageſimo octauo Digeſtorum reſponſum eſt à Martiano capite quarto in hæc verba, Sed & ſi de re Ciuitatis aliquid ſurripiatur Conſtitutionibus Diuorum Principum Traiani, & Adriani cauetur, peculatus crimen committi, & hoc iure vtimur. Accurſius intellexit de Ciuitate Romana, quod mihi perſuaderi non poteſt, ſuperius enim de Ciuitate Romana dictum fuerat, & hic caſum diuerſum poſuit, & maioris dubitationis, quam de Ciuitatis Romanæ bonis, nam lex Iulia facta eſt ob publica bona ſurrepta Populi Romani, ideo in fin. legis nō dubitaſſet de Ciuitatis Romanæ bonis hoc eſt quid iuris de eis eſſet, ēt dicere, & præſertim quia ſup. in l. 1. id declarauit: Ait ibi Iuriſcōſultus lege Iulia peculatus cauetur ne quis ex pecunia ſacra religioſa publicauè auferat neuè intercipiat, &c. neuè quid in aurum argentumque publicum æs quis indat, &c. nam publici appellatio ad Romanum Populum in complur ibus cauſis pertinet: Ciuitates, enim loco priuatorum ſunt l. eum qui de verbor. ſignificationib. qua de re affatim dicam in l. inter publica eod. titul. Itē Ciuitatis verbum ſimpliciter enunciatū refertur potius ad alias Ciuitates, quā ad Romanā, nam in dicta l. eū qui, dicitur Ciuitates loco priuatorum haberi, & in l. ſequenti, neq; ſi qua ſunt Ciuitatum velut bona, ſeu peculia ſeruorum proculdubio publica habentur, quæ lex facit contra hanc noſtram, de qua diſputamus, ſed inferius ſoluā. Imperator in l. prima C. de natural. liber. Senatores inquit vel Præfectos, vel quos in Ciuitatibus Duumuirilitas decorat, &c. & l. ciuitas ſi cer. petat.

& l.

& l.ita tamen ad Trebellian.& in l.ſecunda C.de diuerſ. præd.lib. vndecimo, & in titul.de vendition.rer. ad Ciuitat.pertinentib. & titul.de debit. Ciuitat.eod. titul.& alijs multis in locis. Accurſius autem ad Ciuitatem Romanam,ideo retulit nomẽ ciuitatis,quia alia eſt lex huic contraria ſub titul. de furt. in hæc .ſ. verba Ob pecuniam Ciuitati ſubtractam actione furti non crimine peculatus tenetur; hic autem contrarium deciditur, idcirco Accurſius de Romana Ciuitate voluit intelligere. Ego nollem ex vno inconuenienti in aliud labi, ideo puto has leges ſimul pugnantes, aliter diſtinguendas, nempè l. ob pecuniam loqui de rigore iuris, cum regula ſit Ciuitatem iure priuato vti, & noſtram de æquitate, & conſuetudine inducta ob reſcripta Imperatorum. Sed mihi id potius placet vt legamus in lege noſtra negatiuè, & dictio,non, adiungatur ſicuti legitur in dicta lege ob pecuniam, & ſic concordes erunt nam parum diligens fuit Accurſius,& poſteriores in caſtigandis, & corrigendis voluminibus, & in mendis aduertendis. Et in l. legatus de offic.proconſul.ait,quidã Codices habẽt, non,quidam vero non habent, & procul dubbio legendum eſt ſine negatiua, vt ex ſententia aliarum legum eſt argumentum; & in pandectis Florentinis, ita ſcriptum eſſe, ait Angel. Politian.& interdum Accurſius ambiguè loquitur vbi non erat ambigendum, & vbi erat ambigendum diſsimulatur.

Digitized by Google

Verus ſenſus elicitur ex l. relegatorum §. vltimo de interdict. & relegat.

Opere prætium eſt emendare, & verum Vlpiani ſenſum demonſtrare qui hactenus vt mihi videtur ſub diuturna latuit obſcuritate: Verba Reſponſi ſunt hæc. Poteſt alicui, & Vnus honor interdici, &c. Et paullo inferius, Sed muneribus ſi quis pœnæ cauſa fuit prohibitus poterit dici: niſi honores iſti habuerint, miſtam muneribus grauem impenſam infamiam ad hoc nõ profuturam. Adde verba legis ſequentis. Sed honore quidem illum arceri puto, cæterum impendia debere præſtare; Si diligenter quis animaduertat ſenſus non eſt admodum difficilis, ſed verba reddunt difficilem, & obſcurum, nam flagitium in eis inuolutum eſt, quod Veteres non conſiderantes quoquo modo potuere interpretati ſunt. Eis tamen id imputandum eſt aliquantiſper quod quicquid ſcriptũ inueniebant recipiebant, & ſi lectionẽ mutabãt in peiorẽ tamen conuertebãt. Verum tẽporum conditione inſpecta ſuorum, quibus latina lingua penè interierat digni ſunt cõmendatione. Quibus autem verbis eorum ſenſus ſit compoſitus; legatur Accurſius in verbo & ſi, in verbo eam, in verbo ad hoc, & in verb. ſed honore ſupra l. ſequent. quæ verba ſenſum continent ad inuicem contrarium contra mentem legislatoris & contra ſenſum verborum, nam quatenus ait Si onera ſunt grauia non debent honore priuari contra ſententiã legis quæ diſponit, vt ſi onera ſint grauia ſubeantur, ſine honore; Igitur vt ſenſus ſit manifeſtior legis quem verum exiſtimo ſic puto eſſe dicendum. Si quis eſt interdictus honoribus Iudicis ſententia, ei non proderit

hæc

hæc interdictio ad euitandos honores, qui habent mixtã grauem impenſam, & infamiam quamquam honores tales gerere non poterit, ſed impenſas agnoſcere debebit, & hoc iuri conſonũ eſt, ne ſcilicet pœna alicui præſtet immunitatẽ, vt hic incideret ſi interdictus honoribus liberareturetiã à cõnexis oneribus. Hic eſt noſter ſẽſus ve: ũ quoniam verba videntur ſententiam confundere, & implicare; ideo ſi quis vult clara omnia: Vitium eſt ab eo ex verbis contextus explodendum, nam vbi eſt, niſi honores iſti, &c. legendum eſt omninò, vt in caſtigatis exemplaribus legitur; ſi honores iſti, vt ſit conditionalis affirmatiua: Sed ſi quis defendere vellet lectionem, niſi demat negatiuam infra ibi, ad hoc non profuturam, & legat. affirmatiuè, nam idem erit ſenſus, & vtraque lectio bona, & vbi eſt profuturam malo legere profuturum, & vbi eſt, ſed honorem, legendum eſt, ſed honore, & dicta lege, ſed honore iungendam eſſe non dubito cum ſuperiore caſu, & ſentẽtia Legatur, igitur totus contextus hoc modo, Sed munere ſi quis pænæ cauſa, fuerit prohibitus nihil valebit ſententia, neque enim inmunitatẽ pæna tribuere debet, ergo & ſi honoribus quis in pœnam fuerit prohibitus poterit dici, ſi honores iſti habuerint grauem impenſam muneris mixtam, & infamiam illi ad hoc non profuturum, ſed honore quidem illum arceri puto, cæterum impendia debere præſtare, &c. Igitur ſi honor habet modicam impenſam ab honore, & impenſa remouebitur, non enim conſideratur modica impenſa, ſed graues debebit ſubire, ne melioris ſit conditionis propter pœnam impoſitam. Graues.n. impenſas dicimus puta ludorum edendorum populo, vt Prætores Ediles Conſules faciebant l. Publius ff. de conditionib. & demonſtrationib. l. nuper de donat. inter vir. & vxor. Quod ad verbum infamiam pertinet non placet Accurſij interpreta-

pretatio, qua in re, nunc ſuſpendo ſententiam meam; nam hic videtur ſignificare nonnullos eſſe honores qui contineant etiam infamiam ad quod pertinere videtur l. prima C.de infam.lib.decimo,& l.2.C. de re militar.lib. duodecimo cum mille alijs concordantibus.

Ad l. ſi quis poſthumos de liber. & poſthumi vera declaratio adaptatur.

IN hoc quoque Paulli reſponſo non aſpernandus elucet Veterũ interpretum error, neq; parui momenti inter eos varietas,&nos erit,Vt igitur verior ſentẽtia appareat, primo illorũ deinde noſtrã afferemus opinionẽ. Vtra deinde ſit potior,aliorũ erit iudiciũ. Ait itaq; Bart. ſenſus legis eſt,Non poteſt quis poſthumum, vt ſuum inſtituere, quem non licet habere, impediente natura, vel iure, ſecus ſi haberi poteſt, licet cum difficulate Accurſius verba, habere non poteſt, & ſequentia, omnia ſunt hic addenda, ex quibus eorum ſenſum facilè elicietis,qui ſi diligenter deſpicietur,diuinatorium ſeſe vobis oſtendet, contra verborum ſignificationem, contra mentem Paulli,& alijs legibus refragantem. Senſus noſter vt clarius habeatur,exponenda erit prius lex,Sed eſt quæſitum, eodem titulo, quam itidem Veteres non intellexerunt. Dicunt, qui impeditur generare propter accidens non impeditur poſthumum inſtituere, ſecus ſi à natura impediatur, & exponunt illa verba poſthumum poſſe inſtituere ſpadonem, ſi antequam eſſet ſpado generauit, & erat in vtero, vel intelligitur de eo ſpadone, qui vnicum tantum teſtem habet,& poteſt generare.Vel intelligendum de eo poſthumo,quem adoptauit poſtea, non de legitimo, & naturali, & intelligunt caſtratum

cum

eum eſſe qui ſit caſtè natus, & propter frigiditatem nimiam non poteſt, nec agere, nec generare. Spadonem autem qui poteſt agere, ſed non generare, cui cultello, vt ipſi aiunt, & accidenti abſciſſi ſunt teſticuli. Quæ definitio vera non eſt & ex hoc errore proficiſcitur omnis veterum mala doctrina, in ijs reſponſis, quæ de ſpadonibus, & caſtratis loquuntur, nam & caſtratus, & ſpado aliam, & contrariam Auctorum ſententia, habent definitionem ſignificationemque, vt infra explicabitur. Senſus igitur noſter eſt contrarius ſententiæ veterum in his legibus. Nam in l. ſed eſt quæſitum, ſenſus eſt, qui generare poteſt quamuis difficulter poteſt hæredem poſthumum ſcribere: qui autem non poteſt generare propter ætatem, vt ſenex & propter ſterilitatem, quæ euenit à mala valetudine habitudineque corporis hi poſſunt hæredem poſthumum ſcribere, vt eſt ſpado. Qui verò ex accidenti, non poteſt generare, vt caſtratus is non poteſt ſcribere hæredem poſthumum. Idem ferè ſenſus eſt in hac lege § quis poſthumos. Exemplum poteſt hoc modo fingi. Quæſitum eſt, quidam non facile generabat, puta ſingulis decem annis, procreauerat, vel ſemel tantum in vita ſua, nũ poſſit ſcribere hæredem poſthumum, & poſſe reſponſum fuit. Deinde quærebatur quidam octogenarius fecit teſtamentum in eoque ſcripſit hæredem poſthumum, quiſquis naſcetur ex vxore ſua, & ex ſe, poſt mortem ſuã, an ratum ſit teſtamentum, ita vt ſuperius rumpatur, & rectè poſſe id facere reſponſum fuit, quia ætas non impedit, quin poſſit facere. Item quæſitum eſt de ſpadone, hoc eſt de eo, qui à natura impotens eſt ad generandum, & reſponſum eſt affirmatiuè, ſterilitas enim à natura pendens, non impedit quin poſſit. Aliud eſt in caſtrato, ideſt qui impotens eſt ex accidenti, vt puta cui auulſi ſunt, & contriti teſticuli, vt Eunuchi

nuchi fiebant. Videbatur quod neque ſenex, nec ſpado poſſet poſthumum inſtituere hæredem, cum eos non poſſent habere, & ita hæredes non poſſent exiſtere, l. cum in fundo de iniuſt.rupt. & §.poſteriore. Inſtitutionib.quib.mod.teſtament.infirm.Sed contrarium, eſt reſponſum, quia non debemus inſpicere ætatem præſentem, aut malam valetudinem, quæ natura contingit, & vitium naturæ eſt,non hominis vt noceant,ſed debemus inſpicere naturam qua homo natus eſt, & aptus ad generandum,& conſuetudinem generandi, quæ eſt in homine,dum ætas patitur, vt proſit ad poſthumos hæredes ſcribendum; Diuerſum eſt in caſtrato in quo non natura incuſatur, ſed ipſe qui virilitatem amiſit,& quaſi in eo verſa natura, & vitium eſt corporis, non naturæ, & omninò impotentia eius eſt certa,& non occulta,neque dubitata. Notandum eſt igitur ex his legibus: Vitium naturale, ſeù defectū non imputari,nec nocere homini,ſed accidentale,quamuis Veteres interpretes contrarium dixerint. Ad noſtram etiam opinionem pertinet l. cui Deus de ædilit.ædict. & l.quæret aliquis de verbor.ſignificationib.facit etiam l.cum duobus §.damna pro ſoc. Item l. quæritur de ædil.ædict.l. maximum vitium C.de lib. præt.l. ſi maior quinquaginta C.de legitim.hæredib.& l.fluminum §. vitium de damn. infect. & l. prima §.ſecundo de aqu. pluu. arcend. Error autē veterū proceſsit ex ſignificatione malè intellecta horum vocabulorum ſpadonis,& caſtrati,nam quia ſpado dicitur σπαω quod eſt euello, putauerūt quod ſpado diceretur,in iure is qui impotens eſt ex accidenti, & quia caſtratus eſt diuerſus, & diuerſo iure cenſetur, crediderūt caſtratum dici caſtè natum, quod minimè verum eſt, ſi quidem ſpadonum generalis appellatio eſt, quo nomine tam hi natura ſpadones ſunt,item, & thlibiæ thlaſiæ, &

ſi quod

ſi quod aliud genus ſpadonum eſt,cōtinetur in l.ſpadonū ff.de verbor.ſignificationib. Quinimmo ſenes qui nō poſſunt generare, poſſunt etiam dici ſpadones, ſi igitur eius appellatio generalis eſt generaliter eſt etiam accipienda, niſi ſpecies aliqua excipiatur, vt fit in iure, cum caſtratus excipitur à ſpadone, vel niſi natura, re de qua agitur,genus ipſum arctet ad vnam tantum ſpeciem , vt cum lex ait conſtitutum eſſe ne ſpadones fierent l. lege Cornelia de ſicar.nam ibi de caſtratis eſt intelligendum, quod autem caſtratus dicatur caſtè natus nullibi eſt auditum , atque receptum , vt vtar verbis Iuriſconſulti in l.prima de Senatorib. nam caſtratus dicitur ille qui impotens eſt ad generandum ex accidenti nō à natura puta cui,aut abſciſsi ſunt teſticuli,aut contruſi,& ita eunuchus eſt factus,vt apud Veteres fieri ſolebāt in cuſtodibus Matronarū,&hanc ſignificationē caſtrati,non ſolū per latinos ſcriptores probare poſſumus, ſed per leges quoque vt in l. ſi ſeruus ſeruum ad leg.Aquil.ita habetur . Et ſi puerum quis caſtrauerit , & præcioſiorem fecerit Iulianus, ait Ceſſare Aquiliam,& iniuriarum agendum; in l. ædiles de ædilit. ædict. Sed etenim,ſunt quædam quæ in hominibus quidem morbum faciut in Iumētis non ideo vt puta ſi mulus caſtratus eſt neque morbi neque vitij quid habere videtur , quia nec de fortitudine quid detrahatur, neque de vtilitate, cum ad generādum non ſit habilis. Et inferius Celſus quoque ſcribit non omnia animalia caſtrata ob id ipſum vitioſa eſſe niſi propter ipſam caſtrationē facta ſint imbecilliora, & ideo mulum nō eſſe Vitioſum,idem refert Ofilium extimaſſe equum caſtratum ſanum eſſe ſicut ſpado quoque ſanus eſt , vbi Accurſius accipit ſpadonem pro equo cum de homine ſit intelligendum. Item in l. lege Cornelia de ſicar. conſtitutum eſt ne ſpadones fierent , & paulo

R infra

inf. a planè ſi ipſi qui hanc iniuriam paſsi ſunt proclamauerint, audire eos Præſes debet, qui virilitatem amiſerint nemo, enim liberum ſeruumuè inuitum ſine ratione caſtrare debet, neque quis ſe ſponte caſtrandum præbere debet, & ſi quis aduerſus edictum fecerit, medico qui exciderit capitale erit, item qui ſe ſpontè præbuit In l. circumcidere eod. titul hominem qui circumciderit, caſtrantis pæna irrogatur; In l. tertia eod. titul. qui hominem libidinis, aut commertii cauſa caſtrauerit, &c. In l. is qui, eod. titul qui ſeruum caſtrãdum dederit, &c. quæ reſponſa ſi quis inſpexerit non erit ita Veſanus vt Caſtratum exponat caſtè natum; Declaremus nunc verba legis noſtrę. Si quis poſthumos quos per ætatem, aut valetudinem forte habere non poteſt, hæredes inſtituit; ſuperius teſtamentum rumpitur, quod natura magis in homine generandi, & conſuetudo ſpectanda eſt, quam temporale vitium, aut valetudo propter quam abdicatur homo a generandi facultate, &c. Ait ſi quis dictio, ſi conditionalis eſt, vt in titul. de conditionibus, & demonſtrationib. Interdum eſt incæptiua orationis, & ponitur pro quando, vel ſi quid eſt ſimile, vt in hac lege noſtra. Interdum ſignificat vtrum, vel An, & nota eſt quæſtionis vt l. ſi maior C. de legitim. hæredib. ibi ſi debet huiuſmodi ſoboles patri ſuo ſuccedere, &c. & l. prima initio de bonor. infant. vel furioſ. ibi ſi curator eius ad bonorum poſſeſsionem petendam &c. Ait lex poſthumos poſthumi ſunt, qui poſt mortem teſtatoris naſcuntur l. poſthumi de iniuſt. rupt. qui vero nati agnoſcuntur, vt nepotes Auo, qui aliquando rumpunt teſtamentum, & ſi non ſint inſtituti, vel exheredati non dicuntur poſthumi, vt Veteres opinati ſunt Item nec adoptiui, neque aliquis alius vt in lege præcitata euidenter demonſtratur. Et dictio dumtaxat oſtendit ſine dubio,

quam-

Digitized by Google

quamquam hi nepotes, & adoptiui dicantur aliquando eſſe loco poſthumorum Inſtitutionibus de exheredat. lib. § poſthumorum,nam aliud eſt eſſe loco poſthumorum in aliquo caſu, aliud eſſe poſthumum, nam bonorum poſſeſſor loco hæredis eſt, & tamen hæres non eſt Inſtitutionib. de bonor.poſſeſsionib. §.ſecundo, & ſerui loco mercis, & tamen mercis appellatione non continentur l.ſeruos de legat. tertio l. mercis de verbor. ſignificationib. l. prima de tributor actione fideiuſſor loco rei, & tamen reus non eſt l. tertia de fideiuſſorib.Ex his conſtat veram non eſſe ſententiam Accurſij in Rubrica C.de poſthum. hæredib.inſtituend. qui cõſtituit quinque ſpecies poſthumorum, nam vna eſt dumtaxat,quãuis loco poſthumorum multæ perſonæ in aliquibus iuris articu'is habeantur. Quod autem in dicta lege poſthumi ſcriptum ſit, ſi teſtator dicat; Poſthumus exheres eſto, quod etiam natus viuo teſtatore exheredatus intelligatur, illud eſt propter præſumptam mentem teſtatoris, & interpretationem teſtamentorum fauorabilem, in quibus definitio verborum omnino non attenditur l.non aliter de legat. tertio, ſed potius voluntas teſtatoris l. vltima C. de poſthum.heredib. inſtituend.l. in conditionibus de conditionib. & demonſtrationib. l. tertia C. de liber.præter. Ait quos habere non poteſt, Accurſius dicit relatiuum quos facere ſimplicem relationem, ſecundum duos vltimos intellectus quos docuit, quaſi dicat relatiuum, quos,refert poſthumos ſimpliciter tam veros,quam fictos,& ſic intelligi poteſt qui habere poterunt nepotes, & adoptiuos. Hic intellectus mihi ſomnium videtur,nam non inuenio,apud Iureconſultos relatiuum facere ſimplicem relationem, nec ſatis perſpicio hanc ſuam fictionem, vel grammaticam quam etiam alibi allegant, & maximè Bartol. in l. omnes populi

Digitized by Google

puli de iuſtit.& iur.& l. cunctos populos C. de ſumm. Trinitat.& fid.Catholic.Nec l.dominum C. de iniur.id oſtendit, habet enim ille textus complures intellectus. Ego autem puto, relatiuum quos, facere relationem, & limitare, & ſignificare poſthumos veros, & illos quos non poteſt habere, vt in lege ſcriptum eſt, nam ſi Iuriſconſultus intellexiſſet de nepotibus, aut adoptiuis non nominaſſet poſthumos, ſed nepotes, & adoptiuos, vt alijs in locis facere ſolet; relatiuum enim qui, quæ, quod limitare refert, prout verba demonſtrant, & exigunt l. demonſtratio falſa de conditionib. & demonſtrationib. Quod autem communis ſit opinio in dicta l. cunctos populos vt illud, quos non arctet generalitatem omnium populorum voluerunt illi iuris interpretes Imperatori blandiri potius, quam verum interpretari dominum aſſerentes eſſe Imperatorem totius Mundi, cum id non ſit verum, nec Imperator id ſibi aſcribit in l.mercatores C.de comm.& mercatorib.& l. ſecunda C.de eunuch.& l.non dubito de captiu. & poſtlimin. reuerſ.& in authentic. de hæredib. & falcid. in fine Ait lex per ætatem hoc eſt propter ætatem ſimilem de ea enim intelligit; nam de puerili non intelligit, quia alia ratione prohibetur l. qua ætate de teſtament. Ait aut valetudinem, valetudo in bonam, & in malam partem accipitur, ſi ut verbum valere; valeant inquit ille, qui inter nos diſſidium quærunt, valetudo enim eſt corporis habitudo, ſiue bona, ſiue mala, hac autem lege de mala eſt intelligendum, & ita in l. filium de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, quæ lex facit ad ſententiam noſtram, ſcilicet impotentem ad generandum à natura poteſt ducere vxorem; nec propriè loquitur quis dum dicit impotentem quem eſſe à natura ad generandum, vel dum naturalem imbecillitatem eam valetutidinem appellat, vel dum vitium

natu-

naturale id vocat; nam naturaliſsimum eſt vnumquodque ſibi ſimile in ſpecie generare Ariſtotel. ſecund. de Anim. & vt idem eod. loco ait, natura non deficit in neceſſarijs, neque abundat in ſuperfluis, ideo ait Iuriſconſultus in l. ſi quis poſthumos quod natura magis in homine, & conſuetudo generandi inſpicitur, &c. & Iuſtinian. in authentic. quod lic. matr. & auiæ: hoc eſt inquit de his qui non potuerunt ab initio nuptiarum miſceri vxoribus ſuis, & quæ per naturam viris conceſſa ſunt agere; ſed verſus appellatur imbecillitas natiua, & vitium natiuum. Vel dic facile ideſt non corporis vitio; aut culpa hominis deſcendens, & quam Iuriſconſultus dixit ſterilitatem à natura Gellius appellat ſterilitatem natiuam, libr. quarto, cap. tertio. Iureconſultus ergo vt dixi intelligit ſterilitatem à natura, ideſt fato, & origine, ac natiuitate, non vitio corporis, aut culpa hominis l. quæritur de ædilit. ædict. Hæc autem impotentia generandi in homine euenit ex ſeptem cauſsis quas refert Auicenna libr. tertio, fer. ſecunda tractat primo capit. octauo. Verbum fortè poſitum in lege non ſignificat dubitationem; ſed exemplificatiuè ponitur, vt verbi gratia, &c. ſeù malis dicere euentum, & caſum rei ſignificare, quod ferè idem eſt; vnde Iuriſconſultus in l. relegatorum de interdict. & relegat. ait; ſicut autem relegare in Inſulam quiſque quæ non eſt ſub ſe non poteſt, ita neque in Prouincia quidem relegandi ius habet, quæ non eſt ſub ſe; fortè Præſes Syriæ non relegabit in Macedonia; ſed intra Prouinciam ſuam poteſt relegare, & fortè non excedat Ciuitatem aliquam, vel Regionem non egrediatur, &c. Ait teſtamentum ſuperius rumpitur, notatu digna eſt deciſio huius legis, & limitatio ad §. poſteriore inſtitutionib. quib. mod. teſtament. infirment. & l. cum in ſecundo de iniuſt. rupt. nam quamuis hæres non naſcatur

tur, ideſt poſthumus, & ita irritum fiat teſtamentum, tamen ſuperius rumpitur per ſecundum iure factum ab initio. At quod natura magis, &c. hoc eſt natura cõſideratur qua homo eſt aptus natus ad generandum, & vt proſit, neque obſit quin, impotens poſsit ſcribere hæredem poſthumum. Quod, hoc in loco pro quia exponi debet, & rationem reddit deciſionis; interdum ſignificat; ſed vel cæterum ideſt aduerſatiuè ponitur; Magis eſt ad verbium eligendi, & idem eſt quod potius l. iubere cauere ff. de iuriſdiction. omn. iudic. l. ea quę ad municipal. Ait lex, & conſuetudo generandi ſpectanda eſt, ſingula ſingulis ſunt referenda, natura ſpectatur reſpectu valetudinarij, conſuetudo reſpectu ſenis, qui in ſua iuuentute conſueuit generare. Abdicatur idem eſt quod priuatur remouetur l. legatus de offic. Præſid. Facultate, ideſt poteſtate non facilitate, vt Accurſius exponit, & hæc ſatis, & ſuper ad intelligentiam huius reſponſi.

l. Inter publica de verbor. ſignificationib. explanatur.

IN hac lege mendum eſt, niſi fallor non inutile, neq; iniucundum ſcitu, nec etiam parui momenti, ac perinde Veteres in eius interpretatione ambigui fuere, & veram ſententiam amplecti nequiuerunt verba legis ſũt hæc, Inter publica, habemus ſacra, & religioſa, nec quæ vſibus publicis ſunt deſtinata: ſed ſi quæ ſunt Ciuitatum proculdubio publica habentur, veluti bona, ſeù peculia ſeruorum, Ciuitatum, &c. Ex his verbis colligitur deciſio contraria iuribus manifeſtiſsimis; nam hic negantur ea, quæ vſibus publicis ſunt deſtinata eſſe publica, quod non eſt rectè definitum, & deciſio hæc eſt, quod ea, quæ ſunt Ciuitatum ſunt publica, quod minimè verum eſt,

vt

vt infra oſtendã, ideo Accurſius, & Veteres interpretati ſunt in hæc verba. Hæc lex ſtrictè accipit res publicas Vniuerſitatis, quæ non ſunt in publico vſu, quod eſt impropriè dictum cum nec ipſę Ciuitates dicantur Reſpubl. niſi impropriè Similiter, vt notatur ſupra lege proxima, ſed ſi qua sũt Ciuitatũ, &c. & ſic ſtrictiſsimè hic publica dicũtur, quæ in patrimonio alicuius Ciuitatis ſunt, vt Molendina cõis Bononiæ, quæ non ſunt in publico vſu, ſed ſicut Molendina priuatorum, Sed in alia ſignificatione magis talia quæ in publico habentur ſunt publica, quam quæ ſunt in patrimonio Ciuitatis vnde non poſſunt alienari, vt ſupra habetur in l. celſus de contrahend. emption. nec vſucapi l. vſucapionem de vſucapionib. nec legari l. apud Iulianum §. vltimo de legat. primo, Sed reſpondetur hic dicit publicis vſibus deſtinata, ſcilicet vt ſint in Reipublicæ, vel fiſci patrimonio, quaſi ea non dicantur ſic publica, & ſecundum hoc teatra, & ſimilia appellantur hic publica quod non placet. Publica habentur ideſt communia Ciuitatum, non publica omnium hominum, vel publicis vſibus deſtinata vt Inſtitutionib. de rer. diuiſion. §. vniuerſiatis, ſed quid habent iuris publici iſtæ res Vniuerſitatis? Reſpondeo quod Ciuitas in quibuſdam caſibus habet ius Reipublicæ Romanorum in talibus rebus, vt ſupra in l. proxima notaui Hactenus verba Accurſij, quæ cum magis conſidero, magis excãdeſco mecum; nec poſſum non valde admirari ob tantam veterum audaciam, qui tales opiniones ſcribere non verentur, quis eſt tam procul ab vrbe vt credat Iuriſconſultum loquutum fuiſſe impropriè, & ſtrictiſſimè, immo veram, & notiſſimam ſignificationem negaſſe, dum ſub titulo de verbor. ſignificationib. definit quid ſit publicum in quo titulo verborum ſignificationẽ tam impropriam, quam propriam habẽt apponere, aliter

mala

mala eſſet doctrina, & malus Doctor quin potius adulterator nuncupādus eſſet. Præterea qui ſtrictè verbum definit reſtringit ad propriam ſignificationem non autem ad impropriam, & raram, cum id eſſet largiſſime definire Item qui improprie definit non rectè facit ſi negat, remouetque propriam ſignificationem, vt hac lege fit, ideo dico non poſſe rectè dici improprie Iuriſconſultū loqui. Item quod ſtrictè loquatur ex dictis rationibus quapropter dicendum eſt Vitium eſſe in verbis, nam quæ affirmanda ſunt negantur in eis, & affirmantur quæ negantur; negantur publica dici quæ ſunt publicis vſibus deſtinata cum id affirmandum ſit. Affirmatur autem quæ ſunt Ciuitatū eſſe publica q̃ negādū erat. Arbitror itaque eſſe legēdū in hunc modum. Inter publica habemus non Sacra, nec religioſa, ſed quæ publicis vſibus ſunt deſtinata, nec ſi qua ſunt Ciuitatum vel vt bona, ſeu peculia ſeruorum procul dubio publica habentur, &c. ita legatur, & vbi eſt dictio, ſed legatur, nec, & vbi eſt, nec legatur ſed, ita vt nihil addatur, vel diminuatur, ſed duæ ille dictiones transferantur, ac inuicem permutentur, & ſenſus erit planiſſimus, & congruens legi ſuperiori quæ ita eſt ſcripta Eum qui Vectigal populi Romani conductum habet publicanum appellamus, nā publica appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit, Ciuitates enim loco priuatorum habentur. Sciendū eſt.n. lege interpublica loqui proprie, & magis ad ius, quam ad factum ſe referre, hoc eſt ſi ſtatuat aliquid de publicis non videntur contineri ea quæ ſunt Ciuitatum quamuis in appellatione ipſa, & inter loqnendum publica dicimus etiam quæ ſunt Ciuitatum vt l. prior de adminiſtration. rer. ad Ciuitat. pertinentib. §. primo, Publici enim latiſſima ſignificatio eſt, nam publicum dicimus quod publicis vſibus eſt deſtina-

na-

Digitized by Google

natũ, theatra, nẽpè ſtadia; Cãpus Martius, & ſimili ideo ait Iuriſcõſultus in l. ſed Celſus de cõtrahẽd. emption. vt publica quæ in pecunia nõ ſunt, ſed in vſu populi, & ita in lege noſtra definitur publicũ. Publicum quoque dicitur quod ad Rempublicam pertinet Romanam, vt publicum vectigal. & alij publici redditus, & ſi quæ ſunt Rei publicæ poſſeſsiones l. in agris ff. de acquirend. rer. domin. ibi vt ſciretur quid cuique, &c. Et in l. reſcripto de muner ib. & honorib. Publicum quoq; dicitur quod commune eſt omnibus qui populi Romani ſunt vt Viæ publicę ædificia publica, vt habetur in titulo de operibus publicis, & facit etiã §. publici ff. Ne quid in loco publico Itẽ publicũ dicitur quod cõmune eſt de iure gentium vnde ait Iuriſconſultus in l. qui in littore de acquir. rer. dominio quod ſi quis in littore ædificauerit eius erit, nã littora publica non ita ſunt, vt ea quæ in patrimonio populi ſunt, ſed vt ea quæ primam natura prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium peruenerunt; Idem in l. vltima de vſucapionib. ait; Præſcriptio longe poſſesſionis ad loca Iuriſgentium publica obtinenda concedi non ſolet ita Inſtitutionib. de rer. diuiſion. Riparum quoq; vſus publicus Iuriſgentium eſt ſicut ipſius Fluminis, & in l. nemo eod. titul. In publicum præterea dicimus fieri depoſitiones rerum, & pecuniarum ad euitandam pænã morę, aut alterius obligationis quando fiunt in ædibus ſacris, vel vbi Iudex decreuerit l. acceptam C. de Vſur. Publici autem appellatione non continentur res fiſcales & l. pacta de contrahẽd. emption. ibi Papinianus ait lege venditionis illa facta, ſi quid ſacri, aut religioſi, aut publici eſt, eius nihil venit, ſi res non in vſu publico, ſed patrimonio fiſci erit, venditio eius valebit. & in l. prima nè quid in loco publico §. publici, publici loci appellatio quemadmodum accipiatur Labeo definit, vt & ad areas,

S & In-

& Inſulas, & ad agros, & ad vias publicas itineraque publica pertineat hoc interdictum ad ea loca, quæ ſunt in fiſci patrimonio non puto pertinere, in his enim neque facere quicquam, neque prohibere priuatus poteſt res enim fiſcales, quaſi propriæ, & Principis ſunt, & in l. prima §. illud de ædilit. ædict. hoc idem habetur. Sed contra videtur in Rubric. C. de his qui ex publ. rat. & l. ſecunda eod. titul. Reſpondetur hoc quantum ad meram appellationem, & factum, illud quod ad ius, ideſt & ſi res fiſcales publicæ appellentur non tamen iure publicorũ ſunt extimandæ, niſi aliquo caſu, aut lege cautũ ſit, publica non dicuntur, ſeù habentur, quæ Ciuitatum ſunt; & ſi aliquando publica appellãtur id abuſiuè ſit, neque ad ius pertinet, ſed ad ſolam nominationem, vt in l. Titio §. primo ad Municipal. & in dicta l. prior de adminiſtration. rer. ad Ciuitat. pertinentib. ideo ait Iuriſconſultus in l. bona hoc eod. titul. Bona Ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt, ſola enim ea publica ſunt, quæ Populi Romani quamuis autem Reſpublica cuiuslibet Ciuitatis dicatur, & in vſu ſit, & in ſexcentis locis in Iure Ciuili Rempublicam appellamus aliam à Romana, id abuſiuè dictum videtur. Verum hæc abuſio, ita vulgaris eſt facta, vt cum lex Rempublicam dicit in dubio de alia quã de Romana intelligendũ ſit ſicuti, & cum Ciuitatis meminit de alia, quam Romana intelligendum eſt, ideo titulus eſt in Cod. de Iure Reipubl. qui de Romana intelligitur, ideo hæc lex definit propriè quid ſit publicum non abuſiuè.

Valdè

Valdè Diſtinctè, ac rectè tractatur De Materia Præcarij, & quid ſibi in iure vult. iſta vox Præcaria explicatur.

VT probabiliter reor in Iure canonico dum legitur vox precariæ, ſubaudienda eſt vox ſubſtantiui, ideſt precariæ poſſeſsiones, ſeu conuentiones vt ſatis liquet ex text. in cap. fin. §. Porrò extr. de precar. Et ratio eſt, quia licet in commodato rei commodatæ poſſeſsionem, & dominium retineamus l. rei commodatæ ff. commodat. attamen precario dantes dominium dumtaxat retinemus: poſſeſsionem autem trasferimus l. prima, & ſecunda ff. de precar. vnde, precarium dat precarias poſſeſstones ſemper, non autem dominia, quia eſſet donatio vt habetur in dict. legibus cum ſimul. Et ideo vox precariæ ſubintelligit vocem poſſeſsionis, nempè precariæ poſſeſsiones, aut ſub intelligit vocem conuentionis, ideſt precariæ conuentionis quæ ſcilicet fiunt de poſſeſsionibus Eccleſiarum; Sed quia precarium licet detur ad tempus: tamen etiam intra tempus ſemper poteſt repeti alioquin non eſſet precarium l. cum precario ff. de ptecar. ex quo precarium dicit beneplacitum, & implicat contradictionem dici ad beneplacitum meum concedo, & tamen ad beneplacitum meum repetere non poſsim, & implicatio contradidictionis non poteſt vnquam admicti l. vbi repugantia ff. de regul. Iur. & idē tradit etiam Ariſtotel. circa princip. metaphiſ. Et tamen lex canonica ex ſua pia Aequitate, & liberalitate, voluit precarias rerum poſſeſsiones, non poſſe arbitrio concedentis repeti d. §. porro extr. de precar. Ideo duo effectus inde ſe-

quuntur . primus quod precarium Iuris canonici tranſit in primam ſpeciem contractus emphiteotici, qui dicitur Emphiteoſis perpetua, ideſt vſque ad vitam conducentis, ſeu rogantis, gloſs. in verbo perpetua, in cap. hocius decima, quæſt. 2. Nam ſecundum veram traditionem, contractus emphiteociuus in tres ſuas notabiles ſpecies deſcendit: nempè primo in perpetuam, ideſt vſque ad vitam Accipientis ſecũdo in tempus quamdiu non ceſſatur à ſolutione canonis, tertio in tertiam generationem, & ita dicit gloſs. in dicto *V*erbo perpetua; & ſecundus ſequitur effectus, quod vox precariæ fœminini ſit generis in plurali, quæ præſupponit vocem precaria in ſingulari pariter fęminini generis, & eſt vox adiectiua, nõ autẽ ſubſtantiui, tam in c. precarium §. porrò extr. de precar. quã in cap. precariæ il primo diſt. 10. q. 11. & in c. 1. in verbo precariæ d. tit. de precar. & in cap. precariæ il ſecondo cum ſimil. ead. 10. qu. 2. ſemper enim ſubintelligitur vox poſſeſsiones, ideſt precariæ poſſeſsiones, aut ſubintelligitur vox conuentionis, ideſt precariæ conuentiones, ſeu precariæ conceſsiones: ita vt ſemper ſit vox adiectiua prout patebit, ſi legantur dicti textus: quia huc respondebunt omnia, nam in cap. precariæ. qui eſt c. primus extr. de precar. expoſitio eſt præcariæ ſcilicet conuentiones, & in c. de precarijs eod. titul. intelligitur, ſeu exponitur ideſt de precarijs conceſsionibus; & in §. porrò exponitur præcariæ ſcilicet cõuentiones, & in c. precariæ il primo 10. qu. 2. exponitur precariæ ſcilicet conuentiones, & in text. prædicto alia vox precariam exponitur & dicit, ideſt precariam conceſsionem, & text. in c. precariæ il ſecondo exponitur, ideſt precariæ conuẽtiones, & text. in c. de precarijs dict. 10. qu. 2. exponi-

ponitur, & dicit, ideſt de precarijs conceſsionibus, atque ita ſpectari poteſt in toto Iure canonico, vbi ſimiles, ſeu prædictos text. inueniri contingant: adeo vt nō ſolū in reſpōſis pandectarū, aut in ſanctionibus, Iuſtinianeis ſed neq; etiam in ſacris ipſis canonibus facile ne dicam dubio omni procul, prout ſentio hæc vox precariæ ſubſtantiua nunquam inuenietur; ſi ſenſus genuinus canonis vbi inueniri poſsit accipiatur, & naturæ genuinæ, arborque vera eſſentialis contractuū perquiratur: & ſic ſemper acceptio ſua genuina erit in ſenſu adiectiuo præſupponens ſubſtantiuū vocis poſſeſsionis, aut vocem conuentionis, ſeu contractus, ex quo omnis contractus conuentio eſt l. prima ff. de pact. & propterea præſupponens ſimilem ſubſtantiuam vocem: ipſa vox precaria in fœminino pronuntiata, erit quoddam accidens, & nunquam erit vox ſpeciei ſpecialiſſimæ, & ſubſiſtentis in ſe, alioquin fieret conſequēs quod non reſolueretur in aliud ſi eſſet propria, & vera ſpecies alicuius contractus; & tamen ſemper reſoluibilis eſt, & reſoluitur in aliquam ſpeciem alicuius alterius contractus, & quandoque reſoluitur in duos contractus, vt infra patebit & ſic non inuenitur re, & veritate: vnde vere in numero ſingulari, aut proprie hæc vox ſubſtantiua non inuenietur, nec inueniri crediderim: & ideo manifeſtum redditur quod vnus ſubſtantialiter, & verè terminus dumtaxat inuenitur nempe precarium ipſum neutri generis, & ſic contractus cognitus à Iure ciuili, & deinceps à Iure canonico cognitus, adijciendo perpetuitatem illam, de qua in text. in l. 1. ff. pro ſotio ideſt vſque ad vitam, quæ efficit, vt tranſeat in alium contractum, & dicatur emphiteoſis perpetua; ideſt vſque ad vitam conducen-
tis,

tis, ſeu Rogantis iuxta gloſs. prædictam in cap. hoc Ius in verbo perpetua 10. qu. 2. Quod ſi Panormitan. precarium, & precarias; Hoſtienſis autem precarium, precaria, & precarias, tam in plurali, quam in ſingulari poſuerunt (reuerenter dixerim ſalua eorũ pace) quod tam Hoſtiens, quam Panormitanus vnus contradicit alteri in numero poſitorum, & in legibus Iuris ciuilis, & canonici nõ niſi vnum precarium inuenimus, quod propter adiectionemfactam in cap. fin. in d. §. Porrò d. tit. de precarijs tranſit in contractum emphiteoticum primæ ſpeciei d. gloſs. in verbo perpetua, & in c. hoc Ius 10. qu. 2. ſicut etiam ijdem ſcribentes ex mea ſentẽtia non aduertendo veriores, & genuinos ſenſus, neque ſermones dictorum canonum in verbo precariæ, videntur verius labi dum etiam quaſdam locationes, & commutationes, & fructum, aut vſufructus reſponſiones in veris precarijs Iuris ciuilis, & à Iure canonico receptis, & tranſeuntibus in varias ſpecies cõtractuũ nominatorũ, & quãdoq; innominatorum, de quibus ẽt fit mentio l. Naturalis, ff. de præſcriptis verbis, perſeuerantes in opinione quã non probabilem, ſed potius erroneam opinamur precarias ſubſtantiuè appellarunt quaſi non memoria Recolentes totam arborem omnium contractuum Iuris canonici, & ciuilis: Modica enim adiectio in formalibus efficit, quod alius ſit contractus, vt notatur, & probatur ex text. in l. proponebatur ff. de Iudic. & in l. labeo ff. de ſuppellect. legata, & declarat Franciſc. Niconit. in rubr. ff. de oper. nou. nunciat. nu. 43. ſicut in commodato ſi merces detur tranſit in locationem, & in omnibus ſimilibus, & precariæ iſtæ, (quas appellant;) aut ſunt prima ſpecies contractus emphiteotici, aut ſunt contractus cenſualis illius ſecundæ ſpeciei, de qua commemorat gloſs. notabilis prædicta in d. verbo perpetua, vt

quan-

Digitized by Google

quandoque dicebamus; aut ſunt contractus dò, vt des, iuxt. text. in l. Naturalis ff. de præſcriptis verbis: aut ſunt duo contractus, vt donatio hinc, & reciproca illinc locatio, ſeu vſufructus donatio atque ſigillatius in hac ſpecie rem ipſam exponentes: dum Triplum dat Eccleſia Laico iuxta text. in cap. precario ibi triplum 10. q. 2. Tunc.n. Laicus donauerat prius per liberam pure factam donationem, aliquod .ſ. fundum Eccleſiæ: Et è contra atque Reciproce Eccleſia donauit dedit, que Vſufructũ trium prædiorũ Laico, iuxta text. quod hoc in puncto declarat in c. huiuſmodi in verſiculo ea quoque decernimus non valere d. 10. qu. 2. & d. c. precariæ il primo ibi triplum fructuario vſu d. 10. qu. 2. & propterea tali caſu eſt contractus do, vt des d. l. naturaturalis ſuperius allegata ff. de præſcrip. verb. Aut ſunt duo contractus; nempe donatio Laici erga Eccleſiam; & donatio è conuerſo Eccleſiæ erga Laicum: Quia Reciprocatione non poteſt ex communi ſententia efficere quod dicatur naſci tertiũ genus, ſeu tertia ſpecies actus quemadmodum ſi hinc vulgaris tantum fiat ſubſtitutio, inde vero alia vulgaris, aut alia; nam non ideo naſcitur tertia ſpecies ſubſtitutionum prout eſt opinio magis communis. Dum autem duplum dat Eccleſia tunc pariter erit contractus do, vt des, vel erunt duo contractus nempe donatio puta reſpectu proprietatis, & in diẽ incertum reſpectu vſufructus, ex Laico erga Eccleſiam Et è contra erit donatio vſufructus duorum prædiorum ab Eccleſia erga Laicũ quia Reciprocatio nõ facit tertiã ſpeciẽ, ſed ex cõmuni facit quoddicamur verſari in actu reſoluibili, & illud quod reſoluitur in aliud non dicitur eſſe, vt infra patet lympidiſſimè, ita quod expendiderunt ſuo arbitrio ſcribentes nomen quoddam præcariæ, nempe nomen genericum, immò & equiuocum,

& qui

& qui non inuenietur, vt vniuocè conuertibiliter diffiniri eſſentialiter poſſit, & dubio procul non inuenitur in ſpecie ſpecialiſſima; ſed ſemper eſt aliquis alius contractus arboris contractuum cognitæ, tàm à Iure Ciuili, quàm à Iure Canonico, de qua materia arboris contractuum, etiam Bart. & alij commemorarunt in l. 11. ff. ſi cert. petat. & Bart. in l. iuriſgentium ff. de pact. & text. in Inſtitut. de obligat. & ſecundum talia principia, & nomina contractuum non inuenietur in ſpecie ſpecialiſſima contractuum hæc vox precaria fœmini generis: quippe quoniam, aut reſoluetur in donationem factam Eccleſiæ per laicum, & in locationem: ſeù donationem reciprocam ad vitam con ducẽtis factam ab Eccleſia erga laicum, & ſic in duos contractus: aut reſoluitur in emphiteoſim perpetuã, ideſt ad vitam conducentis: aut reſoluitur in aliam ſpeciem Emphiteoſis, quæ viuit quandiù canon ſoluitur, de quibus ſpeciebus meminit. dict. gloſſ. in verbo perpetua, & in dict. cap. hoc ius porrectum 10. quæſt. 11. ita quod in ſumma ſemper in alios contractus cognitos, & à Iure Ciuili, & à Iure Canonico, reſoluitur. Illud autem, quod ſemper reſoluitur in aliud, non dicitur verè, & realiter inueniri; & in ſumma dicitur non inueniri ſi veritatem amamus, nec dicitur re exiſtere: vnde communis eſt ſententia ſcribentium tùm ciuilis diſciplinæ, tùm Iuris Canonici, quod compendioſa ſubſtitutio, & reciproca, ſeù breuiloca ſubſtitutio non dicuntur inueniri re, & veritate, neq; eſſe ſubſtitutionum ſpecies; ex quo ſemper reſoluuntur in vnã ex alijs ſubſtitutionibus, vel in aliqua, ſeù plures earum, videlicet vel in vulgarem ſubſtitutionem: aut in pupillarem: aut in exemplarem: aut in militarem: aut in fideicommiſſariam ſubſtitutionem;

& ſicut

& ſicut iſta eſt arbor ſubſtitutionum, & aliæ præter has quinque verè non inueniuntur in toto Iuris corpore, ſicuti quandoque dicebamus in repetitione noſtra ſuper l. centurio. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitution. ex quo aliæ duæ reſoluuntur in iſtas, ſicut in vniuerſo etiam Oceano Iuris Ciuilis, & Canonici non inueniuntur niſi ſex ſpecies vltimarum voluntatum, videlicet teſtamentum, codicillus, legatum, fideicommiſſum, donatio cauſa mortis, & mortis cauſa capio, ex communi traditione omnium ſcribentium, vt luculenter congeſsimus in repetitionibus noſtris in l. filium quem habentem C. famil. herciſcund. & in l. in quartam. ff. ad l. g. falcid. & lympidiſsimè in alia repetitione noſtra, ſuper rub. ff. de leg. 1. ita quod talis eſt arbor vltimarum voluntatum, & ſubſtitutionum, quoniam cætera reſoluuntur in iſta, vt frequentiori calculo probatur ab omnibus ſcribētibus vtriuſque Iuris; ita quoniam precaria poſſeſsio, conuentio, ſeù conceſsio reſoluitur ſemper in alium contractum arboris contractuum, non dicitur inueniri, nec eſſe. Et propterea quamuis digniſsima fuerit interrogatio, ſubtilis, & præſtantiſsima, & verè digna tanto viro, vertice cognitionis in omni ſcientia: attamen reſponderi licuit, prout reſponsū fuit, quod in alium contractū, vt emphiteotici, vel cenſualis contractus, vel precarij, vel ſimilis cadebat, & quod verius erat nomen adiectiuum, quia opiniones ſingularium Interpretum, & loquelæ ipſorum non faciunt eſſe id, quod non eſt, & quod repugnat principijs arborum totius Iuris in ſua materia, & ita Iuris eſſe exiſtimarem omnino, ſaluo ſemper. Ac reſeruato meliori, ac prudentiori cui ſemper, &c. Vnde mihi fas ſit dicere illud Poetæ carmen.

Hæc quamquam miſſe valet quia parua videntur
Tu tamen hæc quæſo, conſule miſſa boni.

De Comitibus Palatinis. & ſic de viginti annis publicè legentibus.

CVm Doctores ſicut ſplendor firmamenti, & veluti Stellæ in perpetuas æternitates fulgere dicat ſummus Pontifex in capitul. final. extra de magiſt. & Diuus etiam Thomas noſter Aquinas tradat eos aurea laureola præ cæteris eſſe etiam honorandos, in ſignum adeptæ dignitatis, quo fit, vt Anteceſſores, Domini, Præceptores, Sacerdotes, atque Patres etiam aliquando paſsim dicantur, vt per Albericum in rubr. Digeſt. Veter. ad finem. Mirum in modum idcircò videri non debet, ſi præter alias infinitas, quas ob ſcientiæ eminentiam dignitates conſequuntur, illuſtres quoque appellari ſoleant, & debeant, (hoc enim honore, eos meritò inſigniri debere tradit Imperator noſter Iuſtinianus, cum per ſpatium, ſcilicet, continuum, viginti annorum publicis ſtipendijs profeſsi fuerint in aliqua Academia) Author eſt Barthol. in proœm. Digeſtorum numero mihi duodecimo, & in l. penultim. C. de militar. teſtament. per text. in l. vnica C. de profeſſorib. qui in Vrbe Conſtantinopolitan. cuius ſententiæ, & opinioni, omnes ferè legum Interpretes in l. prima ff. de offic. eius, cui mandat. eſt, iuriſdict. & alibi paſsim ad ſtipulantur, & ibi etiam Decius numero decimo ſexto, Curt. Iun. numero duodecimo, & alij ſequiores ſexcentis varijs in locis eamque opinionem communiter eſſe receptam, teſtatur ibidem Iaſon ſub numero duodecimo, & ita fuiſſe de Iure obtemptum aſſerit Caccialup. in tractat. de debitor.

fu

fugit.quæſt.ni fallor, quinta column. ſecunda. Ac de conſuetudine idem etiam obſeruari fatetur Bald. ſi rectè, animaduertatur in proem. Digeſtorum column. ſecund. quem refert, ac ſequitur Bolognin. atque Bart. in Authentic. habita ſub numero quinquageſimo, quarto C.ne fil.pro patr.Et nemini inquam dubiũ eſt, quin Excellẽt.Doctori aliquid cõſuetũ aſſerenti,præterquã de Iure contrarium non probetur, illud ei credendum eſt, vt apertiſsimè traditur per gloſſ.in l. dos à patre C. Solut.matrim.& per Bald.in cap.cum dilectus in tertio notabili de cenſib. Et quamuis Alexand. in dicta l.prima ſuperius citata ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdict. communem hanc opinionem minimè probauerit,quem Recentiores nonnulli iuris Interpretes aliorum inuidi meritorum ſequuntur, moti (vt arbitror) ex eo, quia Doctores prædicti Ducibus, atque Comitibus æquiparantur, vt clarè habetur in dicta lege vnica ſuperius allegata,Ex qua Spectabiles dumtaxat,non etiam Illuſtres eſſe conſtat,prout habetur ex l.raptores C.de Epiſcop. & Cleric. atque etiam in l. ſi quando C. de appellationib. Nihilominus Alexandri aſſumptum facilè denegari poteſt;nam Duces, & Comites eſſe Illuſtres probat Decius in dicta l.prima per vulgatiſsimum textum in l.Prouincialium C.de erog.milit. ann. libro duodecimo,& in l.prima C.de offic.magiſtr. milit. atque etiam in l.prima C.de aduerſ.diuerſ.iud.nec non, & in l.final.§ final.C. de aſſeſſorib. Et demum in l.ſi quis C.vbi cauſſ.fiſc.&c. cum mille alijs ſimilibus, atque concordantibus, ques enumerare conſultò breuitatis cauſa omitto ex quo fit, vt qui dicuntur Illuſtres, Spectabiles, & ipſi quoque ẽt dicantur, & ita certè loquitur euidens text. in dicta l. raptores ſuperius allegata. Idque etiam ſuadetur quoniam in ſupradicta lege vnica ſæpius ſupracitata hi Do-

ctores, Vicarijs, æquiperãtur, qui dicuntur etiam Illuſtres vt clarè habetur in l. penultim. cum Authentic. ſequent. C. de procuratorib. Rurſus quia cum Vicarij Comitibus præponantur vt diſtinctè, atque apertiſsimè habetur in l. prima C. de offic. Vicar. ſequitur multo magis dicendum eos eſſe Illuſtres argument. text. in l. de acceſſion. ſub titul. de perpet. & temporalib. præſcriptionib. Et ſic conſequenter etiam omnes qui illis æquiperantur, vt eſt videre in l. ſi quis C. de furt. cum vulgarib. vel etiam ad Alexandri obiectionem, atque argumentum reſponderi facillimè poteſt, quod, & ſi Comites, per ſe ſint Spectabiles, tamen vbi vtraque ſimul qualitas concurrit, dicuntur etiam Illuſtres, argument. tex in Authentic. de conſ. & int. fratr. & ita ſentit etiam Curt. Iunior in dicta l. prima ff. de offic. eius cui mãd. eſt iuriſd. Nec non adde etiam vltra alios ſcribentes ad maiorem ſtudioſorum ſaturitatem Decian. conſil. 38. numero mihi 31. lib. 3. Atq; Menoch. in ſuo tractat. de arbitrar. iudic. libr. ſecund. caſu 68. numer. mihi 43. nec non etiam Vincent. de Franch. deciſion. 115. Ex quibus omnibus, atque cæteris ſimilibus videtur dicendum quod Doctores prædicti qui comitatus dignitate ſunt decorati omnes, & quaſcunque prærogatiuas, atque dignitates conſequantur quibus Illuſtres viri fruuntur, vt latè per ſcribentes habetur in locis ſuperius ſæpiſsimè adductis, vnde ſequitur certè dicendum quod meritò qui per viginti annorum curſum, atque ſpatium publicè in aliqua Academia profeſsi fuerint, & à Principe ſunt Comitatus dignitate honorati, Illuſtres quidem omninò ſunt nuncupandi, & hæc pro nunc ſolummodo breuiter attingiſſe ſufficiant. Reliqua verò, maiorem nacti otium in aliud tempus diſtulimus, interim cæteros conſulite Recentiores, atque moderniores auctores, ad quos, &c.

Doctè,

Doctè, ac clarè de Stationibus habetur Et quid Statio in iure noſtro ſignificet, explicatur.

ANtoninus Auguſt.in l. prima C. de compenſationib. Compenſationi inquit in cauſa fiſcali, ita demum locum eſſe, ſi eadem ſtatio, quid debeat, quæ petit, at ſi vna debeat, & alteri debeatur, fieri compenſatio non poteſt, ne fiat confuſio diuerſorum officiorum: Eadem ergo ſtatione petente quæ debet, locus eſt compenſationi, qvod intelligendum erit, ſi intra duos menſes docuerit deberi, ſibi debitum is qui contra fiſcum compenſatione vtitur, quod ab Hermogeniano reſponſum eſt etiam, in l. aufertur §. qui compenſationem de Iur. fiſc. Stationes autem ſunt loca, in quibus officia fiſcalia cõſiſtunt l. prima C. ne fiſc. rem quam vend. euinc. libr. decim. De iiſdem fiſcalibus ſtationibus conſtituit Alexand. Auguſt. emptorem rei fiſcalis, non ſolum, ab eadem ſtatione, ſed nec ab alia, quidem quæſtionem pati debere æquum eſſe, quo loci Accurſius in verb. ſtatione ait Fiſcum plures habere ſtationes, & ſi vnius ſtationis rem vendat, quaſi ſit alterius, non poteſt alterius nomine reuocare, inde elicit argumentum ad Abbatem plura monaſteria habentem, ſi vnius rem vendat, quaſi alterius, non poteſt reuocare; Sic quoque tabellionum ſtationes dicuntur, à Iuſtinian. in nouell. de tabell. §. vt ergo omnia hæc; Sic ſtationes qui cui ſui pnblico præſũt qui ſtationarij etiam dicuntur, & de his extat titulus in duodecimo lib. Cod. de Cur. & ſtation. Vtriuſq; enim nominis ſignificatio explicatur in Marginali ad illũ tacta tũ additione. Sic ſtationes viliũ negociorũ, qui & ipſi ſtationarij nominantur à Diocletiano in l. ne quis ex vltimis

mis C. de dignitatib. lib. duodecimo, & à Conſtantino in l. 1. de cohortal. eod. lib. A Zenone verò ijdem apothecarij ſunt appellati in l. ſi cohortalis ad finem eod. titul. Nam ſtatio, & apotheca ſunt eiuſdem ſignificationis. Sic ſtationes apparitorum, qui in vrbe diſpoſiti ſunt ad tuendum vt Vlpianus reſpondit, popularium quietem, & ad referendum Præfecto vrbi, quæ aguntur in Prouincijs l. prima §. quies ff. offic. Præfect. Vrb. De ſtationibus, ſeù ſtationarijs eſt, & alia mentio in l. ſi quis ſe C. de accuſationib. & in l. vniuerſi C. de vectigalib. Statio interdum pro Vigilia accipitur apud Modeſtinum in l. deſertorem de re militar. Qui ſtationis inquit, munus relinquit: Hinc ſtationarij milites, qui vigilijs ſunt deputati, l. omnia de offic. præfect. vrb. & in l. prima §. ſtationem de flumin. Ait Vlpianus à ſtando dici ſtationes, & is locus demonſtratur, vbi tutæ naues ſtare poſſunt Item ſtatio dicitur quicunque locus in vrbe, in quo frequenter conſiſtitur, veluti porticus, aut officina publica Plinius ita tradit in epiſtol. Plerique inquit in ſtationibus ſedent, tempuſque audiendo fabulas conterunt, Statio præterea locum ſignificat ad ſtandum deſtinatum, Valer. collocatas à ſe in quadam ſtatione quinque cohortes, in qua ſignificatione eſt illud Iuuenal. in ſexta ſatira Lachrymiſque paratis in ſtatione ſua. Liuius etiam libr. ſept. primæ decad. ſic ait. Nec Galli ſe ſtatione tenuerũt; Hinc ſtationes apud Catholicos de quibus Eccleſiaſtici ſcriptores agunt, Hinc ſtata ſacrificia, ſtatiua, caſtra, ſtatiua præſidia, & id genus, multa, Accipitur etiam aliquando pro ipſis Cuſtodibus, vt per Tranquill. in Tiber. Diſpoſita ſtatione per ripas Tiberis, quæ obuiam producentes ſummoueret. Item & pro officio ſtandi, quandoque ponitur. Senatus ait Valer. aſſiduam eo loci peragebat; Conſulto vulgatiſsima. Vergilij loca

præ-

Digitized by Google

præterij. Statio tutiſſima nautis, Et ſtatio malè fida Carinis. Et hæc ſatis.

Maximus ad legem falcid. lex nempè LXVIII. enucleatur.

HAereditatum computationi in alimentis faciendæ hanc formam ineſſe Vlpianus ſcribit, vt à prima ætate vſque ad annum Vigeſimum quantitas alimentorum triginta annorum computetur, eiuſque quantitatis falcidia præſtetur. Ab annis vero viginti vſque ad vigeſimum quintum annum, annorum vigintiocto. Ab annis vigintiquinque, vsque ad annos triginta, annorum vigintiquinque. Ab annis triginta, vſque ad annos trigintaquinque, annorum vigintiduo. Ab annis trigintaquinque, ad anuos quadraginta, annorum viginti. Ab annis quadraginta, vſq; ad annos quinquaginta tot annorum computatio fit quod ætati eius ad annum ſexageſimum deerunt, remiſso anno vno; Ab anno vero quinquageſimo vſque ad annum quinquageſimumquintum, annorum nouem. Ab annis quinquagintaquinque, vſq; ad annum ſexageſimum, annorum ſeptem. Ab annis ſexaginta cuiuſcumque ætatis ſit, annorum quinque. Eoq; nos iure vti Vlpianus ait, Et circa computationem vſuſfructus faciendam. Solitum eſt tamen à prima ætate vſque ad annum trigeſimum, computationem annorum triginta fieri. Ab annis vero triginta tot annorum computationem inire, quot ad annū ſexageſimum deeſſe videntur. Nunquàm ergo amplius, quàm triginta annorum computatio initur, ſic denique, & ſic Reipublicæ vſusfructus legetur, ſiue ſimpliciter, ſiue ad ludos triginta annorum computatio ſit.

In-

INterpretaturus legem hæreditatum computationi ad leg. falcid. ſiue legis potius cauſam ſpeculaturus, lex enim ipſa per ſe clara, & perſpicua eſt; nec eget interpretatione, ſi nihil vltra quæratur, At cauſſa cum non afferatur ad Authore, nec facile inſpici queat in tanta annorum varietate, digna profectò eſt, quæ ſummo ſtudio quæratur ab ijs, qui non corticem, ſed medullam legum ſcire cupiunt: neque enim credendum eſt tales, ac tantos viros, quales ſunt priſcæ illius ætatis Iuriſconſulti quidquã temere, & caſu effudiſſe, ſed ſingula potius ſummo conſilio, ſummaque cum ſapientia decreuiſſe hoc, inquam, ſpeculaturus, quoniam facile, vt ſpero, innoteſcet, nõ nullis prius cognitis, de ijs prius differam, quo facillime tota res alioquin difficillima perſpiciatur; Sciendum igitur eſt, quòd ſi aliquid nobis peragendum fuerit, quod eiuſmodi eſt, vt reliquorum omnium, qui hoc ipſum agunt, pauci ad finem multi ad medium perueniant, pauci item in ipſis deficiant initijs, ſi antequam rem aggrediamur dijudicandum eſſet ad quem terminum veriſimile ſit nos peruenturos, ſolere ſapientes, & æquos rerum æſtimaturos, de medio iudicium ferre: licet enim quodcunque proferatur iudicium, minime certum ſit, minimeque verum experientia cum vno aliquo demoſtrare poſſet, negari tamen nõ poteſt, quin minus in certum iudicium ſit, quod ad ea quæ frequenter accidit accomodatur, quam id, quod ad ea quæ raro eueniunt; ſi enim non vnius, ſed multorum ratio habeatur iudicium medij vt plurimum comprobabit, extremorum autem vt plurimum reprobabit, experientia. Ad hoc forte reſpiciens grauiſſimus legis auctor, quoniam tota difficultas in eos ita eſt, vt rectè iudicetur quot quinque annos conſimile ſit victurum fore cuiuſcumque ſit ætatis, cum longiſsimam hominis vitam ad octua-

octuageſimum vſque annũ perduci iudicaſſet: ex ijs enim qui longiorem viuunt vitam, plurimi hac moriuntur ætate, idemque iudicium faciendum eſſe exiſtimaſſet de vigeſimo anno, & de ſingulis infra vigeſimum ob rationem, quam inferius adducemus, quoniam inter vigeſimum, & octuageſimum annum, ſexaginta intercedunt anni, dimidium autem ſexaginta ſunt triginta, ideo huic ætati triginta vitæ annos tribuit; Neque enim tam multos tribuere voluit, quot viuere poſſunt ij qui quamplurimum viuunt, neque contra tam paucos, qui quot viuunt ij, qui quam minimum viuunt: Extrema enim raro ſuccedunt: proinde mediam ſequutus eſt viam Iureconſultis amiciſsimam, hoc eſt id quod frequenter accidit; cumque idem etiam iudicium faciendum eſſe exiſtimaſſet, de vigeſimo quinto anno, & de ſingulis annis intra vigeſimum, & vigeſimum quintum, quoniam inter vigeſimumquintum, & octuageſimum annum, & quinquagintaquinque intercedunt anni, dimidium autem quinquagintaquinque ſunt viginti ſeptem cum dimidio; ideo huic ætati viginti octo vitæ annos tribuit addidit autem dimidium, quo integros tribueret annos. Similiter quoniam inter trigeſimum, & octuageſimum annum, quinquaginta intercedunt anni, dimidium autẽ quinquaginta ſunt vigintiquinq; ideo huic ætati viginti quinque vitæ annos tribuit; ſimiliter quoque, quoniam dimidium quadragintaquinque, quot intercedunt, inter trigeſimum quintum; & octuageſimum annum, ſunt viginti duo cum dimidio, ob id huic ætati viginti duo vitæ annos tribuit; detrahaxit autem dimidium, quo integros tribueret annos, & compenſationem faceret eius, quod ſupra addiderat, addidit autem eo in loco magis quam in hoc: ſi enim de aliquo credendum eſt plus æquo victurum fore, de iuniore hoc credẽdum eſt,

Atque ob hanc eandem cauſſam, ætati quadraginta annorum tribuit viginti vitæ annos Quo autem melius omnia ſupradicta intelligantur liceat nobis aliquantiſper digladiari cum Vlpiano: Tirunculo ſcilicet, cum gladiatore vetulo, nonne exactius Vlpianæ de quauis ætate iudicaretur, ſi iuſta præſcriptam normam, ſeparatim de ſingulis annis, non coniunctim de multis idem feratur iudicium In hac præterea coniuncturi, & multa inſunt abſurda iidem vitæ annos tribuis ijs, qui multis interſe differunt annnis, & quod peius eſt totidem vitæ annos tribuis ijs, qui pluribus minimè, totidem ijs, qui paucioribus differunt annis, A tali enim ætate viginti vnum & viginti quinq; annorum totidem tribuis annos, viginti autem,& viginti vnum minimè totidē hoc paucis in cęteris ordinibus;Quòd ſi coniunctim de multis idem faciendum eſt iudicium, cur de quinque tantum annis, non autem de pluribus, aut de paucioribus quinque puta ſeptem,aut tribus,an ita ab hac fortè Vlpianus: vt quis diutiùs viuat concurrant neceſſe eſt, non ſolum ætas iuuenilis; ſed præterea alia multa ſcilicet bonum temperamentum, optima viuendi ratio, Cœlum ſalubre, ne ſe laboribus, & langoribus dedat; Pericula vt fugiat, ne quid incurrat in eum quod illi ſubito vitam eripiat, & quamplurima alia ſimilia, quoniam igitur futuræ vitæ ſpes, & diuturnitas non pendet ex ætate tantummodo, ſed ex alijs etiam multis, ideo multis coniunctim ætatibus,idem tribuuntur vitæ anni: Vix enim fieri poteſt in tanto variarum rerum concurſu, vt ſi quis in vno alterum ſuperet,non ſuperetur viciſſim ab altero,in aliquo alia, De quinque autem tantum, & non de pluribus, idem fit iudicium, cum enim ætas maximè, & in primis requiratur ad longam, & diuturnam vitam, non falleret veriſimile totidem victuros annos, eos compluribus, quàm quinque interſe different annis,minimè autem de

Digitized by Google

paucioribus quinque. Cum enim præter ætatem infinita etiam alia requirantur, veriſimile eſt eos etiam, qui quinque interſe tantummodo differunt annis totidem victuros annos. Nihil eſt, propterea, quod mirer's coniunctim, de quinque tantum, non autem de pluribus, aut paucioribus quinque idem factum eſſe iudicium, nec etiam quod totidem tribuuntur anni ijs, qui pluribus, minimè, aut, totidem ijs, qui paucioribus, viginti enim annorum ætati primo ei per ſe tribuuntur triginta vitæ anni: ætati autem viginti vnius annorum, non primo, & per ſe viginti octo tribuuntur anni; ſed quatenus perſonam repreſentat viginti quinque annorum, ſed quid Vlpianè quod coniunctim de quinque idem facturus iudicium, tribuis reliquis tot annos, quot conueniunt, ex præſcripta norma maiori natu, minimè autem quod conueniunt minoribus natu, ita enim fiet, vt nullus ex quinque plures ſortiatur annos, quam ſibi conueniant ex præſcripta lege, ſed maior natu totidem; minores autem pauciores, ſecus ſi fieret minor natu totidem, maiores verò natu, plures ſortiretur annos, at frequentius accidit, vt quis pauciores quam vt plures viuat annos ijs qui ſibi conueniunt iuxta præſcriptam normam, itaq; rectè quidem omnia, & ſingula Huc uſq; quidem ita progrederis Vlpiane à prima ætate vſque ad vigeſimum à vigeſimo vſque ad vigeſimumquintum, à vigeſimoquinto vſque ad trigeſimum à trigeſimo vſque ad trigeſimum quintum à trigeſimo quinto vſque ad quadrageſimum. Ita vt coniunctim de multis idem facies iudicium à quadrageſimo autem vſque ad quinquageſimum annum ſeparatim de ſingulis iudicium facis, non ita longos facis paſſus in hac via, nec eadem vteris norma, quid noui hoc eſt? times fortè, ne ad lapides pedes offendas? an non eadem eſt via? vt igitur

artificij huius calliditas detegatur, philoſophandum non nihil etiam nobis eſt; ſtrenuus enim gladiator ſi contrahit paſſus, ſi feriendi modos variat, non caſu, ſed arte id facit ſi in definiendo huius vitæ curriculo habenda ratio eſſet, eius tantum quod eſſe poteſt non diſcedendum vtiq; fuiſſet Vlpiano à via, quam hucuſque tenuit, Cum enim dimidium annorũ, qui nobis deſũt ad octuageſimum annũ tanto ſpatio ſuperare poſſimus, & quanto poſſumus ab eo deficere in hac ambiguitate tutiſſimum vtrique fuiſſet ad medium ſemper confugere, verum quoniam habenda ratio eſt eius etiam quod eſſe ſolet permagnè enim intereſt, vtrum res aliqua poſsit, an ſoleat eſſe, vt enim eſſe poſsit ſat eſt, vt raro, aut ſemel eueniat, at vt eſſe ſoleat frequenter accidat neceſſe eſt, Solet autem hominis vita ad ſexageſimum vſque annum ſæpè perduci, minimè autem vlterius, Hinc factum eſt, vt Vlpianus non eadem via progreſſus fuerit in annis vltra quadrageſimum qua progreſſus eſt in annis citra quadrageſimum; ſi enim in vnam ſummam colligantur anni citra quadrageſimum, & dimidium annorum, qui illis deſunt ad octuageſimum vſque annum; idemque vltra quadrageſimum, & dimidium annorum, qui illis deſunt ad octuageſimum vſque annum tranſilient, Et quidem annum ſexageſimum illis antem minimè vt experientia videre eſt; Video nunc Vlpiane, quam ob cauſam ab incepto itinere digreſſus eſt, ſed cur iter mutaturus hanc potiſsimum aggreſſus es viam dicendũ nunc tibi eſt, cur à quadrageſimo vſque ad quinquageſimum annum ſeparatim de ſingulis annis iudicium facis, cur ita iudicas de hijs alijs annis, cur denique non idem facis iudicium de pluribus, aut de paucioribus annis, ſed videndum, ante nobis eſt, quid ſibi velit Vlpianus hijs verbis, Ab annis quadraginta, vt ad annos quinquaginta anno-

Digitized by Google

annorum computatio fit, quot ætati eius ad annum ſexageſimum deerit, remiſſo vno anno. Longe enim aliter ea nos interpretamur, atque interpretatus eſt Accurſius quem cæteri omnes aſſeclæ ſequuntur, ante enim videndum eſt, quid dicatur, deinde, quærendũ qua ratione dicatur, Accurſius, ita interpretatur remiſsionẽ illã vnius anni in qua poſita eſt tota difficultas, vt quot ætati eius ad annũ ſexageſimũ deerit totanni vno minus tribuãtur, reliquæ vitæ, ita.n.inquit, vt ſi habet quadragintaduos annos præſumitur viuere decem, & octo vno minus. Sed vide Accurſi quot, & quãta ſequantur ex hac tua interpretatione abſurda. Finge in vno, & eodem factum eſſe homine iudicium, de rel quis ſuæ vitæ annis, anno ætatis tuæ quadrageſimo, & quadrageſimo ſecundo. Dum igitur annum agit quadrageſimum viginti uitæ anni tribuetur illi iuxta præſcriptam normam. Ita ut ad ſexageſimum annum credendum ſit eum peruenturum, Dum autem annum agit quadrageſimum ſecundum iuxta tuam interpretationem decem, & ſeptem tribuentur anni, ita vt non ad ſexageſimum, ſed ad quinquageſimum nonum exiſtimetur peruenturum .ſ.annum. Dum igitur viginti annorum ſpatium abeſt quis à ſexagenario anno exiſtimatur ad ſexageſimum peruenturum annum, Dum autem per decem, & octo annorum ſpatium abeſt ab ſexageſimo anno minimè creditur ad ſexageſimum peruenturum annum. Quid hoc eſt quo plus reſtat viæ, eo magis ſperas de reliqua via, quo aut minus reſtat viæ, eo magis deſperas de reliqua via. At hec abſurdiſsimum eſt maximeque etiam repugnatur ſuperiori methodo ſi enim in vnam ſummam colligantur anni vitæ ante actæ, & anni, qui tribuuntur reliquæ vitæ plures ſemper reperies annos, qui tribuantur maioribus natu, quã hij qui tribuuntur minoribus natu, nã viginti, & trigin-

triginta faciunt quinquaginta, vigintiquinque, & viginti octo faciunt quinquaginta, & tres, triginta, & viginti quinque faciunt quinquagintaquinque, trigintaquinque, & viginti duo conſtituunt quinquagintaſeptem, quadraginta, & viginti faciunt ſexaginta quadraginta duo, & decem, & ſeptem reddunt, quinquaginta, & nouem. Ita vt contra cum in ſuperioribus pauciores ſint anni maioris natu, quam minoris natu, ſed in tanta Accurſianorum multitudine erit fortaſſe aliquis, qui ita defendet Accurſium, Nonne & Vlpianus ætati viginti annorum tribuit triginta annos, ita, vt ad quinquageſimum exiſtimet peruenturum annum ætati autem viginti, & vnius, viginti octo tribuit annos, ita vt non ad quinquageſimum, ſed ad quadrageſimum nonum exiſtimet peruenturum annum, nihil igitur eſt quod miremur, quod ſi in vnam colligamus annos vitæ anteactæ, & annos reliquæ vitæ maior ſit ſumma minoris natu, quam maioris natu, At nos longe aliam rationem dicimus eſſe, in his, atque in illis; Aetati enim viginti vnius annorum non primo, & per ſe tribuuntur viginti, & octo vitæ anni, ſed quatenus perſonam repreſentant vigintiquinque coniunctim enim iudicium fit ab annis viginti, vſque ad annos viginti quinq; ob rationem ſuperius adductã vſque ad annos, &c. De quadrageſimo autem ſecundo ætatis anno per ſe iudicium fit, & ſeperatim ab alijs, ita vt non eadem ſit ratio, in his atque in illis. Nos autem ne in hos ſcopulos incidamus, ita interpretamur remiſſionem illam vnius anni, vt quot deſunt ætati eius remiſſo vno anno ad annum ſexageſimum tot tribuantur anni reliquæ vitæ, vt ſi aliquis eſt in quadrageſimo ſecundo annorum ſpatio, quoniam detracto vno anno abeſt à ſexageſimo per decem, & nouam annos tot annorum computatio fiet, ita enim maior natu plures ſortietur

tietur

Digitized by Google

tietur annos, totaq; res conſentanea magis reddetur rationi, & ſuperiori methodo, omniaque melius quadrabuntur, calceus enim pedi non pes calceo, vt dici ſolet accomodandus eſt. Non ego magnum crimen exiſtimo diſſentire ab Accurſio, non enim illum tanti facio, quanti facit infinita turba eorum qui iuri ciuili operam dant, ſuſpicant illi ad miraculum, vſque Accurſium, ego autem (abſit verbo arrogantiæ) laudo quidem illum, ſed ita laudo vt multo doctiorem prudētiorem, & acutiorem interpretem in iure ciuili deſiderem, idemque facio iudicium de Bartolis, Baldis, Alexandris Soccinis, Iaſonibus cæteriſque huius notæ. Non enim ſunt inſtructi his artibus, quibus inſtructos eſſe oportet optimos veterum iure conſultorum interpretes. Quas illi leges ſcriptas nobis relinquerunt, hauſerunt ex fontibus Philoſophiæ Mathematicharum diſciplinarum, & aliarum artium reconditarum. Qui ergo fieri poteſt Bone Deus, vt vix, ac ne vix quidem Grammatici tantorum virorum miſteria ſatis percipiant? Non hæc dico, quo mortuorum gloriæ quidquam inuideā, ſed vt moneam iuris ciuilis ſtudioſos, ne illotis, vt aiunt manibus accedant ad iuris ciuilis ſcientiam neuè tantum tribuant authoritati horum interpretum, vt ex ore pēdeant illorum præſertim cum hæc ætas noſtra quamplures viros tulerit, & Iureconſultiſſimos quos, modeſtiæ cauſa omitto præſertim Iacobum Cuiacium præſtantiſſimum Iuris interpretem, cuius ſcripta ſi diligenter legerint, & cum aliorum ſcriptis comparauerint Iuris ſtudioſi fortaſſe in meam quoque ſententiam, etiam venient. Videtur enim nobis præſtantiſsimus hic Iureconſultus imaginē quandam referre Veterum illorum Iureconſultorum longoque interuallo anteponendus eſſe cæteris interpretantibus quotquot extant ad hanc uſq; diem, ſed ut eo,

unde

Digitized by Google

unde digreſſa eſt, noſtra redeat oratio. Separatim autem de ſingulis annis ab annis quadraginta uſque ad annos quinquaginta iudicium fit iuxta præſcriptam normam. Cum enim ſoleant homines ad ſexageſimumprimum annum peruenire, neque ita multi deſint illis qui ſunt intra annum quadrageſimum, & quinquageſimum anni ad annum ſexageſimum primum erat ſeparatim de ſingulis annis iudicium faciendum juxta præſcriptam normam. Cum enim ſolent aliqui perduci ad aliquem locum, neque longè abſunt ab eo loco, uidetur certum eſſe iudicium, quod eo ſint peruenturi; minimè autem de paucioribus, reliquis enim fuiſſent tribuendi tot anni, ut annum ſuperarent ſexageſimum primum. At ob dictam cauſam non eſt iudicandum de ijs, qui abſunt à ſexageſimo primo anno per undecimum, & plurium annorum ſpatium, quod ſexageſimum primum annum ſint ſuperaturi, minimè autem de pluribus, qui enim propinquiores ſunt ſexageſimo primo anno iudicãdum eſt, quod hunc annum ſint etiam ſuperaturi, & hæc pro nunc ſatis, &c.

Agitur in hoc capite de preſcriptionibus. Et earum variæ ſpecies enumerantur.

QVia variæ ſunt præſcriptionis ſpecies ſexcentis varijs in locis in iure diſperſæ, ideo opere pretium duxi eas ſimul coniũgere. Primo igitur reperitur præſcriptio viginti horarũ veluti in viro qui debet adulterum detinere cum vxore deprehenſum eo temporis ſpatio l. capite ff. de adulter. Secundo eſt præſcriptio vnius diei veluti in eo qui viua voce nolit appellare, nam poſtea non auditur ſine libello l. litigatoribus, C. de appella-

pellationib. veluti etiam in Iudice ſententiam referendo, nam eo die tantũ quo definiuit poterit ſupplere ſi quid erratum erit, & l. Paulus ff. de re iudicata. Tertio eſt præſcriptio duorum dierum veluti, quæ obijcitur ei, qui ornatum equũ vendidit, nam niſi ante biduum emptor ornatum petat, poſtea non auditur l. ædiles §. videndum ff. de ædilit. ædict. Quarto eſt præſcriptio trium dierum vt in aduocato cui licet infra triduum ſuum errorẽ corrigere l. fin. C. de error. aduocat. Rurſus eadem obijcitur recuſanti iudicem ſuſpectum l. fin. C. de iudic. Item legenti fructus in agro alieno l. prima ff. de gland. leggend. Quinto eſt præſcriptio quinque dierum, eius ſcilicet qui promiſit hominem ſiſtere in iudicio certo die, nam ſi poſt quinque dies venit exhibere non poteſt l. ſi poſt tres ff. ſi quis cautionib. Sexto eſt præſcriptio nouem dierum, vt non conueniatur quiſquam ex perſona defuncti ante id tempus poſt eius mortem connumerandum l. cum ſit iniuſtum cum, Authent. ibi poſita C. de ſepulchr. violat. Septimo eſt præſcriptio decem dierum quæ conceditur appellare volenti, Authent. hodie C. de appellationib. Eſt & alia ſimiliter de qua in l. quod ſi nolit, §. ſi quid ff. de ædilit. ædict. Octauo eſt præſcriptio quindicim dierum veluti quando teſtes producti de alia Prouincia, Ciuitate, vel loco tunc per quindecim dies ibidem ſtare coguntur, vt iure iurando deponant l. ſi quando C. de teſtib. Nono eſt præſcriptio viginti dierum quæ competit ei qui oblato libello in iudicio vocandus eſt. Eſt & alia quę competit conuento coram iudice delegato ipſum ſuſpectum accuſare volenti l. cum Papinianus, & Authent. ibi poſita C. de ſentent. ſimilis eſt, & alia etiam quæ datur iudici depoſito officio vt in l. prima C. de acceſs. Decimo eſt præſctiptio triginta dierum veluti ſi creditor fuerit con-

Digitized by Google

feſſus ſibi ſolutum eſſe quod non fuit, vel inſtrumentum reddidit creditori, elapſis enim triginta diebus aſſerere non poteſt l.in cōtractibus §.ſuper certis C.de nō num. pecun. Eſt & alia competens ei qui vſus eſt via l. prima §.hoc autem ff. de itin.actu. priuat.Item alia de eo qui vectigal non ſoluit l. imperatores, & l. inter diem §. ſi ſuper ff. de publ. & aliæ huiuſmodi ſimil. Vndecimo eſt præſcriptio quinquaginta dierum quæ competit volenti ſe a tutela, vel cura excuſare §. qui autem inſtit. de excuſ. tutor.Rurſus alia quādo iudex depoſitus ab officio debet in eadem ciuitate, vel prouincia quinquaginta diebus commorari l.prima C. vt omnes Iudic. Duodecimo eſt præſcriptio duorum menſium. Veluti quæ datur ad torquendos ſeruos poſt miſſionem repudij l. finali C. de adult. Item alia vt infra tale tempus inuentarium debeat terminari l. ſancimus.§. fin.autem. C. de iure delib. Eſt & alia de emphiteuta, vt poſsit vendere poſſeſsionē infra duos menſes poſt denutiationē domino factā l.finali,§.fin autē C.de iur.emphiteut.c.potuit extra eo dē titul.& aliç quoq;ſimil. Decimo tertio eſt prçſcriptio ſexaginta dierum veluti ſi maritus vult accuſare adulterium vxoris l. iure mariti C. de adult. & alie ſimiles. Decimo quarto eſt præſcriptio centum dierum quæ cōpetit petenti bonorum poſſeſsionem iure conſanguinitatis §. liberis itaque Inſtitutionib.de bonor. poſſeſsion. Decimo quinto eſt præſcriptio trium menſium veluti in hærede dicente ſe repudiaturum, expetatur enim ſpatio illius temporis l. ſcimus §. cum igitur C. de iur. delib. Eſt & alia que competit marito qui confeſſus eſt ſe dotem recepiſſe, quam non recepit §. ergo in fin. in Authentic. de temp. non ſol. dot. Authent. quod locū C. de coll. & alia quæ datur parti volenti concluderē in cauſa Authent. jubemus C. de iudic. Decimoſexto

eſt

eſt præſcriptio quatuor mentium vt poſt latam ſententiã iudicis currant vſuræ l. ſecunda. C. de vſur. re iud. Alia quæ datur contra tutorem, vel curatorem qui cauſam reſtitutionis non peregit l. qui bona gratia ff. de excuſat. tutor. Decimo ſeptimo eſt præſcrptio quinque mentium de eo qui redimere poteſt ab emptore l. ſciendum §. finali ff. de red. Decimoctauo eſt præſciptio ſex mentium veluti in redhibitoria vt l. ſecunda C. de ædilit ædict. Item in eo qui impetrauit dilationem l. prima ff. de dilationib. Item alia quæ datur contra accuſatorem mulieris de adulterio l. prima § accuſationem ff. ad Turpillian. cum ſimil. Decimo nono eſt præſcriptio nouem mentium veluti cum producuntur teſtes ex partibus vltra marinis l. prima C. de dilation. Item alia vt in l. final. C. de iur. deliberand. Vigeſima eſt præſcriptio decem menſium quæ datur contra, eum qui deperiurio redarguitur §. ſi quis autem in Authentic. Vt litig. iur. Vigeſima prima eſt præſcriptio vnius anni quæ multiplex eſt veluti quæ competit ad bonorum poſſeſsion. petendã l. final. C. vnde liber, veluti de ea qui alienat iuditio mutandi cauſa vt habetur in toto titul. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. Alia veluti in venditione meticuloſa l. ſi cum exceptione §. ſecundo ff. quod met. cauſs. Alia de eo qui in fraudem creditoris alienauit omnia bona ſua §. ſin. C. de reuocad. his. quæ in fraud. credit. & id genus innunerabiles. Vigeſima ſecunda eſt præſcriptio duorum annorum veluti in licterarum obligatione vt inſtit. de licter. oblig. & de non numerata pecunia l. final. C. de non numer. pecun. Rurſus, & alia de locatione horreorum l. cum domini ff. locati & alia ſimil. Vigeſima tertia eſt præſcriptio trium annorũ veluti in rebus mobilibus vt in toto titul. Inſtitution. Digeſtorum, & Codici de Vſucapionibus. Alia etiam quæ competit mulieri-

 bus

bus pro exactione dotis annua bima, trima die l. vnica §. cum autem C. de rei vxor, action. Alia vt mulier, filios alat l. nec filium cum gloſs. C. de patr. poteſt. cum ſimil. Vigeſima quarta eſt præſcriptio quatuor annorum quæ duplex, eſt alia competens ei, qui vi poſsidet bona vacantia fiſco denuntiata propter negligentiã fiſci l. prima §. diuus pius ff. de iur. fiſci. Alia quæ competit quando fiſcus vendit rẽ alienã ſingularẽ tũc enim a domino eo ſpatio conueniri poteſt, vt inſtit. de vſucap. in fine & C. de quadriennij præſcript. per tot. Alia de reſtitutione hæreditatis vt l. final. C. de tempor. reſtit. cum ſimilib. Vigeſima quinta eſt præſcriptio quinque annorũ veluti ne de ſtatu defunctorum quęratur poſt quinquennium l. is quem C. de ſtatu defunct. Alia quæ competit quãdo poſt tale tempus vellet quis agere quærela inofficioſi teſtamenti l. contra maiores C. de inoffic. teſtam. Alia vt ſeparatio fiat aditæ hæreditatis l. prima §. quod autẽ ff. de ſeparat. Alia quæ obijcitur fiſco, iure vectigalis l. ſecunda C. de vectigal. Alia quę obijcitur maiori petenti rem quam vendidit cum minor eſſet l. fin. C. ſi maior factus, & aliæ ſimil. Vigeſima ſexta eſt præſcriptio annorum ſeptem de pupillo hærede inſtituto verum habeat effectum l. ſi inquanti C. de iure deliberand. Vigeſima ſeptima eſt præſcriptio nouem annorum veluti quando alimenta ſimpliciter relinquuntur, vt in l. final. ff. de aliment. & cib. legat. Vigeſima octaua eſt præſcriptio decem annorum, quæ locum habet in rebus immobilibus inter præſentes, vt inſtit. de vſucapion. & in Codic. & Digeſt. eod. titul. Alia quæ eſt contra eum, qui vſufructu, vel ſeruitute vſus non eſt, vt in l. final. C. de ſeruit. & aqua. Alia qui teſtamentum fecit, & nihil oſtendit, vt in l. ſancimus C. de teſtament. Vigeſima nona eſt præſcriptio annorum duodecim, quæ requiritur

in

Digitized by Google

in matrimonio, quo ad fœminam teſtimonium ferendum, & teſtamentum faciendum, vt inſtitut. de nuptijs in princip.l.quartæ ff.de teſtib.& §. præterea inſtit.quib. non eſt permiſſ.fac.teſtam. eſt & alia de dote non ſoluta, vt authent. ſi mulier C. de tempor. in integ. reſtitut. Trigeſimo eſt præſcriptio treſdecim annorum quæ datur Decurionib.l.3.C.de Senator.Trigeſimaprima eſt præſcriptio quatuordecim annorum, quæ requiritur in maſculo matrimonium contrahere volente, vel teſtimonium deferre in cauſa ciuili, & teſtamentum condere volenti inſtitut. de nupt. in princip.l.ſeruium, & l.ſi frater C. qui teſt. fac. poſſ. cum ſim. Trigeſima ſecunda eſt præſcriptio quindecim annorum veluti, vt quis poſtulare poſsit, vt in §.generaliter in auth.de temp.non ſol. pac. ſuper do.Item alia de manumiſsione facta à minore pro procuratore habendo §. eadem lege inſtit. quib. ex ca. man.non lic. & alia, vt clericus nõ ordinetur §. præsbyter in auth.de ſanctiſs.Epiſcop.Trigeſima tertia eſt præſcriptio decem, & ſeptem annorum, vt quis adoptare, & pro alio poſtulare poſsit §. minorem de adopt. l. 1. §. pueritiam de. poſtulationib. Trigeſima quarta eſt præſcriptio decem, & octo annorum, vt quis poſsit arrogare l.arrogato ff. de adoptionib. & in muliere, vt veniam ætatis poſsit impetrare l.ſi quidem §. fœminas C.de his qui ven.ætat.impetrauer. Trigeſima quinta eſt præſcriptio viginti annorum veluti in maſculo impetrante veniã ætatis dict. l.ſecunda in princip.Item alia de eo, qui rem alienam abſente domino poſsidet l. ſi quis C. de præſcript. triginta annorum. Item alia de eo, qui bona fide in poſſeſsione ſtetit l.præſtat C.de long.temp. præſcript.Item alia de milite à militia dimiſſo l.veteranis C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & alia etiam veluti in querela falſi l.querela, & l.cum mora ff. de falſis. Trigeſima

geſima ſexta eſt præſcriptio viginti quinque annorum, vt quis ſine curatore in iudicio eſſe poſsit l. clauum C. de authorit.præſtand.Item generaliter vbicunq; fit mentio legitimæ ætatis dicta l.clauum,& l.final.C.de his qui ven. ætat. impetr. & ſimilib. Trigeſima ſeptima eſt præſcriptio viginti ſeptem annorum qua iuuatur is contra quem minor reſtitui poſtulat vulgatis iuribus. Trigeſima octaua eſt præſcriptio triginta annorum veluti quando quis poſsidet rem alienam ſine titul. & bona fide, niſi ſit res religioſa,publica,vel ſacra,toto titul.in C.de præſcript.triginta, vel quadraginta annorum. Alia vt in authent.quas actiones C.de ſacr.ſanct. Eccleſ. Trigeſima nona eſt præſcriptio annorum quadraginta, quæ locum habet in hypothecaria quando ſcilicet creditor rem debitoris ſibi obligatam poſsidet tunc eo temporis ſpatio præſcribit, licet breuiori tempore extraneus l. cum notiſsimi C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annor. Quadrageſima eſt præſcriptio annorum quinquaginta veluti ne Diaconiſſa ordinetur authent. Diaconiſſa de Epiſc. & Cleric. Quadrageſima prima eſt præſcriptio annorum ſexaginta veluti in eo, qui per Principem arrogatur, vt l. tertia de adoptionib. Quadrageſima ſecunda eſt præſcriptio annorum ſeptuaginta, quæ conſideratur in vocato ad tutelam, vel ad publicos honores l. maiores ff. de iure immatu. Quadrageſima tertia eſt præſcriptio annorum centum, quæ competit ſolum Romæ Ciuitati, & Eccleſiæ l. vt inter diuinum, & authentic. quas actiones C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. vltimo denique ex præſcriptionibus, quę in iure ſparſim reperiũtur eſt præſcriptio perpetua quę eſt ſine temporis in præfinitione veluti in feudis, vt in c. Imperialem de proh. feud.alien.per Feder. in vſib. feud. de quibus omnibus alias latius dicatur nunc autem ſatis ſit

ipſa-

Digitized by Google

ipſarum præſcriptionum partes principaliores dinumeraſſe,&c.

Ad l.cum vir nubit C.ad leg. Iul.de adulteri Imperatores, Conſtantius, & Conſtans, ad Populum.

CVm vir nubit in fœminam, viros paritura, quid cupiat vbi ſexus perdidit locum? vbi ſcælus eſt, id quod non proficit ſcire? vbi Venus mutatur, in alteram formam? vbi Amor quæritur nec videtur, & quæ ſequuntur.

ACcurſius cæterique quos hucuſque ego viderim, cum Veteres, tùm Recentiores interpretes in eos promulgatam, hanc fuiſſe conſtitutionem cenſuerunt, qui patiebantur, ex qui muliebria exercebant, hoc eſt in Cinedos, & pædicones, quos Latini appellant; Quem ſenſum, cum neque legis ſcripto, neque conſtituentium intentioni minimè congruere videam, prorſus à veritate alienum arbitror, Expendant quæſo, ſtudioſi, ſingula conſtitutionis verba, ſed expendant non oſcitanter, aut perfunctoriè, quemadmodum, Accurſius; atque aſſeclæ expendiſſe videntur, continuò enim erroneam, eorum eſſe interpretationem non ibunt inficias, verbum etenim nubit proprium eſſe fœminarum nemo eſt, qui, non intelligit, Mulieres namque, ſponſæ factæ, ad maritos velatis capitibus, olim ducebantur, quo more, nuptias nomen accepiſſe dubium non eſt. Sequentia quoq; verba id proculdubio clarè, & apertiſſimè declarant; nam ſtatim ſubiungit viros paritura, &c. quòd profectò nihil commune habent, cum his, qui nefandam libidinem exercent, Ratione præterea, Vulgo receptæ interpre-

terpretationis, error conuincitur; Ea enim admiſſa interpretatione, ſuperuacanea proculdubio eſſet, nouella Iuſtiniani conſtitutio, vt non luxurientur homines contra naturã, 6. collat. vel ſaltem in ea, veteris prædeceſſorum ſuorum mentionem habuiſſet, vt motis Iuſtiniani fuiſſe omnibus eſt in confeſſo. Iam vero Quid ipſi voluerint Imperatores; quidue ad Populum Romanum reſcripſerint aperiendum eſt, quod vſque ad hæc tempora, ſub diuturna latuit obſcuritate. Solebant ante huius reſcripti, promulgationem, plerique ex Romanis adoleſcentibus improbi, alioqui, & nequam, habitum vultum, ac inceſſum muliebrem, cæteraque fœminarum ornamenta ſic fingere, vt ſub quadam muliebri ſpecie, uiri, uiris, uti uxores nuberent id quod auctorum grauiſsimorum teſtimonio nomine non obſcuro, planiſsimũ me facturũ confido; atq; in primis Valerij Martial. lib. 12. Epigr. 42.

Barbato rigido nupſit Calliſtratus Aphro
Hac, qua lege, viro nubere Virgo ſolet.
Præluxere faces, velarunt flammea vultus
Nec tua defuerunt verba Thalaſſe tibi:
Dos etiam dicta eſt, non dum tibi Roma videtur
Hoc ſatis? expectas, numquid, & vt pariat?

& alio in loco,

Noli to fronti credere nupſit heri

Audiamus, nunc Iuuenalem, ſatyrica indignatione uehementer atque acerrime eoſdem inſectantem, qui, per ſummam naturæ iniuriam more nubebant mulierum; Is enim ſatyra ſecunda exclamatione utens qua, & rei indignitas, & indignatio poetę exprimitur, ait

O pater Vrbis
Vnde nefas tantum latijs paſtoribus, vnde
Hæc tetigit, Gradiue, tuos vrtica nepotes?

Tra-

Traditur ecce viro clarus generè, atque opibus, vir,
Nec galeam quaſſas nec terram cuſpide pulſas.
& mox ſubiungit
Interea tormentum ingens mulieribus hæret
Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos
Sed melius quod nil animis in corpora viris
Natura indulget, ſteriles moriuntur.

Senſus horum carminum, dulcidius in hunc modum explicabitur, coniunguntur (ait poeta) Viri viris matrimonio, cum tamen nullam ex matrimonio capiant voluptatem, ſed ingentem potius dolorem, atque animi cruciatum, propterea quod cum nuptiæ habendæ prolis gratia fuerint inſtitutæ, & inter coniuges, pignus ſint liberi nequeunt parere, & partu mariti amorem retinere, & cupiunt concipere, ſed natura vetat, hoc eſt natura, nihil iuris, nihil potentiæ indulget animis eorum qui in optatis, vt concipiant potiſsimum habent.

Dion Chriſoſtomus in oratione vigeſima prima eundem ſceleſtiſſimum morem viguiſſe teſtatur. Neronem nouimus (inquit) omnes noſtro tempore non ſolum virilia execuiſſe amato, ſed & nomen illi indidiſſe muliebre nempè ſuæ amicæ, & vxoris, quam ille concupiſcens duxerat palam excluſa priore ſub qua regnum accepit, Apertius, id ipſum ex Suetonio Tranquillo in vita Neronis docemus, capite trigeſimo octauo niſi fallor Puerum (ait) ſporum exectis teſtibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt, cum dote, & flammeo per ſolemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad ſe, pro vxore habuit, & paulò inferius, Hunc Sporum Auguſtarum ornamentis excultum, lecticaq; vectum, & circa conuentus mercatuſque gratiæ, ac mox Romæ circa ſigillaria, comitatus eſt, identidem exoſculans. Rurſus alibi Nero nupſit, Doryphoro liber-

to, & Neroni Sporus; Conſtat, itaque ex iam dictis, In id genus hominum hac conſtitutione inuectos fuiſſe Imperatores, Quod certiſſimum eſſe Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus, vir, & religioſiſſimus, & diſertiſſimus, citra omnem controuerſiam oſtendit; ille in tractatu, qui inſcribitur, De vero iuditio, & prouidentia Dei, ſcribit in hæc verba, Quid in Vrbe Chriſtiana fieri prodigioſius potuit, in Vrbe Eccleſiaſtica, quam quondam doctrinis ſuis Apoſtoli inſtituerunt, quam paſsionibus ſuis Martyres coronarunt viri in ſemetipſis fœminas profitebantur, idque abſque pudoris vmbraculo abſq; vllæ verecundiæ amictu, ac quaſi parum piaculum eſſet, ſi malo illo malorum tantũ inquinarentur Auctores per publicam ſceleris profeſsionem fiebat etiam ſcelus integræ Ciuitatis; videbat quippe hæc vniuerſa Ciuitas, & patiebatur, videbant Iudices, & acquieſcebant. Populus videbat, & applaudebat, ne ſic diffuſo per totam vrbem dedecoris ſceleriſque conſortio, & ſi commune hoc omnibus non faciebant actus commune tamen omnibus faciebat aſſenſus. Sed finis forſitan aliquis mali, aut emendatio aliqua labis iſtius fuit? Quis credere, aut audire etiam poſſit conuertiſſe in muliebrem tolerantiam, viros non vſum ſuum tantum, atq; naturam, ſed etiam vultum inceſſum habitum, & totum quidquid penitus, aut in ſexu eſt, aut in vſu viri? adeo verſa indiuerſum omnia erant, vt cum viri nihil magis pudoris eſſe oporteret, quam ſi muliebre aliquid habere videatur illic nihil viris quibuſdam turpius videretur quam ſi in aliquo viri viderentur, & id quidem ita verum fuiſſe teſtatur Saluianus, vt impuri huiuſmodi, & ſceleſtiſsimi, ſumentes habitum gradumque fingentes muliebrem fœmineis tegminum illigamentis etiam capita velarent, haud dubio quod ſub fœmineo habitu, & ve-

& velamento, viri, viris ſecurius nuberent cum muliebrem habitum Viri ſumerent, & magis muliebrem gradum fingerent, cum inditia quædam monſtruoſa impuritatis ſibi innecterent, atque id publicè in ciuitate Romana, Vrbe ſumma, & celeberrima quid aliud, quam imperij dedecus erat vt in medio Reip. ſinu execrandiſsimum nefas publice liceret admitti? Quo loci diſpiciendum eſt, num, pro monſtruoſæ, omnino menſtroſæ legendum ſit, & magis eſt, (niſi me fallit coniectura) vt legi ſic debeat, perinde atque ſi dixerit Saluianus non eos ſolum habitum, & inceſſum muliebrem aſſumpſiſse: *Sed* inditia quoque quædam menſtruoſæ impuritatis ſibi innexuiſſe; non reicio tamen priorem lectionem quę in exemplaribus extat vſui, & commodato acceptis à Marco Antonio Maſſa, Ciue Salernitano, & ſummo amico meo viro ſane multi vaga virtute, & eruditione prædito, (hoc obiter) Redeo ad rem, vnde Paullulum vnius voculæ occaſione, sum digreſsus in eoſdem impures homines inuectus eſt etiam Clemens Alexadrinus *lib.* Pedago. 3. cap. 3. & pueri, inquit, docti abnegare naturam mulieres ſimulant, & deinde, quid non igitur admiſerint fæminæ ad libidinem propenſæ, dum vident viros talia audere? Imo uero ij non uiri, ſed fœminelli dicendi ſunt, quorum uòces ſunt compreſſæ, & graciles ueſtis, autem cum tactu, tum cinctura ipſa eſt effœminata. Cum igitur (ait lex) Vir nubit in fęmina, quædam exemplaria habent, (Vt fęmina) qua lectione apertior, ac dilucidior oſtenditur ſenſus, quam ex priore, in fœmina, quæ tam, & ipſa commode recipi poteſt, ſi interpretemur, in fęmina, ideſt pro fœmina quod fieri poſſe qui latinis oblectantur authoribus, nouerunt Terentius in Andria ea utitur loquendi fraſi, Olera inquit, & piſciculos minutos ferre in cænam ſenis, hoc

eſt pro cæna, Cicero V. oratione in Verr. Ne amplius in iugera ſingula, quam terna medimna exigerit, in ſingula iugera ideſt pro ſingulis iugeribus Viros paritura, alibi legitur Viris paritura utrumq; ſcriptũ probamus ſed prius mihi magis adblanditur. Ait Venus mutatur in alteram formam, quoniam uir ſub falſa muliebri, ſiue Venerea forma deliteſcit. Amor quæritur ab impuro ſcilicet marito, & qui quæritur non uidetur. Quæritur libido quædam Viri in uirum, quæ cum ſub ſpecie muliebri occultetur, non uidetur. Sunt qui ad filios ea referunt uerba, filij ex eo monſtruoſo coniugio quæruntur, quod ego non probo, non enim rectè id accomodatur Verbis ſi accurate ea perpendentur, nec dubito quin ad hanc conſtitutionem tunc quoque rexpeſſerit Saluianus cum poteſtatem arguebat quod ſciens, & prudens nefandum ſcelus perpetrari pateretur, poteſtas quippe magna, inquit, & potentiſsima, quæ inhibere ſcelus maximum poteſt quaſi probat debere fieri ſi ſciens patitur perpetrari, in cuius enim manu eſt, ut prohibeat, iubet agi ſi non prohibeat admitti, & ita quidẽ in manu fuiſſe uidetur. Præfecti Vrbi præſidis, & Proconſulis ex hac conſtitutione ante tempora Saluiani dudum edita, in illos uiros, qui ut fęminæ uiris nubebant gladio animaduertere non licebat, eamque deinde animaduerſionem neglectam ſuis temporibus à poteſtatibus fuiſſe uehementer conqueritur, & meritiſsimè quidem Saluianus Apud Gallos quoque eundem nefarium uiguiſſe morẽ ex D. Clement. Roman. conſtat ille enim libr. 9. recognit: Apud Gallos inquit, lex priſca conſtituit nuptum tradi publice pueros, nec opprobrium, ex hoc aliquid duci, &c. Et hæc ſatis ſuperque ſufficiantur.

l. Pri-

Digitized by Google

l. prima §. ab eo, Quis, & a quo appell. optimè explanatur.

VArios ſenſus accomodarunt, huic Vlpiani reſponſo, Interpretes, ſed veritatem nõ tetigerunt, quin imò enunciatum, ex eo ſumpſere quod vulgatiſsimum factum eſt, & contra Iuris diſpoſitionem eſſe arbitror illud eſt, delegatum ad Vnjuerſitatem cauſarum, poſſe ſub delegare vnam cauſam quod generaliter intelligũt. Mihi autem videtur Delegatum non poſſe ſubdelegare, niſi ſit Principis, vel Proconſulis delegatus, vel cui ſpecialiter lege permittatur. Hic locus non probat enunciatum interpretum, alijſque locis illud improbari videtur. Agamus de vero ſenſu Reſponſi Vlpiani. Verba ſunt hæc, Ab eo, cui quis mandat iuriſditionem, non ipſe prouocabitur, nam & generaliter is erit prouocandus ab eo, cui mandata eſt Iuriſdictio qui prouocaretur ab eo qui mandat iuriſdictionem hactenus Vlpianus, Accurſius, Verbo, ab eo, longo ordine, recenſet, cæterorum ſententias, quæ omnes quam ſint diuinatoriæ, atque à veritate diſiunctæ, facilè diligens conſiderator animaduertet, & quoniam ſupradictum enunciatum, nuſquam iure probari ſcio, imò vero, multas leges ſubuertit adulterat, & corrumpit, explicandus germanus, & verus intellectus, ſenſus eſt igitur quod à delegato, ad delegantem appellatur non à delegante ad delegatum, quia ſic appellaretur ab eo ad quem appellandum eſt, obſcurior videtur hic locus propterea quod locutus eſt Vlpian. ſine expreſsione caſus, & perſonarum, & perſonas expreſsit per quandam circumlocutionem; nam vbi dicit ab eo, cui quis mandat, &c. delegatum primo,

& de-

Digitized by Google

& delegantem ſecundo loco, denotat, & in his ſemper perſonis, & circumlocutionibus manet, non diuerſificando caſus, ſed magis declarando primum ſenſum. Exemplo fiet res clara. Proconſul mandauit iuriſdictionem ſuam, legato ſuo, & idem proconſul cognoſcebat, & iudicabat de huiuſmodi cauſis, quas demandauerat, nam qui mandat alij iuriſdictionem, non abdicat à ſe iudicandi poteſtatem, Proconſul pronunciauit, contra Titium, Titius appellauit ad delegatum, cum & ei mandata eſſet iuriſdictio talis. Quæſitum fuit an rectè eſſet appellatum; Reſpondit Vlpianus non rectè ita fieri appellationem, quia is appellatur, à quo appellandum eſt, ad eundem à quo appellabatur, ideſt omnia per contrarium agerentur ſi ita appellatio fieret. Poteſt fingi caſus generaliter in quocunq; qui iuriſdictionem mandat alijs declarabo ſingula verba, Ab eo, permanet ferè Iuriſconſult. in eodem ſenſu cum ſuperiore, ab eo cui ideſt delegato, puta Sempronio, quis mandat iuriſdictionem Præſes, Proconſ. Præfect. prouocatur, ideſt appellatur non ipſe prouocabitur hoc eſt non ipſe delegatus hoc eſt ab ipſo prouocatur, ideſt non ad ipſum fit appellatio; & ſic in his verbis non rectè intelligitur quod contineantur plures, quam duæ perſonæ ideſt, is cui mandata eſt iuriſdictio, & qui mandauit eam, nam & generaliter is erit prouocandus ab eo cui, &c. ratio eſt ſuperioris definitionis. Quia is eſt appellandus generaliter ab eo cui mandata eſt iuriſdictio, is pronomen, cum demonſtrat qui mandauit Iuriſdictionem, ideſt delegantem quem inferius oſtendit per relatiuum, qui, cui mandatur iuriſdictio puta Sempronio. Qui prouocaretur ſcilicet Sempronius cui mandata eſt, ab eo qui mandauit hoc eſt à delegante. Si Vlpianus vſusfuiſſet verbis nobis vulgaribus puta Delegans, & delegari, apertior nobis ſententia videre-

tur

tur,ſed ipſe ſolet,illa nomina ſignificare,per circumſcriptionem , ſi delegantem vult ſignificare ait is, qui mandat iuriſdictionem , ſi delegatum , is cui mandata eſt iuriſdictio , & notandum eſt verbum generaliter in lege poſitum, quod generaliter appellatur ad delegantem à delegato, confirmatur ex l. Imperat. de appellationib. & ſic argumentum eſt hic , in fine ab abſurdo , eſt enim abſurdum quod qui appellare habet à Sempronio , ab eo appellatio fiat ad ipſummet Sempronium ex iam dictis patet ſenſus huius legis, qui hactenus ſub diuturna latuit obſcuritate , cæterum hic non probari delegatum poſſe ſubdelegare,quia non hoc dictum eſt in titul. de iuriſdiction.omn. iudic. imò contrarium conſtat ex l. à Iudice C.de iudit. falſa omninò eſſet illa diuiſio,ſi admitteremus aliam concluſionem, nam loquitur generaliter, & regulariter nam & qui vnam cauſam delegat iudicem dat, & qui vnam dat,alteram poſtea dabit, & deinde aliam , & ſic ſingulas delegando ſingulis , omnes delegabit,& ita fraus fieret legi,& lex verbis, non rebus facta eſſet l.ſecunda C.commun. delegat. & l. vltim.C. de vſur.Præterea quod de toto dicitur idem in parte locum habet l.quæ de tota de rei vendicat . Rurſus ratio, cur delegatus non delegat habet locum tam in parte, quam in toto, Quia propriam iuriſdictionem non habet delegatus,ſed fungitur aliena,& propterea ait Iureconſult.in l.more maior.is demum iuriſdictionem mandare poteſt,qui eam ſuo iure,non alieno beneficio habet. Et quia nec principaliter iuriſdictio ei data eſt , nec quia ipſa lex defert,ſed confirmat mandatam iuriſdictionem. Idem in l. vlt.de offic.eius cui mandat.eſt iuriſdict.mandatam ſibi iuriſdictionem mandare alteri non poteſt, Præterea ſi delegato delegare licet, non ſeruata ratione legis , Quid obſtat quin ſubdelegatus non poſſit tertio

de-

Digitized by Google

Qui nam fuerint apud Veteres libertini latini, & qui Dedititij; Deque ipſa manumiſsione quædam non ita congeſta, paſsim obuia.

VT res omnis, de qua dicturus ſum, magis ſit in conſpicuo, altius paullo ea repetenda ſunt quæ pluribus in locis, ab eruditis ſanè viris variæ tamen tractata diuerſis in locis eſſe video, & in eundem tamen ſpectant finem. Sed illud primum omnium in medium procul dubbio afferendum eſſe arbitror. Tres dumtaxat apud veteres Ciceronis præſertim ſeculo, Manumittendorum ſeruorum fuiſſe formas, Cenſu, nempè, Vindicta, atque Teſtamento: Quod ex ipſo Cicerone docemur, in Topicis in loco à partium enumeratione. Si quis inquit, neque Cenſu, neque Vindicta, neq; Teſtamento factus eſt liber, liberatus à ſeruitute dici non poteſt, non enim alia forma manumitti ſeruus potuiſſet. Cenſus erat extimatio facultatum Ciuium Romanorum, ſic etenim Reſpublica deſcripta olim erat vt iuxta cenſus æſtimationē, honores diſtribuerentur. Si quis ergo ſeruus, domino conſentiēte nomen detuliſſet in Cenſū, Ciuis Romanus fiebat nulla interpoſita mora. Fuit Cenſus à Seruio Tullo tertio Romanorum Rege inſtitutus, vt quinto quoq; anno capita ciuium cenſerentur, vt tradit Liuius lib. pr. Huius primæ ſeruos manumittendi formæ meminit etiā Cicero de Oratore; Quid de libertate, inquit, quo iudicium grauius eſſe nullum poteſt non ne ex iure ciuili poteſt eſſe contentio cum quæritur, is qui domini volūtate cenſus ſit ſi luſtrum non conditum ſit, ne liber? & idem refert in oratione pro Cecinna. Secundo vero

modo manumittebantur ſerui, Vindicta, de quo in titul. de Manumiſs. vindict. & nominatim in l. manumittere, atque in l. alumnos §. vltimo. & in l. pater nec non, & Boet. in Topica loco ſupra citato, Compendio orationem rem oſtendit, Vindicta (ait ille) erat virgula quædam quam Littor, manumittendi ſerui capiti imponens eundem ſeruum in libertatem vindicabat, dicens quædã verba ſollemnia, atque ideo illa virgula vindicta vocabatur hæc Boet. Quæ autem eſſent verba ſolemnia quæ in ea manumiſsione adhibebantur non explicat. Alij vero aliter loquuntur. Ego didici, ſic apud Veteres, Vindicta manumiſsionem fieri conſueuiſſe. Dominus enim ſerui apud Prætorem, vel Conſulem Romæ, in Prouincijs apud Præſidem, vel Proconſulem, ſerui caput aut alium membrum tenens, hæc pronunciabat verba hunc hominem liberum eſſe volo, Eumque manu emittebat, Auctor eſt Feſtus de verb. ſignificationib. lib. vndecimo Tunc prætor vindictam eiuſdem ſerui, capiti impoſita, hac vtebatur formula Aio te liberum, more Quiritium, deinde ſeruus circum quoquo verſum agebatur ob id, opinor vt intelligeret liberum ſibi eſſe, quoquo, vellet eundi facultatem Perſius Satyra mihi quinta, niſi fallor ſic ait. Quibus vna Quiritem vertigo facit. Et in eadem, ſatyra paulo poſt ita ſubiungit Vindictam poſt quam meus à Prætore receſsi, &c. Crediderunt tamen nonnulli vindictam eſſe hanc manumittendi formam denominatam, vel à vindicando vt ſupr. ex Boet. dictum eſt; vel à Vindice Vitelliorum, ſecundum Plutarc. in Polit. vel Aquiliorum (vt Liuio placet) ſeruo qui primus libertate, eo modo donatus fuit, propterea quod coniurationem Dominorum ſuorum cõtra Rempublic. de reducendis Tarquinijs in Vrbem detexit Peracta manumiſsjone, ſtatim in acta, nomen manumiſsi referebatur

tur adiecta, manumiſsionis cauſſa, id quod, ex Terentio, in Adelphis, non obſcurè elicitur.

---- Aedepol, hodie, mea quidem ſententia.
Iudico ſyrum fieri eſſe aequum, liberum, M. iſtunc liberū
Quod nam ob factum?

Quo loci ſic ſcribit Donatus, iure adſcribi enim cauſaſſas manumiſsionis in iure formula eſt. Nomen autē manumiſſi in acta referri olim conſueuiſſe, Plautus auctor eſt, qui ſic in Perſa comœdia ſcribit.

---- Dic bonafide iam libera eſt.
Do ad pratorem exquire, ſi quidem credere non vis mihi
Libera eſt inquam, & quid audis?

Ille etiam modus dandæ libertatis erat. Si quis ſuprema voluntate in teſtamento ſeruum ſuum liberum ſcripſiſſet, quæ res omni prorſus caret difficultate, & de ea etiam extat apertiſsimus titulus, in iure de manumiſſ. teſtament. Atq; his tribus modis ſerui olim manumittebātur. Sed complures al j modus poſtea introducti ſunt Principum cōſtitutionibus qui à Iuſtiniano in primo inſtitutionum libr. recenſentur. Iam vero ad id quod ex profeſſo agere nos inſtituebamus conferenda eſt oratio, nempè ad libertinos, & Dedititios dequibus Caius lib. primo inſtitut. Angel Politian. in Miſcellaneis capit. 84. Zaſ. in l. ſecunda §. initium de origin. iur. & l. qui Romæ §. flauius de verbor. obligation. Hothom. cæteriq; eius farinæ interpretes in §. libertinorum inſtitution. de libertin. Dicam ego, ſi potero craſsiore Minerua conſtat itaq; eos, qui vel in æde ſacra, vel in Teſtamento, vel Vindicta manumittebantur ciues Romanos fuiſſe, ex eoque teſtamenti factionem conſequi, ita ut teſtamento alijs relinquere, & ipſi ex teſtamento rem accipere poſſent. Qui vero; vel inter amicos, aut per epiſtolam, aut inter conuiuandum, libertatem accipiebant, latini fie-

Digitized by Google

bant, qui à Iunio Norbano, Iuniani dicti ſunt. Hi autem licet ad priuilegia Romanorum aſpirare poterant, ſi ex integro manumiſsi forent tamen eorum legitima hæreditas non erat, vnde nec illis teſtamentum condere permittebatur, ſed eorum bona, manumiſſor peculij iure occupare poterat §. ſed hæc de ſucceſsion. libertor. Apud Iuſtinian. ſimulque cum vita libertatem quam toto ſuæ vitæ curriculo, nacti erant, ammittebant. Dedititij vero hi erãt qui poſt admiſſa crimina ſupplicijs ſubditi, & publicè pro criminibus cæſi eſſent, aut in quorum faciem, vel corporis aliqua parte, quæcunque notæ, atque ſtigmata, aut igne, aut ferro, impreſſæ eſſent, ita vt deleri non poſsint. Hi ſi gratia Dominorum inita manumittebantur. Dedititij fiebant ducta opinor, non nimis ratione, ab his, qui abiectis turpiter armis, ſe ſe dedere veriti non ſunt. Hi totam vitam ſeruiebant, liberi tamen moriebantur hodie ex Iuſtiniani conſtitution. manumiſſus quoquo modo, ciuis Romanus efficitur l. vnica C. de Dedititi. libertat. tollend. l. vnica de latin. libertat. tolend. cum ampliandam magis quam minuendam Ciuitatem Romanam conueniat l. ſecunda C. commun. de manumiſs. &c. Et hæc pro nunc currenti calamo tantummodo attingiſſe ſufficiant atque ſcripſiſse.

Ex-

Explicatur Vlpiani locus in l. ſecunda de in ius vocandi.

IN ius vocari non oportet neque Conſulem, neque Præfectum, neque Prætorem, neque Proconſulem, neque cæteros Magiſtratus, qui Imperium habent, neque Pontificem dum ſacra facit, nec eos qui propter loci Religionem, inde ſe mouere non poſſunt, Hactenus Vlpianus: Sed qui ſint hi qui propter Religionem inde ſe mouere non poſſunt, non dum (quod ſciam) ab aliquo eſt explicatum, præterquã ab Accurſio, qui ad Monachos, & Eremitas, reicit; Iuriſconſulti definitionem. Perinde profecto, atque ſi quo tempore reſpondit Domitius, Vlpianus fuiſſent Monaſticam gerentes vitam, & Eremiticam, & id genus religioſi homines, & ſi fuiſſent, non ſe mouere potuiſſent, Relicta igitur Accurſio ſua interpretatione, ineptiſsima ſanè, & riſu digna, Dicam ego, quid mihi videatur, Arbitror, enim locum omninò eſſe deprauatum, atque hoc modo, ad veram lectionem reſtitui debere. Qui propter loci Religionem, inde ſe moueri non poſſunt; nam & olim quoque qui ad Fana, ad Aras, ad Templa confugiebant Deorum; tanquam ad Aſylum aliquem ſe recipiſſent, tutiſsimi erant, nec inde, in ius vocari, trahi, aut rapi, vlla ratione poterant, inuiti; in hunc modum ad germanam lectionem reſtituto legis conteſtu, apertiſsimus oſtenditur verborum ſenſus, qui ad huiuſmodi loca confugiunt, quorum locorum Religio impedit, quominus quis inde ſe moueatur inuitus, is, inde vocari trahi in ius ad Prætorem non poteſt. Quod autem à me definitum eſt à præclaris auctoribus paſſim

traditum eſſe, oſtendam, Cicero in oratione pro domo ſua. Hic aræ ſunt, inquit, hic fori, hic Dij penates, hic ſacræ Religionis cæremoniæ continentur, hoc perfugium, eſt, ita ſanctum omnibus, vt inde abripi neminem fas ſit. Plaut. in Rudente tertio actu: ſcuna ſecunda ni fallor ſic ait.

Forte ſuppetias, qui Veneri, Veneriaque Antiſtitæ
More antiquo in cuſtodiam ſuum commiſerunt caput.
Et paulo poſt --- -- --- mulieres
Duæ innocentes intus hic ſunt tui indigentes auxilij
Quibus aduerſum ius legeſq; inſignitè iniuria his
Facta eſt, fitq; in Veneris fano
& ſcena tertia
Aram habete hanc, vobis pro Caſtris mænia
Hinc ego defenſabo præſidio Veneris

Aelius Lampridius in vita Aeliogabali, in ipſo ferè, vitæ principio, ſic ſcribit, Hic fertur occiſo Macrini factione patre, vt dicebatur, Antonino in templum Dei Aeliogabali confugiſſe velut in aſylum, ne interficeretur à Macrino, qui ſæuiſsimè cum filio luxurioſo, & crudeli exercuit imperium, & hæc quidem Moris antiqui religioniſque prærogatiua, tam ſeruis, quam liberis hominibus competebat idque in præcitata comædia, tertio actu. ſcena quarta teſtatur etiam Plautus his verbis

Mihi non liceat, meas ancillas Veneris de Ara abducere?
D. Ac Eſt lex apud nos.

Hodiernis verò temporibus aliter Imperatorum conſtitutum eſt ſancionib. l. 1. & 2. C. de his qui ad Eccleſ. & Authent. De mandat. Princip. & vtrobiq. Accurſius latiſsimè.

Ad

Ad l. Ideo ſi ex prima de Carboniat. edict. traditur vera interpretatio.

VEteres, & qui eos ſunt ſequuti, non intellexerunt (niſi ego prorſus allucinor) hoc Iuliani reſponſum, quia non perceperunt flagitium, in eo abſtruſum. Error fuit, quod mendoſum eſt reſponſum, in illis verbis, ſi ex prima parte edicti bonor. poſſeſsion. non petierit, & debemus legere affirmatiuè bonorum poſſeſſion. petierit, deleatur itaque dictio illa negatiua, & clariſsimus erit ſenſus ſi quidem Iulianus infert ex ſuperius dictis quibus dixerat tempora currere, & cedere variæ; Senſus eſt igitur, quod ſi quis petit ex prima parte edicti, ſcilicet ordinariam bonorum poſſeſsionem poterit, alias ideſt poſtea etiam vltra ſpatium anni petere ex ſecunda parte, hoc eſt ex Carboniano edicto, alias ſi non peterit ordinariam antea, non poterit petere Carb. Sed vt hic ſenſus manifeſtior fiat exemplũ afferam. Titius mortuus eſt, eius filius impubes eſt præteritus is petere intendit carbonianum, & quia ſcriptus hęres dicebat, quod non erat de liberis conſuluit ei Iurecõſ. vt peteret etiam ordinariam, quia ſemper, & perpetuo actionibus hæreditarijs poterit vti, niſi contra ipſum iudicatum fuerit poſt pubertatem, at ſi tantum Carbonianũ petierit cũ ad pubertatem peruenerit omni iure deſtituetur etiam ſi pro eo eſſet iudicatum, eum, ſcilicet de liberis eſſe, quia Carbonian. finitur pubertate, & tempus petendæ ordinariæ expirauit, ſed ſi petet ordinariam poterit poſtea quandocunque, ei quæſtio mouetur Carbonianum petere, modo intra tempus legitimum petat, hoc

hoc eſt non vltra annum quæſtionis motæ qua ordinaria accepta,erit poſſeſſor perpetuus, & vti poterit actionibus hæreditarijs.Si vero contra ipſum eſſet iudicatum in quæſtione propter quam ei data eſt Carbonian. denegabuntur ei actiones hæreditariæ, quæ perpetuo ei acquiſitæ erant, ob acceptam ordinariam bonor. poſſeſſion.Igitur perpendamus nunc verba legis, Ait, Ideoq; eſt illatio,ex ſupradictis, nam ſuperiori legi annectitur ſi ex prima parte edicti, ideſt, ex illa qua ordinaria bonor. poſſeſsio petitur ſecundum tabul. vel contra tabul.quæ prima pars dicitur, quoniam prius inuenta,& introducta eſt à Prætore,& ſic prius petenda eſt,vel ſaltem intra annum ſi quis velit ſibi proſpicere, Ait bonor. poſſeſſ. petierit,ideſt ordinariam,vt dixi,& ſic affirmatiuè legendum eſt, Ait alias poterit ex ſequenti parte edicti ad exempl.Carbonian. accipere bonor. poſſeſsion.hoc eſt ſi ſemel acceperit ordinariam poterit poſtea accipere Carbon. Sed non ita eſt è contrario, alias ideſt poſtea etiam poſt annum quam accepit ordinariam, dummodo intra annum poſt motam quæſtionem in tempore impubertatis ex ſecũda parte edicti hoc eſt, ex Carbon. edict. & vt melius declararet, dixit, ad exemplum Carbonian. edict. ideſt vt exemplo eius oſtendatur ſecundum præcepta eius Ait, non poterit,ſenſus eſt, vt dixi ſi non petierit primo ordinariã,non poterit,deinde petere Carbonian.animaduertendũ eſt hic,opus eſſe diſtinctione; nam ſi ſtatim poſt mortem patris controuerſia ſit mota vtriuſque tempus cædit, & oportet, vt vtramque petat,alias ſi Carbonian.ſolum petat,non poterit poſtea elapſo anno petere ordinariam, & ita poſt pubertatem cadet à toto iure ſuo. Item ſi petierit ſolam ordinariam anno elapſo,non poterit petere Carbonian.ſi vera quæſtio ſtatus non moueatur ſtatim poſt mortem,& tempus

quo

Digitized by Google

quo ſcit patrem mortuum, ſed fortè poſt tres, vel quatuor menſes, vel annos Carbonian. poterit petere, quæ perpetuas actiones dabit ſi ordinariè ante petita ſit tempore debito, cæterum ſi eo tẽpore nõ fuerit petita, fruſtra peteturCarbonian. quæ pubertate finitur; Ideo Ait lex, nam ſi confeſtim & deinde ait, nam ſi intra tempus, &c. controuerſiam ſibi moueri, &c. intellige quod poterit petere carbonianam poſt tempus intra quod petit ordinariam, ideſt poſt annum qui datur ad ordinariam petendam. Non eſt amplius ſequenda veterum ſententia, qui exponebant petierat, ideſt petere poterat, ſed non petit, vt ſupra in principio; ſed aliter non poterant exponere volentes in opinione ſua perſiſtere, Ego interpretor petierat, ſeu acceperat, propriè, & verè agnouerat, vt initio dicitur, Ait quam cum acceperit videlicet Carbonian. perpetuo quia acceperat ordinariam Ait, poſſeſſor. his actionibus vtetur hoc in loco mendoſæ ſunt dictiones illæ poſſeſſor his, nam cum duæ ſint, legendum eſt vna dictione, poſſeſſorijs, vt poſſeſſorias actiones intelligamus quas bonorum poſſeſſor habet ideſt hæreditarias, nec aliter legiſſe Veteres arbitror, nam & bonorum poſſeſſ. Carbonian. has actiones præſtat, vt dict. §. miſſum eod. tit. dictum eſt, quamuis contra aduerſarios, qui quæſtionem iuris mouerunt, non poſsit eas exercere quaſi Carbonianus bonor. poſſeſſ. ſed rectè poteſt quaſi hæres, vt dictum eſt in dict. §. miſſum vberius, atque latius vt vbi eſt videre, & hæc, &c.

Digitized by Google

Conſideratio ad l. qui ſe patris C. vnd. liber.

EGo autem puto hanc legem ſic intelligendam eſſe vt dicamus, quod Auus huius nepotis habebat quædam bona emphitheotica, quæ acquiſierat pro ſe, et pro ſuis liberis, deſcendentibus, quo caſu propriè comprehenduntur nepotes, l liberor. ff. de Verbor.ſignif. Quæ bona ſic acquiſita non poſſunt alienari ſine conſenſu domini l. final. C. de Iur. emphit.immo ſubyacent reſtitutioni, Authent.res quæ C. communia delegat.et hæc bona erant lucroſa,at bona patris erant Oneroſa vt præſumitur?Nepos igitur repudiauerat patris hæreditatem,& volebat ſuccedere auo in tali beneficio emphiteotico acquiſito per ſe, & eius liberis tamquã vnus ex liberis,& deſcedentibus ipſius. Verum non poterat ſuccedere de Iure Ciuili tum quia repudiauerat patris hæreditatem, in qua reſpectu ſuitatis includebatur beneficium Aui l. in ſuis ff.de lib.& poſth.(quæ ſuitas de iure pretorio non conſideratur) tum quia liberi deſcendentes in hoc ſunt deterioris conditionis, quã alij agnati quando volunt ſuccedere Auo,ex alijs aſcendentibus in beneficio, quia non poſſunt repudiare hæreditatem patris,et ſuccedere auo de Iur.Ciuil.licet alij Agnati poſſint prout eſt text. & ibi Iſer. in c. atq. agnatus, in verb. feud. et in cap. primo ſi filius non de:cap.&c.quod procedit, etiam in re emphitheotica, vt ibi tradit gloſs. et Iſern. in d. cap.an agnatus, nimirum ergo ſi poterit nepos ſolũ ſuccedere in beneficio aui de iure prætorio, & iſte eſt caſus, in quo etiam hodie eſt neceſſaria bonor. poſſeſs.& tunc non petit bonor. poſſeſsion. vnde legi-

tumi,

timi, ſed illam ſeprimam extra ordinariam, quæ ex nouis legibus datur l. ſeptima ff. de bonorum poſſeſsion. l. prima ff. vt ex legibus, vel poterit nepos vtramque petere quia admittit concurſus huius ſeptimæ bon. poſſeſsionis cum alia ordinaria, prout tex. eſt in l. prima ſecũdo reſpõs. Vt ex ll. & l. 3. ff. vnd. legitim. et habuimus in rubr. ſuperiori C. qui admitti, & in l. final. C. vnde legitimi, & tanto magis iſta ſeptima bonor. poſseſs. dabitur ſecundum opinionem aliorum in d. l. final. C. vnd. legit. quia tempore huius legis nõ erat inductũ ſucceſſorium ædictum, inter liberos, nec inter agnatos à prætore vt ſuperius uiſum fuit cum Decio ſatis amplè. Et quod iſte intellectus verus ſit primo reſpondebo tacitis obiectionibus, deinde probabo Circa primum nõ obſtat ſi quis diceret ꝙ iſta taliter lex intellecta non faceret ad titulum, & quod talis intellectus ſit diuinatiuus, quia nulla ſit mentio de bonis emphiteoticis, vel ſi quis diceret quod non dicitur ex iſta antiqua exemplificari per iura feudorũ nã circa primũ reſpõdeo quod ſatis facit ad titulũ, ſi tenebimus, quod nepos ſuccedet per bon poſſ. vnd. liber cũ qua tamquam ordinaria poteſt concurrere etiã extra ordinaria prout eſt text. in d. l. 1. ff. vt ex leg. ſecũdo reſpondeo quod clarè patet, dũ dicit neque bonor. poſſeſs. quæ ex alia parte edicti agnita eſt, impedit iſtam bonorum poſſeſsionem, vel ſecundo reſpondeamus, quod non eſt inconueniens quod nigrum ſit generalius rubro tanto magis quando rubrum non habet rationem perfectã, iuxta tradita per ſcribentes in l. prima ff. ſi cert. petatur. Non obſtat ſecundum ſcilicet quod videatur intellectus iſte diuinatiuus quia nulla ſit mentio rei emphiteoticæ quia hoc optime probabitur per ea, quæ proximè inferius dicã; nõ obſtat, tertiũ quia non pono caſum in feudo, quando feudum eſt

nouiter adinuentum, & non erat Iure Romano,ſed emphiteoſis erat tempore iſtius legis, prout patet per titul. C.de Iure emphiteot.tradit ēt Iſer.in Prælud.feud.in 4. quæſt.& talis diſpoſitio capitul.an Agnatus procedit Iure emphiteot. vt tradit poſt gloſs. Iſern. ibi quia non valet argumentum de vno ad aliud,niſi in caſibus expreſsis vt notatur in cap. primo de feudi cognitione,& in cap. pr.de feud.ſuc.Iſer.in prelud feud. in pr.q.Curt.in tractatu feud.Circa ſecundū probatur intellectus iſte primo quia text. dicit Facultates ſuſcipere pondero hoc verbum facultates, & Verbum ſuſcipere, nam facultates idem ſunt,quod bona cap.conquerente de offit.ordin.c. quoniam de vita, et honeſt. clericorum, bona autem dicimus quæ ſuper ſunt deducto ære alieno l.mulier ff.de iur. dot. quod in hæreditate dici non poteſt, quæ continet commoda, & incommoda l. prima ff. de bonor. poſſeſs. Sed ſic eſt quod in rebus emphiteoticis,& ſimilibus beneficijs non poteſt conflari æs alienum quia neque vendi. neque obligari poſſunt, ſine conſenſu domini directi l. final. C. de Iur. emphit. cap. potuit extra locari, & ſubjacerent reſtitutioni, tamquam bona vinculata l. filius familias §. diui ff. de legat. prim. Authen. res quoque C. communia delegat.Gramm. in deciſ.nonageſimatertia, Alexand. in conſ. trigeſimoſecundo vol. quinto; ergo in his facultatibus in quibus æs alienum contrahi non poteſt intellexit imperator hoc, & ideo iſte nepos ſuccesſit auo in beneficio acquiſito per auum, eo pacto, & prouidentia concedentis per ſe & liberis quo caſu nepos ſuccedit primo acquirenti, nō vltimo decedēti argumēt.tex. in l.cū patronus deleg. ſecundo & leg. ſi arrogator ff. de adopt. Secundo probatur per verbū ſuſcipere,quod denotat factum,& proprie ad rem emphiteoticā peruenturo, quo verbo vtitur

Im-

Digitized by Google

Imperator ēt in l.fin in fin.C.de iur.emphit.Tertio probatur per illud aliud verbum, beneficium, quod illud propriè dicitur, quod acquiritur per ſe,& deſcendentibus,quod non poteſt verificari,niſi in talibus bonis emphiteoticis, vel vinculatis, & quæ ſubiacent reſtitutioni, poſtquam in feudo non verificantur, & hoc dicitur beneficium propriè,vt in cap. primo §. ſi quis miles beneficium vendiderit de feudo ſine culpa non amittendo, & ſic, ſi non exemplificatur in feudo,ſaltim exemplificabitur in bonis prædictis emphiteoticis, vel alijs huiuſmodi.

Ad l. offidius ff. delegat.tertio Traditur purus intellectus.

VArijs ſenſibus agitatur hoc Pauli reſponſum Bart. in hunc modum ſententiam veterum concepit appellatione reliquorum non contineri pecuniam iam exactam, vel quæ patrisfam. eſt deputata: Non probo ego,quod de pecunia exacta conſtruit,ſed vt & veterum & noſtra oſtendatur ſententia, familiariter verba Pauli Iuriſconſulti interpretabor. Ait, Offidius, &c. Iureconſult.ſpeciem explicat,vſque ad illum locum,quæ in credito habuerit pater. Deinde ponit quæſtionem, & allegationem, demum deciſionem, & omnis quæſtio oritur ex illis verbis, (Item quorum rationem reddere debeat,) Ait actori Antiocho, hic Antiochus erat actor, & rationem exercebat, & reddebat domino de omnibus rebus ſuis domeſticis. Ait reliqua legauerat hoc eſt ſi quid deberet ex rationibus, & vt non deberet reddere rationem adminiſtrationis,Ait tam ſuam,quam colonorum, ideſt reliqua actoris, & colonorum Ait legatarius

rius proferebat manu patrisfam.reliquorum ideſt,actor proferebat, & oſtendebat reliqua ſua, colonorum ſcriptura manu patrisfam. facta; puta producebat calendarium reliquatum eſt legendum omninò, id enim à verbo liquor deſcendit, & eius eſt ſupinum oſtendebat reliqua re. Ait item in eadem ſcriptura, adiectum quidam teſtamentum quidam illam de qua proximè facta erat mentio, intelligunt, quæ ſententia mihi vera eſt, nam Antiochus proferebat,adiectum ideſt adiectionem factam manu patrisfamil.quæ ita erat,item eorum, &c. Ait item, quorum rationem reddere debeat, credendum eſt patremfamil.ita ſcripſiſſe,Antiochus ſeruus mihi debitor eſt,ob talia reliqua,item eorum, quorum mihi rationem reddere debeat, vel quid ſimile, & ex his verbis Antiochus petebat, vinum, oleum,& cæteras res quarum rationem tenebatur reddere, quia erat actor, niſi poſtea teſtator ei reliqua legaſſet. Ait lex ſi quæ in credito, &c. hic proponit quæſtionem, ex illis verbis, item eorum, &c. ſi legamus credito, nullus orietur ſenſus probabilis ideo legendum erit in condito, ideſt in horreis, & apothecis, nam de his actor reddere rationē tenebatur, & hæc penes dominum erant recondita, vt ex verbis legis apparet, nam Antiochus ea petebat ab hærede,conditum nominaliter poteſt accipi aliter in Rubrica de conditis in publ. horreis libr. 10. ſimile tamen dictum eſt in l.prima in fin.eo tit.ibi menſor qui frumēta modio metiatur, vel iuſtis extimationibus colligat quanta haberentur in condito.Et quod ſit legendum, in condito, ratio, & caſus, & verba inferiora oſtendunt in quibus de archa ſit mentio. Ait quæ ab ipſa liberius petebat, dictio quæ deſtruit ſenſum, nec ſecundum rationem rectè locutionis, aut orationis perfectæ poteſt ibidem ſtare ideo Accurſ. dicebat quod quaſi oblitus

Iu-

Iuriſconſ. repetijt, ſed id planè ſomnium eſt, imò alia dictio eſt ſibi ſuſtituenda, puta ea, vel hæc, hoc ordine legendo, hæc ab ipſa libertus petebat. Ait, ex reliquis eſſe dicebat, allegabat etiam de his, quæ in condito ſunt vino, oleo, frumento rationem reddere debebam, & ad reliqua tenebar eorum occaſione, igitur cum reliqua mihi legata ſint, illa mihi debentur quibus allegationibus Præſes conſenſit, nam pro legatario tulit ſententiam, ideo ait lex, & apud Præſidem obtinuerat. Quæ ſequuntur non ſunt difficilia valdè. Ex diuerſo contradicebatur, reliqua colonorum ab eo non peti, nec propria, diuerſam autem eſſe cauſam eorum quæ in credito eſſent Imperator interrogauit partem legatarij quærendi cauſa, pone, inquit, in credito centies centum aureorum eſſe, quæ in vſu ſuo ſumi ſolerent, diceres totum quod eſſet etiam relictum in archa deberi, & placuit rectè appellaſſe, à parte legatarij ſuggeſtum eſt quædam à colonis poſt mortem patrisfamil. exacta. Reſpondit quod poſt mortem exactum fuiſſet, reddendum eſſe legatario, hactenus verba legis. Illa autem verba, reliqua volo ab eo peti, &c. continent allegationem Valerianæ hæredis, quæ dicebat, ego non peto à te reliqua colonorum, nec tua propria, quam tibi legata ſunt, nam ſi non fuiſſent legata, à te petere poſſem, & ita ſatisfacio ego voluntati patris mei, alia cauſa eſt, Eadem Valeriana aiebat, eorum quæ in condito ſunt, quia non continentur appellatione reliquarum, Ait Imperator quærendi cauſa, ideſt examinandi cauſa, & quæſtionis enucleandæ, pone, inquit, in condito, ideſt in archa ad vſus ſuos, non vt his negociaretur, vel mutuaret, centies centum ideſt decem milia; totum quod eſſet relictum in archa, hoc eſt ipſa ſumma centies centum in condito habita, à parte legatarij ſuggeſtum eſt, hoc eſt rationibus inſinuatum

Sug-

Suggerere enim eſt rationibus adductis, & allegationibus perſuadere l.prima,vbi pup.ed.deb.l.ex facto §.primo de hæred.inſtit.l.ſeruus, de vulgar. & pupill.& in hoc differt à verbo referre, quia qui refertur, nihil ſuadet, ſed conſilium requirit, porrectis geſtis, & actis partium l.ſecunda C.de leg. & ita differunt, Sequentia verba non ſunt, nec ambigua, nec obſcura: ſed quia reliquorum mentio habita eſt pluries, dicam aliqua de eorum ſignificatione, reliquari igitur, & reliqua facere, & reliqua trahere, idem notant, ſignificantque eorum, quæ debentur partem retinere,nec penitus ſoluere quod debetur, vt faciunt, qui rationibus non ſatisfaciunt, hi reliquatores dicuntur, quorum mentio eſt in l. creditores §. tertio de ſol. De ve verbo reliquor, & reliquorum mentio eſt in l. qui nominibus, & l.Iurius,de adm.tut.& l.ſi ſeruus C.ad vell.l. ſecunda,& tertia C. ſi propter public. penſit.l. ſticho de ſtatu lib.l. boues, de verb.ſign.cum mille alijs concordanribus, & ſimilibus, Ex quibus ſit impoſitus finis vero intellectui huius textus, &c. ad vberiorem ſaturitatem aliorum id explanationem ll. in noſtris quotidianis repetitionibus vos remitto,&c.

l.prima §. Decretalis, de ſucceſſor ædicto valdè egregiè dilucidatur.

SVb titulo de ſucceſſ. ædict. primo reſponſo,inter cætera, ſcriptum eſt ab Vlpiano,in hæc verba, Decretalis bonor.poſſeſſ.an repudiari poſsit videamus,& quidem diebus finiri poteſt, ſed repudiari eam non poſſe, verius eſt,quia nondum delata eſt,niſi cum fuerit decreta,rurſum poſtea quam decreta eſt, ſera repudiatio eſt,

quia

quia quod acquiſitum eſt repudiari non poteſt hactenus Vlpian. Hic locus creberrimè in materia bonor. poſſeſſ. citari ſolet, ex eoque legum multarum pendet intellectus, & perperam vſque ad hunc diem, (ſi me mea opinio non fallit) explicatus mihi videtur, ſenſus veterum fuit Decr. bonor. poſſ. eam dici, quæ decernitur à Prætore viuo, cum alia ſit ædictalis, à mortuo Prætore conceſſa, Putauerunt ēt alij bonor. poſſ. ordinarias, non poſſe acquiri niſi, à Prætore interpoſito decreto, ex quo decreto, Decretalis vt aiunt eſt appellata, ideo exponūt, decretalem bonor. poſſ. finiri poſſe diebus, ideſt ius petendi decretalem. Ex hac clauſula igitur dixerunt interpretes decretum interponi debere, in dāda bonor. poſſ. ſecundum tabulas, vel contra tabulas, & in cæteris ordinarijs, conantur hanc eorum tueri ſententiam multis legibus, quæ ſignificare penè id videntur, aut ex ſententia, aut ex verbo ipſo decreti l. tertia de bonor. poſſ. ibi, ſed ſi id nemo petat, vel agnouerit bonor. poſſ. nomine municipij, habebit bonor. poſs. Prætoris edicto, & ex his etiam verbis colligit Accurſ. decreto eſse dādā bonor. poſs. cum alia ſit quæ datur ex ædicto, ſed profecto, hic locus minimè probat eorum opin. ſenſus etiam eſt, ſi nemo agnouerit bonor. poſs. nomine municipij, poſse municipium agnoſcere, vt Prætoris edictum permittit, vt in l. 1. §. à municipijs de bonor. poſs. Municipes igitur agnoſcere poterunt ex edicto quod intelligendum eſt intra tempora conſtituta per l. 1. de libert. munic. Adducunt pro eorū opin. in eadem lege illa verba, ſi cauſa cognita bon. poſs. detur non alibi dabitur quam pro tribunali, quia neque ex decreto deplano interponi, neque cauſa cognita bonor. poſſ. alibi quam pro tribunali dari poteſt, Quæ verba ſi conſiderentur faciunt contra eorum ſententiam, nam ex his apparet, quaſdam

eſſe bon.poſſ.quæ dantur cauſa cognita,& quaſdã alias cauſa nõ cognita,& de plano,nec nõ aliquas dari ex decreto,& aliquas ſine decreto. Sed manifeſtè apparet bonor.poſſ.Carbon. dari cauſa cognita, & ex decreto, & interdum quæ datur ventri l. impubes de Carb. edict. l.vbicunque §.interdum de ventr.in poſſeſſ. mitt. igitur oportet intelligere,quaſdam alias eſſe, quæ dantur ſine cauſæ cognitione, & ſine decreto, nec aliæ poſſunt inueniri, niſi ordinariæ bonor. poſſ. dabuntur, igitur hæ ſine decreto, & cauſæ cognitione. Item adducunt l.ſi ventr.de acquir.hæred. Vẽtre præterito,ſi filius,qui fuit emancipatus,aut extraneus,hæres inſtitutus ſit,quandiù rumpi teſtamentum poteſt non defertur ex teſtamento hæreditas, ſed ſi vacuo ventre mulier fuerit, & incerto eo filius in familia retentus vita deceſſit hæres fuiſſe intelligitur, emancipatus vero, aut extraneus non aliter poſſunt hæreditatem quærere quam ſi non eſſe prægnãtem ſciant, ergo, ſi ventre pleno ſit mulier, nonne iniquum eſſet dicere interea defunctum filium hæredi ſuo relinquere nihil ideo quod decreto filio ſuccurrendum eſt, quia ſiue frater ei naſcatur ſiue non naſcatur patri hæres futurus eſt,eadem ratio facit,vt emancipato quoque ſubueniri debeat, qui alterutro caſu rem habiturus eſt,hactenus verba legis; Hãc tamen legem non probare eorum opin.inferius oſtendemus. Adducunt præterea l.illud de contra tab.de qua ſupra item inducunt l Sal. de legat.præſt.Item l.ſi ex duobus in fin. de contra tab. & l.emancip.de coniung.cum emancip. & l. ſi libertus patrono de bon.libert.& l.vlt. de curat.fur.C.& l.ord. in bon.poſſ.ſer. Ad l. Ventre cuius verba ſunt ſupra relata, quæ ſi rectè animaduertuntur non probant bon. poſſ.ord.decreto dari,quin imò contrarium oſtendunt, ibi decreto eſſe ſubueniendum cum ius ordinarium non prouideat eo caſu imò contra eſt l.cum quidam eo

tit.ibi idemq; eſt per bonor. poſſ. edictalem, pendet tamen ſenſus ex ſuperioribus ſi igitur ordinario iure, ideſt edicto Prætoris generale non ſuccurritur in caſu l. ventr. & æquum ſit, & bonum ei ſuccurri, Prætor, ex ſuo decreto, & extra ordinem ſubuenit ei, quatenus nulla fuit læſio hæredibus illius, ex mora poſthumi, vt adita videatur hæreditas, vel bonor. poſſ. & ita poſſet ad hæredes transferri. & ſenſus l. ventr. quæ loquitur de adeunda hæreditate, replicatur in l. illud de contra tab. in qua de bonor. poſſ. agitur, cuius legis verba ſunt hæc, &c. & inferius ſcriptum eſt, ſi quis eum, qui in vtero eſt prætermiſerit, etiam nondum nato eo, alius qui hæres inſtitutus eſt bon. poſſ. contra tab. admittere poteſt, quia iniquum eſt, neque quaſi ſcriptum petere poſſe bon. poſſ. quandiù contra tab. peti poteſt, nec contrab. quandiù non naſcitur præteritus, & etiam ſi ante moriatur bonor. poſſ. beneficium ad hæredem tranſmittat quod maximè neceſſarium eſt in filio emancipato ſcripto hærede, quia nec hæreditatem interim adire poteſt, ſed & ſi deceſſerit antequam peteret bon. poſſ. nō eſt iniquum Prætorem decernere hæredibus ſaluum fore commodum bon. poſſ. ſecundum tab. vel contra tab. hactenus Iuriſconſ. in hac lege, vt dixi ponitur idem ius, quod in l. ventr. quamuis nulla mētio decreti fiat, niſi in fin. quæ verba oſtendunt quod de iure ordinario. & edicto Prætoris de bon. poſſ. non poteſt peti bon. poſſ. contra tab. quandiù poſthumus eſt in ventre, ideo ſuccurritur decreto Prætoris viui, & hoc eſt ꝙ in lege dicitur iniquū eſt, &c. & hoc induxerunt Iuriſconſ. ex interpretatione legis, vt hæreditas poſſet tranſmitti, ad hæredes in caſu illarū legū, quæ fortè nō tranſmitteretur ſi expectaretur ius ordinarium petendæ bon. poſſ. vt interim dum expectatur vt poſthumus naſcatur moriatur inſtitutus quæ

In l. Sal. legi debet, Saluius, Iulianus Ariſtoni ſuo, &c. non obſtat l.ſi ex duobus in fin.de bon.poſſ.contratab. in illis verbis filius in adoptatiua familia vxore ducta filium ſubſtituit eumque poſt mortem patris adoptiui emancipauit hunc nepotem contratab.aui naturalis decreto poſſe petere bon.poſſ.reſpondi,idē ſi filius emancipatus ſublato filio, & emancipato ad arrogandum ſe dederit,& mortuo adoptiuo patre deceſſerit,& contratab.patris,& contratab.aui ex decreto hic admitti ne alioquin ab omnibus bonis excludatur, hactenus auctor legis in qua,& ſi verbum decreti inſertum ſit, attamen, non ideo magis dicendum eſt,ordinariam bon.poſſ.dari ex decreto cum pluries in corpore iuris fiat mentio de bonor.poſſ.ordinarijs, & tamen nulla fit mentio decreti, & cum aliæ ſint euidentiores rationes, quod non interponatur decretum, vt infra oſtendam, igitur præſumendum eſt aliquid eſſe in occulto quod diſſonantiæ cauſam oſtendat, vt ait Iuſtinianus in l.ij. §. contrarium C.de veter. iur. enucle. Ideo reſpondeo in primo caſu eſſe intelligendũ,ex decreto,ideſt ex ædicto de coniung. tr.cum emanc.liber. nam decretum pro edicto ponunt interdum legumlatores in l.prima de tab. exhib. voluit etiam Iuriſconſ.exprimendo decreti verbum, occurrere tacitæ obiectioni, & caſum alium legis decidere compēdio orationis,nã potuiſſet quiſquã dubitare,& dicere,dixiſti emancipatum de quo loqueris,poſse accipere bonor.poſs.contratab.Sed in quota portione,vel in quo gradu non dixiſti,nec quibus coniungatur in hæreditate,ideo dubitationem ſubſtulit exprimēdo illud verbum ex decreto, quaſi inferat illum emancipatum venire, ad hæreditatem cum alijs filijs eiuſdem aui,vt in l.prima §. qui habebat eo tit. ibi edicto, &c. vel cum patre ſuo, ſi forte inſtitutus fuit l. non putauit §. in adopt. eo tit. &

ita

ita ſecundo caſu etiam poſsumus ſoluere vt decretum, pro edicto intelligamus de coniung. cum emancip. liber. Poſset etiam reſponderi vt dictum eſt ſupra ad l. ventr. & in illud videlicet quod cum de iure ordinario, non videbatur poſse admitti,ad bonor.poſs.& iniquum erat excludere eos, idcircò extra ordinem eis ſubuenitur æquitate prætoria, ideo ſuo decreto prætor ſubuenit,& hoc ſignificare videntur illa verba,ne aliquis, &c. & in l.ſi pater eo tit. ibi iniquum ſibi videri, &c. & hoc mihi probatur. Ad l.emancipato eodem modo reſpondendum eſt decretum ſcilicet ibi accipi pro ædicto de coniung. cum emanc. lib. nam ſicut pater iungitur cum filijs ſuis aliquando vt in l.prima dict.tit.de coniung. ita etiam in ipſius patris bona filij in poteſtate aui retenti, ſuccedunt, & coniunguntur cum ſuis fratribus qui remanſerunt in poteſtate patris,ſeu poſt emancipationem nati,& hic eſt caſus l.emanc.cuius verba illa ſunt.Emancipato quis filio retinuit,ex eo nepotes in poteſtate filius emancipatus ſuſceptis poſtea liberis deceſſit, placuit in aui poteſtate manentes ſimul cum his, qui poſt emancipationem nati ſunt decreto bon.poſſ. accipere, &c. Poteſt etiam & illa ſolutio accomodari,vt de decreto prætoris intelligamus vt ſupra ad alias leges eſt dictum, nam ædictum de coniung.cum emanc. lib. non videbatur in caſu d.l.emancip.habere locum, quia loquitur de coniung.filijs,vel nepotibus cum patre,vt in l. 1. eo tit. & lex emanc. loquitur de fratribus ſimul iungendis, ideo cum ordinario ædicto non ſuccurratur, & æquitas ſugerit prætor partes ſuas interponit,& ita decreto ſuo decernit,fratres,cum fratribus ſuis iungi. Sed quia ad l. ſi ex duobus, & l. emancipato duas docui ſolutiones, vnam quam veriorem puto eligo, illam videlicet, Decretum accipi. pro decreto prætoris viui, ex æquitate

inter-

interpoſito,nã quod pro ædicto de coniung.intelligatur non videtur poſſe ſuſtineri, quia in l. ſi ex duobus explicatur ſpecies, qua nepotes ſunt extra familiam, & in ædicto oportet, ait eos in familia eſſe aui l. 1. §. ſi pater dict. tit. de coniung. Longè minus probat l. ſi libertus patrono, non enim in ea dicitur decreto bon. poſſ. dari, ſed de portione legitima patrono in bonis liberti danda, quæ ſine onere eſſe debet, ideo ſi quid oneris fuerit ædictum, prætor temperabit negotium decreto ſuo hoc eſt extraordinario auxilio propterea dixit remediũ decreti; nam ſi decretum ordinariè interponeretur non dixiſſet decreti remedium, remedia namque ſubſidia extraordinaria dicuntur l. prima de ventr. inſpic. & ex verbis legis non obſcurè oſtenditur decreto Prætoris, eſſe ſuccurrendum vbi æquitas ſuggerit. Lex vlt. C. de curat. fur. facit contra eos, verba ſunt hæc. Sin autem ex alia quacunque cauſa hæreditas ad eum, vel ſucceſſio perueniat, tunc magna, & inextricabilis, vetuſtiſſimo iuri dubitatio exorta eſt, ſiue adhire hæreditatem, vel bon. poſſ. petere furioſus poſſit, ſiue non, & ſi curator eius ad bon. poſſ. petendam admitti debeat, & iuris auctores, ex vtroque latere magnum habuere certamen nos itaq; vtramque auctorum aciem certo fœdere compeſcentes, ſancimus furioſum quidem nullo modo poſſe, vel hæreditatem adhire, vel bon. poſſ. agnoſcere curatori autem licentiam damus (imò magis neceſſitatem imponimus) ſi vtilem ei eſſe ſucceſſionem exiſtimauerit, eam bon. poſſ. agnoſcere, quæ ante ex decreto dabatur, & ad ſimilitudinem bon. poſſ. habere cum petitio bon. poſſ. Conſtantiniana lege ſublata ſit, &c. Nam antea dabatur furioſo decretalis, quæ erat ad exemplum carbonianæ &; ex decreto prætoris dabatur l. 2. ad Senatuſconſult. Tertul. §. ſi quis de liber. nunc datur ad ſimilitudinem

ordi-

ordinariæ vt hic ſtatuit Iuſtinianus, conſtat igitur quod ordinaria non dabatur ex decreto, nam ſi ex decreto daretur non dixiſſet quæ ante ex decreto dabatur. Lex vtile, Quis ordo, nihil facit, pro ſententia antiquorum, imò noſtram confirmat; nam in ea traditum eſt bon.poſſ. alias de plano dari, & ſine cauſæ cognitione, ſed nullæ aliæ huiuſmodi inuenientur niſi ordinariæ quis ergo eas eſſe negabit, nam ambiguum non eſt, quin extraordinariæ dentur ex decreto, & pro tribunali, vt infra oſtendam, & quãuis in lege dicatur, quod dies vtiles, vtiles .n. conſiderantur in omnibus nõ tamẽ ex hoc ſequitur; omnes dari ex decreto, nam vtiles dicuntur quibus quis poteſt adhire iudicem, & eius habere copiam, & tales vtiles conſiderantur in ordinarijs item vtiles dicuntur quando Prætor ſedet pro tribunali, & hi conſiderantur in extraordinarijs vbi decretum exigitur, vel pro tribunali datur vt carbon. & quæ ventri, & furioſo dabatur verba legis ideo ſubijciã, Ait vtile tẽpus eſt bon. poſſ. admittendarum, ita aut vtile tempus eſt, vt ſinguli dies, in eo vtiles ſint, ſcilicet vt per ſingulos dies, & ſcierit, & potuerit admitti, &c. & paulo poſt dies bon. poſſ. eſſe vtiles palam eſt, ſed non ſeſſionum numerabantur, ſi modo ea ſit bon.poſſ. quæ de plano peti potuit quod ſi ea eſt, quæ cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderat, vel quæ decretum expoſcit ſeſsiones erunt nobis computandæ, quibus ſedet, &c. Valdè hodie conſiderandi ſunt dies vtiles, ideſt quibus quis ſcit, & poteſt prætorem adhire, quia hic fauor eſt in dãda bon. poſſ. & Imperatores abſtulerunt ſolemnitates non fauores, & ita intelligendum eſt ſcriptum Iuſtin. de bon. poſſ. in fin. ſed poſſet quis obijcere, & quærere, quid intereſt, inter illa verba quæ cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderant, & quæ decretum expoſcunt, videtur etiam

quaſ-

quaſdam dari, ex decreto, quaſdam ſine quæ tamen expoſcunt cauſæ cognitionem pro tribunali, nam dictio vel, disiungit diuerſa, nõ ſimilia, quã ob rem videtur hac forma loquẽdi, tribus modis dari bon. poſs. de plano, ex decreto, & ſine decreto cũ cauſſæ cognitione ꝑ tribunali. Reſpondetur disiunctiuã, vel. hoc loco, non disiungere, ſed declarare, & exponitur pro ideſt, nec id nouum eſt in iure poni interdum, dictionem, ſeu, ſiue, & copulam, vt in l. prima C. de repud. in Rubrica. Si ager vectig. vel emphit. & l. vlt. C. locat, & in inſcriptione digeſtorum ſeu pandec. l. generali C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. l. ſi maior de legit. hæred. Poteſt etiam dici, quaſdam dari ex decreto, ordinaria, & ex propria forma, & ſemper vt carboniana quaſdã ſine decreto, & ſine cauſæ cognitione, vt ſecund. tabul. & contra tabul. Ordinarias quaſdam ſine decreto; & cũ cauſæ cognitione, Interdum Sed interdũ cum cauſæ cognitione vnde poſtea decretum ſequitur, ſed non ex peculiari forma illius bon. poſſeſ. vt in poſſeſſione quæ ventri datur l. vbicunque §. interdum, & l. prima §. ſua de ventr. in poſs. mitt. quæ tamen ſolutio non valde diſcrepat à prima, Si quis diceret propterea Decretum poſſe interponi etiam ſine cauſſæ cognitione id mihi abſurdum non foret, nam in ventre mittendo in poſſeſs. videtur prætor decernere, non tamen ſemper cauſa cognita id facit (vt ſupra dixi) Item prætor confirmat tutorem datum à patre filio emancipato, & ſic decernit, & decretum interponit, & tamen id facit ſine cauſſæ cognitione Inſtit. de tutel. in fin. l. quarta de dãn. infect Interponi decretum apparet ſine cauſſæ cognitione, qua propter ſi de decreto generaliter, aliqua diffiniero non erit ſine opere prætio. Decretum itaque à decernendo ideſt deliberando, & ſtatuendo eſt dictum, & generali appellatione ſignificat, quidquid ſtatuitur

vel decernitur à prætore iudiceue, aut legiſlatore, vel ſi qui ſint alij qui habeant iubendi poteſtatē vt decurionū Senatus, & magiſtratuum Decretum, vnde titul. eſt de decreto ab ord. facien. & Senatus conſulta decreta appellantur, & decreto imperator interdum ſtatuit, & prætorum decreta pleraque ædicta appellantur l. vlt. C. de ſent. ex per rei, & inſtit. de tutel. in fin. adhibita l. iur. noſtro in fin. de tur. & l. item hæred de ſuſpect. tut. itē iuſtum Iudicis decretum dicitur l. ſi decr fferit. qui ſatiſd cog. Item iudex interponit decretum in multis iuris articulis, qui expediri non poſſunt ſine decreto ideſt iudicis approbatione, & confirmatione præhabita cauſſæ cognitione, vt in alienationibus rerum minoris, qua de re in titulo de reb. cor. & C. vbi decret. opus non eſt, itē in tutorib. dandis, & curatoribus, & in tranſactionibus alimentorum pupillis relictorum l. cum hi de tranſ. Item in danda bon. poſs. Carboniana l. ſi impub. de carbon. ædict. & in mittendo in poſs. ex contumacia eius qui dāni infecti non cauit, in qua re duo interponuntur decreta, primum non plene cauſa cognita, ex quo is cui non cauetur mittitur in poſſ. naturalem tantum; ſi vero perſeuerat non cauere, ſecundum decretum interponitur cauſa cognita, quo is cui non cauetur poſsidere incipiet etiam ciuiliter, ex quo decreto vſucapere incipiet, ſi dominus non erat is qui non cauit Si vero dominus erat dominium acquirit ſtatim interpoſito ſecundo decreto, & hæc colliguntur ex l. quarta, & ſimil. de dān. infect. Decretum autem interponitur pro tribunali l. nec quicquid §. vbi decretum de offic. præ. & l. ſecunda quis ord. Proprium autem eſt decreti vt cauſa cognita, & pro tribunali interponatur. Et lex interdū admittit ſine cauſſæ cognitione Inſtit. de tut. in princ. ſed in cauſ. dan. infect. leuis admodum cognitio adhibitur quia læſio non

eſt

eſt admodum magna ita eſt, etiam in concedenda bonor. poſſeſs.carbon. l. tertia §. cauſsæ de carb.ædi. Hæc quæ ad decreti declarationem pertinent ſatis viſa ſunt. Supereſt vt ſententiam noſtram accomodemus ad §. decretalis, & ad cõpares leges Conſtituo ergo concluſionem in ord. bon.poſſeſs.dandis non interponi decretum, nec etiam de iure digeſtorũ quia bonor. poſs; loco hæredis habetur per omnia l. prætor de reg. iur. & l. ſecunda de bonor.poſſeſ. & hæres adit hæreditatem ſine decreto l. gerit, & l. pro hærede de acquiren.hæred. igitur & idẽ in bonor. poſſeſs. Præterea impub.qui carbon.bonor.poſ. accipere poteſt, & vult debet accipere etiam ordin.bon. poſs.l. tertia §. hæc autem de carb.ædict. ſed carbon.accipitur ex decreto, & cauſa cognita l.ſi impubes §. tertio & l.tertia §.cauſſæ de carbon.ædic, igitur ordinariam nõ accipiet ex decreto, quia ſufficeret primum decretum, nec oportet carbon. dari, nam in accipienda bon.poſ. ordinaria ſi cognitio cauſſæ adhiberetur cognoſceretur de eo quod iubet cognoſcere carbon. ideſt de ſtatu impuberis, & ſic præiudicium fieret Carbonianæ igitur oportet intelligere, quod ordinaria agnoſcitur ſine cauſſæ cognitione, & ſine decreto, & hæc ratio vrgentiſsima eſt Item bonor. poſſeſs.ord. per alium poteſt agnoſci pro abſente l. tertia §. atq.de bon. poſseſs. & hæc quæ agnoſcitur pro abſente poteſt repudiari vt ibidem traditur igitur manifeſtè apparet decretum non eſſe à prætore quia dum decreta eſt non poteſt repudiari d. §. decretalis, ſequitur ergo quod agnoſcitur ſine decreto; Rurſus pro abſente poteſt, quis agnoſcere etiam ſeruus pro domino l. ſeruus de bon.poſs.at ſeruus in figura Iuditij comparere non poteſt l. quod attinet de reg. iur. quomodo ergo poteſt eo petente decerni bon. poſſeſs.cum requiratur pro tribunali, & cognitio cauſſæ adhibea-

Digitized by Google

tur.facit etiam quod ſine mandato non poteſt alius;pro alio in iudicio eſſe l. exig. C. de procur. Item ſequeretur abſurdum, & legum pugnantia,ſi admittamus dari, ex decreto ord. bon.poſſeſs. efficeretur enim nunquam eam poſse repudiari quod eſt contra l. initio, & §. quide ſucceſs. ædic. & l. is poteſt de acqu.hæred. & quia non poteſt repudiari niſi prius delata ſit d. l.is poteſt,& l. prima §.furioſi de ſucc.ędic.ſed delata non eſt niſi ſit decreta d.§.decretalis;Et ſecundum veterum ſententiam nunquam poſſet repudiari vt in d. §. ſtatutum eſt. Item apparet quod ædictalis à decretali differt ſpecie l.prima quibus de ſucc.ædic. item facit l. ſi ſub. conditione & ſequ.de bon. poſſeſs. ſecundum tab. vbi bon. poſſ. datur ſcripto ſub conditione,igitur ſi ex decreto daretur non ſemper daretur,quia ſecundum cauſã iuſtam, & iniuſtam prætor decerneret actionẽ,&in his legibus dicitur in diſtincte quod datur facit etiam l. cum ſine de carb. ędic.vbi conſtat bon.poſſ.ord.dari ſine beneficio prætoris hoc eſt ſine decreto eius & carbon. dari ex beneficio prætoris quia eius decretum requiritur loquitur autem de beneficio prætoris viui. Item facit l. prima §.de ſecundum tab. ſufficit,Ait Iuriſconſ. extare tabulas,& ſi non proferantur ſi certum ſit eas extare igitur,& ſi apud furem ſint, vel apud eum,apud quem depoſita ſunt dubitari non oportet admitti bon. poſs. neque etiam eſt opus aperiri eas vt bon.poſ.agnoſcatur,&c.Et ex his verbis oſtenditur quod prætor non interponebat decretũ, neque cauſam cognoſcebat, nam ſi cognoſcere debuiſſet; non ita leuiter proceſsiſſet, ſed tabulas voluiſſet aperiri vt diligenter cognoſceret de viribus teſtamenti. Item facit l. ſub conditione §. & qui vbi ſi quis acceperit bon.poſs.contra tab.& non obtinuerit amittit legata, & fideicom.& donationes quæ eſſent eidem, in eo-

dem

Digitized by Google

dem teſtamento relicta vnde apparet eam non agnoſci cauſa cognita,nec decreto interpoſito,quia ſi cauſa fuiſſet cognita, non amplius cognoſceretur, & ſi decretum eſſet non amplius ammitti poſſet, vt ſupra dictum eſt. Nunc reſtat, vt ſenſum accomodemus ad §. decretalis. Senſus igitur eſt decretalem non poſſe repudiari, ſed tempore ammitti Decretalem bon. poſſeſs. Appellant legis latores carbon. & ſi quæ aliæ ſint quæ ex decreto dantur, ſed de carb. proprie intellexerũt,nã aliæ ad exẽplum eius dantur vt ventri, & furioſo l. Vbic.§. interdum de ventr. in poſs. mitt. & l. ſecunda §. ſi quis ad Tertullia Carbon.autem ex decreto dari, & propterea decretalis dicitur patet ex l. ſi impubes de carb.ædic. Quod ait lex finiri poſſe diebus carb. ſeu decretal. hoc eſt ſi intra ſtatuta tempora non petatur amittitur l. tertia §.currunt de carb.ædic. idque magis declaratur ex d. §.ſi quis finitur autem tempore pubertatis l. tertia §.vlt. & l. ſequ.de carb.ædic. Item in §. decretalis non poteſt intelligi de ædictali,quia edictalis amittitur tranſacto tẽpore,& repudiari poteſt, non igitur dicendum eſt quod poſtquam decretalis eſt facta amittitur tempore;cum etiã quę edictalis eſt amittatur l.prima §.quibus de ſuc.ędict. dicit quibus ex edicto datur quia ſupra dixerat de ea quæ ex decreto datur hoc eſt de decretali in d.§.decret. Nouiſſimè ſecundum eſt carb.eam eſſe,quę datur impuberi ſi quando ei volenti agnoſcere bonor. poſſeſs. parentum mouetur quæſtio ſtatus qua data,quæſtio differtur in tempus pubertatis, & interim impubes conſtituitur in poſs. bonor. ac ſi nulla quæſtio mota eſſet, & cum pubes factus eſt cauſa ſtatus cognoſcitur, & ſi pubes contrariam ſententiã reportaret cedit bonis omnibus Verũ ſi obtinuerit perpetuus poſseſsor remanebit dũmodo ord. bonor.poſs. agnouerit, nam carb.pubertate

fini-

finitur,Et hæc colliguntur,tum ex dicto §.decretalis tum ex l. prima §. cauſæ, & l. impub. de carb.ædicto.

Carbon bonor. poſſeſ. præbet factum, & Ius Contra receptam Interpretum opinionem.

VVlgo receptum eſt ab interpretibus,tum veteribus tum recentioribus in l. cognita de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & alibi, carb. bon.poſs. præbere factũ non ius, hoc eſt facti non iuris eſſe. Ego vero ſemper exiſtimaui, eam non facti ſolum, ſed iuris etiam eſſe, & ius in re preſtare adductus ex pluribus locis, atque in primis ex Diocletiani conſtitutione in l. prima C. de carb.ædit cuius verba.Si accurate,ac diligenter animaduertantur procul dubio quiſque ; vel mediocris ingenij exiſtimabit, ex carb.ædic. primum dari bon. poſs. quæ ius ſolum præſtat ſine poſſeſs. naturalis quæ facti eſt, id quod non obſcure, oſtendunt illa verba ſecundum formam ædic. carb. data bonor. poſſeſs. Mouet me rurſus Sceuolæ reſponſum in l. quæritur ff. eo titulo de carb. in qua aperte oſtenditur impuberem poſſe habere bon. poſſeſs. carb. quæ iuris eſt, nec habere eam quæ facti eſt. Id etiam confirmatur ex l. pen. eo titulo non affero verba quia perſpicua ſunt, ſi carb. ius non præſtaret,qui eam haberet ea quæ in ea l. dicuntur cui ſententiæ fauet l. prima illius tit. ſi cui controuerſia &c. Item & l. ſi impubes eo tit. Verſic. Quoties Accedit, & illud quod carb. datur etiam ſi nihil ſit in hęreditate corporale quod poſsit poſsideri nam in omnibus caſibus datur vbicunque quæſtio ſtatus mouetur facit l. ſed & ſi eo tit. ſi impubes non ſatiſdat, aduerſarius eius ſatiſdat mittitur in poſs, bon. & tamen carb. bon. poſs. data eſt, & ad-

miſſa

miſſa eiuſque vigore quæſtio differtur in tempus pubertatis facit l. filium § ſi quis de leg.præſt. & l.tertia §.miſſum d. tit. de carb ædic. & l. de bonis §. vlt. eo. Quidam fortaſsis inherens opinioni doctorum objiciet l. 1. initio de carb.ædic. vbi mentio eſt de poſs.ſine illa adiectione bon. vnde videtur ſignificare naturalem poſseſs. item objiciet l. 3. §. miſſum ſed vt ijs occurratur producēda ſunt aliqua,& primo de bon.poſs. ſignificatione Dicunt nāq;interpretes,quod ſi profeiatur poſs.bon.intelligamus naturalem poſſeſs. quæ facti eſt.Si vero bon. poſs. ſignificamus illam quæ iuris eſt, quam prætor cōcedit. Ego has verborum conceptiones, ac differentias non improbo, & his vti ſoleo,attamen vti aliter,non puto contra ius eſſe, ſed potius contra conſuetudinem,nā Iurisconſult non vſque quaque hunc dicendi, & proferendi modum obſeruauit, nam in l. ſi emanc. & in l.ſi duobus de contratab. Poſſeſsionem bon.dixit, & in l.3. §.duæ de carb.ædic.ſic in l. octaui vnde cogn. ibi poſs. differtur & in l.prima de ſucceſs.ædic.& l. vltim. de veter. & nul. ſucc. ita in d. l. prima de carbon.poſſeſs. intellexit carbon.bon. poſſeſs. Vſum ergo, vt dixi obſeruant potius quam regulam,nam & Cicero, in orat. pro Cluētio loquēs de bon.poſs.quę ex edic.prætoris deferebatur ait poſs.bon. prætoris ædicto datam; Poſset intelligi depoſſeſsione quæ eſt facti, cum ædic. carbon. vtraſque contineat. Item è contrario in pluribus locis inuenio ſcriptum bon. poſs. pro poſs. naturali quæ facti eſt l. imp. l. iub.cauere de iuriſd· omn.iud. & l. hæc autem ex quibus cauſ.in poſſ.in princ.& l.ſi pupillus de priuil. cred. Dicamus nunc aliqua de d. §. miſſum l. 3. de carb. ædic.cuius verba videntur prima facie, innuere carb.bon. poſs.non eſse iuris,ſed non refragatur. noſtræ opin. Perpendamus verba: Ait miſsum in poſs. ſtudent

conſtituere poſseſsorem nimirum eum facere iuris poſ-ſeſsorem poſtquam miſſus eſt in naturalem poſs. hoc eſt dum mittunt eum in poſſeſs. naturalem conſtituunt poſseſsorem iuris ſtudent, ait propter exceptionem inferius poſitam, ſtatim igitur habita poſs. naturali, eſt cõſtitutus poſseſsor. iuris, ideſt bonorum poſſeſſor quæ naturalis. poſſeſs. acquiritur data ſatisdatione l. ſed & ſi de carb. neque oportet vt aliud Decretum interponatur nam miſſus in poſs. id conſequitur eo ipſo quo ſatiſdedit, ait bon. poſs. ideſt iuris, & propterea in l. ſi eo tit. ait cauſa cognita perinde poſſeſs. datur, ac ſi nulla controuerſia mora eſſet, & in l. ſi impubes Quoties decr. carb. interponitur eodem loco rem habeã oportet, quo eſſet, ſi nulla controuerſia fieret ei qui bonor. poſſeſs. accepit ſi petere inſtituerit hæreditatem, vigore iuris quod habet ex decreto carbon. ab aduerſarijs repellitur exceptione, &c. nam præiuditium eis fieret, quia ex decreto ipſo videretur defendi hæres, & ita hæreditas ei adiudicaretur, & ſuper quæſt. illa iuditium fieret propter quod dilata eſt cauſa in tempus pubertatis, et ita aduerſarij qui controuerſiam ſtatus facere non poſſent amplius petere hæreditatem, vel iure ſuo vti, ideo, ait, quod debet petere quaſi hæres directa actione, nam tunc aduerſarij poterunt opponere, eum non eſſe de liberis, & ita cauſa ſtatus cognoſcetur, vel quæſtio differetur nõ petet ergo contra aduerſarios ideſt eos qui ad eandem hæreditatem aſpirant, vt in eodem, vel ſequenti gradu poſiti, nam contra alios poterit agere l. hæc bonor. eo titul, & l. ideoque ibi quam cum acceperit perpetuo poſſeſſorijs actibus vtetur; Sed ſi poſt pubert contra eũ iudicatum fuerit denegabuntur ei actiones, & hanc ſententiam Bar. & alij tenent, Sed qua exceptione repellitur Accurſ. ait quod præiuditium hæreditati non

fiat

ſiat l. ſi poſt de except. ſed illa lex loquitur vbi ſingulæ res repetuntur, ideo ſi hæreditas petatur exceptio doli videtur opponenda,& ex his ſit impoſitus finis huic interpretationi legis reliqua,&c.

Præmium promiſſum primo ingredienti Caſtrum ſi duo ſimul ingrediantur, cui eorum dandum erit?

PVlcherrimum certè dubium nobis obijcitur ad conſulendũ in his vacationibus carnis priuij à D.noſtrę Almæ Iuriſtarum Academiæ dignißimo Rectore cui vt morem geram ea facilitate, & breuitate maiori qua potero nonnulla in medium afferam, & quamuis per Dynum ſæpè & ab alijs ſcribentibus infra allegandis hæc veluti quæſtio ſit agitata ſub illis nempè verbis numquid ſcilicet ſi emanaſſet proclama quod quiſquis ingrederetur Caſtrum, vel Ciuitatem lucretur aliquid & duo ſimul ingrediantur,cui eorum debeatur præmium, tamen cum iam vt mihi præſupponitur, euenerit caſus iſte, in illis finitimis, ac remotißimis Flandriæ partibus (vbi ardor belli adhuc viget) quid iuris ego quoque cenſeam breuiter explicabo, & primo dico quod Dyn. & Cyn. in dicta l. qui filiabus §. primo placuit cuilibet deberi inſolidum, quoniam ſicut diſtributiuum quiſquis diſtribuit actum primi verbi, ſcilicet circa ingreſſum, ita diſtribuit actum ſecundi verbi, ſcilicet circa præmium conſequendum,vt in tex. noſtro. Ad quod benè facit etiam tex. in dicta l.qui filiabus § primo de legatis primo Secundo, quia primus dicitur quẽ nemo pręcedit §. diſcipuli ſupra in prohem. digeſtorum ambo igitur pri-

mi dicendi ſunt, cum eos nemo præcedat: ſic è conuerſo primus dicitur qui alios antecellit, vt habetur per gloſſ. in rubr. C. de ſecund. nupt. ergo cum ambo cæteros præcedant idem videtur dicendum, &c. Tertio per tex. in l. ex duobus in princ. ſupra de vulg. & pup. & l. qui duos infra de reb. dub. vbi ſubſtitutio facta vltimo morienti, ſi duo pariter ſimul mortui ſint, ambobus facta cenſetur; quia vltimus dicitur quem nemo ſubſequitur, ita & in caſu noſtro. Sic etiam hæreditas proximo agnato, ideſt ei quem nemo præcedit, deferri dicitur l. ſecunda §. hæreditas infra de ſuis, & legit. & in l. proximus infr. de verb. ſignificationib. Quarto, quia ſic beneficium valebit potius quàm peribit. l. quoties infr. de reb. dub. Quinto, quia præmium remuneratio eſt periculi l. ſemper §. negotiatores infr. de iur. imm. par autem periculũ pariter eſt remunerandum l. vltima C. de palat. ſacr. long. libr. duodecimo Ang. verò in l. eum qui nouiſsimus infra ad Trebell. quem ſequuntur Imol. & Alexand. in dicta l. qui filiabus §. primo niſi aliter appareat de mente proponentis præmium fuerunt in opinione quod neutri debeatur, per tex. in l. ſi ita fuerit de reb. dub. vbi legatum ei relictum qui primus Capitolium aſcenderit, vel primus monumentum fecerit, vel quid ſimile; neutri debetur ſi ambo ſimul id adimpleuerint. Confirmatur id ẽt per Imol. quia ſecundum eum vera non eſt differentia inter verbum diſtributiuum, & relatiuum quis, vel qui, quam expreſsit Bartol. in dicta l hoc articulo; nam relatiuum continet orationem indefinitam, quæ æquipollet vniuerſali l. ſi pluribus infra tit. primo cap. vt circa de elect. in 6. cum ſimilib. Addit præterea eum de proprietate ſermonis dici primum, qui omnes antecedit, ergo ſi alter ſecum à pari procedat, non vtique antecedet omnes, quo fit vt cum conditio ſit in ſpecie adim-

adimplenda, nec ſufficiat æquipollens l. Mæuius l. qui hæredi infra de condit. & demoſtr. neuter eorum dicetur propriè primus & eum ſequitur Alexand. in dicta l. qui filiabus §. primo vbi ſub num. tertio limitat niſi aliquod ſequatur abſurdum vt in dicta l. ſecunda §. hæreditas de ſuis, & legit. vbi abſurdum reputatur ſi proximiores ambo excludantur, & vlteriores in gradu admittantur. Ad idem benè facit tex. in l. duo ſunt Titij ſupra de teſtam.tut. vbi cum datus Titius eſſet tutor, & duo eſsent eiuſdem nominis, nec de quo ſenſerit teſtator appareat, neuter ad tutelæ onus admittitur, ſic etiam in caſu de quo agitur, dicendum omninò eſſe videtur. Attamen non defuerunt qui vtrique idem præmium ſimul coniunctim deberi exiſtimauerint, per l. ſi quis Titio.§.primo infra tit. prox. de legat.2. vbi ſi hæres vni ex libertis decem præſtare iuſſus ſit, nec de quo ſenſerit teſtator appareat omnibus coniunctim legatum debetur. Ad idem facit l.cum quidam ita verſ. idem ait eod.tit.vbi rogatus hæres cui vellet reſtituere,ſi neminē elegerit, omnibus reſtitutio fiet, Alijs placuit hoc ſorte dirimendū, ſicut in pleriſq; ſimilibus fieri conſueuit l. in trib.cū l.ſeq.ſupr.de iud.l.vlt.in prin.C.cōm.de legat.vbi in iudicijs duplicibus actor is intelligitur,qui ad iudiciū prouocauit,at vbi ambo prouocarunt,res ſorti committitur, ex quo tex.not. ibi Bald. quòd vbi non valet ingenium, res eſt committenda fortunæ, ſic in l.vlt. in prin. C.comm.de leg. & §. optionis inſtit.eod.tit. vbi ſi plures, quibus optio relicta eſt, non conueniunt, res ſorte dirimitur,& fortuna tunc iudex efficitur In l.ſi quæ ſunt ſupra famil. herciſcun. vbi pro æquis partibus hæredes, inter ſe, apud quem potius hæreditariæ cautiones eſſe debeant, non conuenientes, ſorti locum eſſe deciditur In l.generaliter §. quid ergo ſi plures infra de fid.lib.in

Digitized by Google

l.ſecunda poſt prin.C.quan. & quib.4. par.lib. decimo cum alijs per Tiraq. de iure primog. q. decima ſeptima opin. prima latiſsimè cumulatis,& præſertim num.101. Opinantur alij hoc caſu locum eſſe gratificationi iuxta l.final.ſupr.de relig.& ſumpt.funer. vbi Scæuola inquit gratificationi locum eſſe, ſi quis plures habens fundos, omnium vſumfructum ſeparatim legauerit, cui velit inferre hæres: cuius occaſione ait Alber.in l.ſcripturæ col. 1.verſ.quid de duobus C.de fid.inſtr.poſt antiquiores, quod magiſtratus,qui iurauit ſeruare ſtatuta,ex pluribus contrarijs locus erit gratificationi, quod eorum ſeruare maluerit, ſic etiam in l.3.§. ſi cum omnes in princ. & ibi gloſſ. ad Syllan. in l. de die ſupra qui ſatiſd. cog. in l.ſi. non ſortem §.vlt.ſupra de cond. ind.cum ſexcentis alijs infinitis legibus per Tiraq.cumulatis in tract.ſuo de iur. primog.quæſtion. decima ſeptima, opinione ſecunda in princip.Aſin.in dicta l.vlt.de relig.& ſumpt. funerum. Mihi tamen prima opin.Dyn.& Cyn.verior videtur per ſupradicta, quam limitādā arbitror ſecundum Bart. in dicta l. hoc articulo, ſi res promiſſa eſſet multiplicabilis,vt quantitas, tunc cuilibet inſolidum debetur,at ſi in ſpecie conſiſteret, vt equus & tunc facerent partes per concurſum, & hoc quando præconium dixit, quiſquis, &c.at ſi verbo vtatur relatiuo,qui, vel quis, tunc credo quod neutri debeatur per tex. in dicta l. ſi ita fuerit de reb. dub. qui in his terminis intelligi procul dubio debet.Verū attenta intentione diſponentis aliud erit obſeruandum,vt ſuperius in quinta ratione diximus quam hic breuitatis cauſa non repeto. Nec etiam obſtat Imolæ conſideratio dicētis inter diſtributiuum, & relatiuum non eſſe differentiam; quoniam differentia non modica eſt,ſi quidem diſtributiuum, ita plures eiuſdem generis ſicuti vnum comprehendere poteſt, vt in dicta l. qui fi-

liabus

liabus §.primo,& in l.Clemens patronus de hæred,inſt. cum alijs adductis per Bart.in dicta l.hoc articulo, ideoque non impedit ne omnes præmium conſequantur inſolidum, Aret. in dicta l.qui filiabus §. primo ſub nu. 4. Felyn. in cap. Capitulum ſanctæ Crucis extra de reſcript.at relatiuum ſic accipitur,vt licet poſſit quemlibet comprehendere de contentis ſub præconio, non tamen niſi ad vnum refertur. dicta l. ſi ita fuerit, & ita Bald. etiam diſtinguit in §.itaque in prima conſt: Codic. Ad aliam Imol. conſiderationem, Reſponditur verum eſſe de proprietate dici primum,qui omnes antecedit, vt habetur per gloſſ. in l. prima §. æſtas infra ne quid in loc. publ. & in dicta l. proximus ff.de verb.ſignif. nihilominus iuxta mentem diſponẽtis ille dicitur primus, quem nemo præcedit,etiã ſi nemo ſequatur,quamquam non poſſit dici anterior aliquo,vt in dicta l. qui duos in fin. princip.ff.de reb.dub.& in dicta l.ex duobus in princip. ſupra de vulg.& pupill. Et ſecundum Aretin.in d.§.primo ſub num.quinto,& in d.l.ſi ita fuerit, non excludun tur pariter aſcendentes Capitolium quia ambo primi dici non poſſint; ſed ad tollendam ambiguitatem cui debeat præſtari legatum,vt ipſe Imol. illum tex.intelligit in dict. l. eum qui nouiſſimus, & ita dicetur primus qui pari paſſu cum alio concurrit,quo ad adimplendam conditionem, alioqui non deficeret legatum, ex cauſa ambiguitatis, ſed quia non eſſet impleta conditio contra mentem illius text.determinantis in fin.plura exempla ſuperius poſita, quorum aliqua, quæ neceſſariò deficere non poſſunt, niſi rõne obſcuritatis arg.l. iam hoc iure,§.primo ff.de vulg.& pupill. Ad id verò quod conditio impleri debet in forma ſpecifica,& ſecundum proprietatem verborum, dici poteſt ſecundum Aretin.procedere in conditionibus dandi, ſecus in facti conditio-

ne

ne iuxtà notata per Bartol. in l. Gallus §. & quid ſi tñ ff. de lib. & poſt. vel quod teſtator hoc caſu videtur ſequi iuris interpretationem, iuxta quam primus proximus dicitur vt ſuperius retulimus, & conſequenter non velle verborum proprietatem obſeruari, d.l. ſi ita fuerit; cui ex prædictis, quatenus illam aduerſus Bart. ſententiã adducebat Imol. apparet benè reſponsũ fuiſſe. Prętera diximus propriè etiam dici primum quem alius non ſequitur, vt in cap. Ioſeph extr. de verb. ſign. vbi primogenitus dicitur, Quãuis alius non ſequatur, & Zabarell. ibi infert poſſe legem vnicam alicuius tit. dici primam, licet alia non ſit; quinimò Abb. ibidem numer. 4. infert ad quæſtionem ſi promittatur præmium primo currenti ad brauium, nec niſi vnus ſolus currat, quod ei debeatur, non igitur neceſſe eſt, vt quis ſit primus, vel alius ſequatur, licet regulariter primus dicatur reſpectiuè ad ſiñ, vt per Bald. in l. quiſquis §. talem verſ. modo pone. C. de ſecund. nupt. ſic primum decretum Iudicis dicitur licet non ſequatur ſecundum, Spec. de primo, & ſecund. decret. de qua, & ſimil. quæſtionib. per Corſett. in tract. de brau. valdè abundè eſt videre. Ad l. duo ſunt Titij dicas tutelæ dationem vitiari nulla alia ratione niſi propter incertitudinẽ, cuius regulariter maximũ eſt vitium, vt per Oldr. conſ. 257. in fin. Crau. 104. num. 11. cum ſimil. & ratio, quam in caſu de quo agitur, diximus militare in vtroque, nempè, quia vterque par periculum ſubijt, & in terminis illius text. non poteſt conſiderari. Hanc tamen opinionem quod neutri competat limitandam cenſerem, quando tale eſſet præmium, quod pluribus congruè concedi non poſſet, vt ſi polliceret Princeps filiam in vxorem primo ingredienti Caſtrum inimicorum, arg. l. ſi quid ego ff. de duob. reis, & l. vter ex fratribus ff. de cond. inſt. licet Alex. in d. l. ſi quis fi-

liabus

liabus §.1.ſub num.2. voluerit eſſe locum gratificationi Sublimitari, tamen pôt id procedere quando præmium eſſet actui non reiterabili appoſitum, at ſi reiterari poſſet, iterum deberent experiri: ſicut ex conſuetudine de duobus eodem tempore ad brauium currentibus placuit Alber.in 1.par. ſtat.quæſt. 107. & Corſett.in ſuo tract.de brau.q 1.n.3.licet nonnulli ſecundũ iuris deciſionem aliud obſeruandum cenſeant, nimirum vt nemimini præmium debeatur. Sed nunquid ſi iterum admittuntur, ij ſoli admittendi ſint, vel alij quoque qui prius cucurrerunt? & an etiam qui nondum cucurrerunt? ne materiæ terminos egrediamur, videte Bald. in d. §. itaque in 1.conſt.Cod. Ang. & alij in d.l. eum qui nouiſſimus ff.ad Treb.& in l.duo ſocij ff.de hær.inſtituẽd. Nec pro tertia opinione allata reſiſtunt, quibus probari videbatur, vtrique coniunctim præmium idem deberi: nam tex in d.l. ſi quis Titio §. 1. procedit quando electio erat hæredis, qui non eligendo, ius ambobus libertis quæſitum ex voluntate teſtatoris tollere nequit, ideo ne alteri præiudicium fiat, ambobus præſtatur legatum,& ita etiam ad l.cum quidam §.1.eod.tit.reſpondendum omninò, niſi fallor, erit Nec quarta opinio de re per ſortem dirimenda placet, quoniam quæſtio facti ſorte dirimi non poteſt, vt latè per Tiraquell.in dicta q. decima ſeptima opin.prima num.91. & ſi dirimi poſſe dicatur quod id quidem non procedit altero diſſentiente, iuxta l.quoties ff. de vſufr. amitt. Bart. Sal. Ang.& Corn.vnanimiter ſic tradunt in l.vlt.C. comm.deleg. cũ alijs per Tiraq.ibidem cumulatis num.94.& per Menoch.de arb.iud.libr.2. caſ.442. numer. vndecimo Minus etiam quinta, & vltima opinio de gratificatione admittenda eſt, cum gratificationi minimè locus ſit niſi in caſibus in iure expreſsis, alioquin diſpoſitio fieret de iure

tertij

tertij vt dicit Bald.in cap.1.col., en.de feud.alien.quod abſque illius contenſu,nemini permittitur l. dudum C. de contr. empt.l. cum Hermes C.locat. Aret. conſ.42. ad fin. verſ. præterea dato, Tiraquell. dict. quæſt. 17. opin.2.num.23.& de vſu retra.tit. primo §.26.gloſ.2. num.2. & ſeq. Rurſus quia præmium laboribus, & periculis commenſurandum eſt, quæ cõia fuerunt dicta §.negotiatores cum alijs præalleg. Et ius alterius facilè ex Iudicis arbitrio læderetur, nec etiam in foro conſcientiæ eſſet tutum,vt poſt Nauarr.in cap.ſi quis autem num.130 de pænit. diſt.7. Menoch. tradit de arb. iud. lib.ſecundo caſ.339.num.22.& de ret.poſſ.rem.3. nu. 767.Et hæc ſufficiant ob temporis anguſtiam mihi conceſſam.ſolummodo ſcripſiſſe, &c.

Tractatur num pecunia ſub mobilium appellatione contineatur.

SEmel, atque iterum de hac ipſa dubitatione conſultus reſpondi,ſub legato ſcilicet omnium mobilium pecuniam quoque numeratam contineri, & ad pauperes quibus mobilia legata ſunt omnino pertinere arbitror, idque procul dubio veriſſimum de Iure exiſtimo nam qui pecuniam, ſub mobilium ſcilicet appellatione contineri negant,ſenſu carent omnia.n.quæ de loco ad locum moueri poſſunt, mobilia ſunt, vt ſenſus docet, & Oldr.refert conſ. 219 ac Dec. conſil. 472. num.quatto & quæ per ſe mouentur l. prima in princip. ff. de rei V S d. l. à Diuo Pio, §.in venditionem vbi gloſs. de re iud.l.ſecunda C. quand.& quib. quart. par.deb.lib. 10. Cum cæteris per Ruin. adductis conſ. 32. lib. ſecundo & Nouiſsimè per Mantic. de coniectur. vlt.volunt. lib.

nono

nono, titulo tertio in princip. Idque multo magis, vbi omnium mobilium mentio habetur arg. l. Iulianus, de leg. tertio l. à procuratore, C. mand. Nec vnquam ſub immobilium diſpoſitione comprehenditur, niſi vbi ad emptionem immobilium deſtinatur l. Cætera, §. ſed & ſi parauerit vbi Iaſ. de leg. primo, l. tertia §. quid ergo, ff. de contrar. iud. tut. quem ſingularem aſſerit Roman ſingul. 203. Crem. ſing. 59. Ripa in l. prima §. fuit quæſitum num. nono ad Trebelleian. Quinimmo etiam eo caſu mobilium appellatione contineri, & id communiter receptum tradit Boer. deciſ. 209. Tiraq. de ret. con ſang. §. primo gloſs. ſeptima num. 106. cum ſeqq. Amplius etiã ſi negotiationibus eſſet tradita Pinell in l. prima par. ſecunda num. 44. C. de bon. matern. Nec quic quam refert. clauſula venditionis, nam & pecunia etiam vendi poteſt ſi eſſet aurea, vel iuſtj ponderis vt quotidie videmus, & illam clauſulam ſatis eſt verificari poſſe in Cæteris mobilibus ne inutiliter adiecta videatur arg. l. tertia, & l. multa, §. vlt. de cond. & demonſtr. & ſi voluit teſtator. mobilia vendi vt pecunia ex venditione collecta inter pauperes diſtribueretur, multo magis illud idem de pecunia in archa repoſita intellexiſſe credendũ eſt arg. Authent. multo magis C. de ſacr. ſanct. Eccl. Et ita indubitati iuris eſſe cenſeo.

Queritur in hoc capite an pactum de non petendo partem dotis valeat.

PActum de non petendo partem dotis promiſſæ, quaſi honoris cauſſa promiſſa fuerit, mulieri etiam pacto conſentienti, non nocet quoniam per huiuſmodi pactum deterior fit cauſa dotis l. de die l. Attilicinus de pact. dot. late Bald. Nouell. in ſuo tractatu de dot. par. ſeptima Spec. vndecimo ſub numero tertio, & part. duodecim. ſub numer. 36. & 42. in fine. Ideoque agi poterit inſolidum aduerſus matrem mariti defuncti, quæ pro dote reſtituenda fideiuſſerat, & inſolidum ſe obligauerat, non enim Velleiano iuuatur l. vltima C. ad Velleian. tradit etiam Curt. Senior conſil. 52. nec non et Corneus conſil. 124. columna ſecunda, libr. primo Et dotis fauore duo correi inſolidum conſtitui poſſunt ad notat. per Bartol. in l. final. in fin. C. de dot. caut. non numer. & in l. ſi conſtante §. quoties ſolut. matrim. atque in l. reos de duob. reis per Bapt. de Sanct. Blaſ. in tractat. de priuileg. dotal. centur. quarta numer. decimo ſexto iuxta dict. l. vltim. vbi Angel. C. de dot. non numerat. & Bartol etiam idem tradit, in dicta l. ſi conſtante in principio octaua quæſtione primæ quæſtionis principalis, nec non alij Doctores in l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur ff. ſolut. matrimon. & Ronchegall. in l. ſi id quod ego numero mihi 21. & ſequenti de duob. reis. Ex quibus rectè animaduerſis ſingula ſingulis reddendo elicitur veritas, & ita Iuris eſſe ſenſo in caſu propoſito.

Du-

Dubbium eſt an Clerico poſſit imponi conditio ſi ſine liberis, &c.

IN caſu de quo agitur arbitror Viduæ non deberi in portione clerici defuncti vſumfructum, quoniã conditio ſi ſine liberis clerico imponi potuit, non enim militabant in eo quæ à religioſis, eam conditionem faciunt eſſe alienam cuius etiam legitimæ onus conditionis adiectum, vſufructuariæ non ſuffragatur, cũ illi clericus tacitè conſenſerit, nec ipſius filijs aliquid præiudicij attulit, quinimmo in familiæ vtilitatem directum fuit, erant namque bona fideicommiſſo ſubiecta, cum ſua cauſa reſtitutionis marito viduæ defuncto acquiſita. Quare, &c.

Quæritur num contractus emptionis, & venditionis poſſit ad certum tempus celebrari.

CVm dominij acquirendi cauſa inuenta fuerit venditio; l. cum manu §. final. de contrahend. emption. & dominium deceat eſſe perpetuum vt tradit Bald. in capitulo primo de eo qui ſibi, & hæred. in vſib. feud. column. ſecunda conueniens eſt etiam illam quoque perpetuam non temporalem eſſe debere, ſicut propria eius eſt natura vt habetur in l. de contractu, & in l. non eſt C. de reſcindend. vendit. Quam ob rem non arbitror ad certum tempus emptionis, ac venditionis contractũ ſic poſſe celebrari, vt tempore adimpleto, reſtituatur res vendita, præcium vero lucretur venditor; Ac ſi

præcium quoque reſtitueretur ſicut cæteri contractus ad certum tempus celebrari poſſunt, ita & venditionem ipſam admicterem iuxt. text. cum gloſs. in verb.contractus C, de legat. Vbi ſanè præcium non reſtitueretur, non emptionem, ac venditionem, ſed locationem magis contractam fuiſſe exiſtimarem, ſi quidem ex ipſius rei effectu, non ex verborum prolatione hic, vel alius contractus arguitur l. ſi vno in princip. ff. locati l. Inſulā de præſcript. verb. ideoque venditionis appellatio latiſſimè patet vt interdum locationem ſignificet l. hi qui C.locati,& in l.cætera §.Cæſar de publ. Accedit inſuper quod temporalis venditio in fraudem facta exiſtimatur Bald. in rub. C. de vſur. ad finem non omictam tamen tradidiſſe Fab. de Mont. in tractat. de emption. & vendition.quæſtion.vltim. numer. vndecimo valere venditionem ad vitam alicuius factam cum congruum præciū conſideratis rei qualitate, & ementis ætate, interuenit iuxta tradita per Doctores in l. de fideicommiſſo C. de tranſactionibus. Vnde &c.

Quæritur An detur apellatio à Præfecto Claſsis maritimæ ad Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum.

EGo arbitror quod ab illuſtriſsimo Capitaneo generali triremium neapolitanarū ad Sacrum Regium Conſilium poſſe rectè appellari quoniam appellatio quæ dicitur commune auxilium vt valdè egregie tradit Vant. numer octauo in ſuo tractatu eſt defenſio, naturali Iure hominibus conceſſa vt dicit Abb.numer.ſext. eod.titul. & ſemper cenſetur permiſſa niſi expreſſe reperiatur prohibita vt per Bertach.in verb.appellatio.Et hinc eſt quod

nec

nec per Principem tolli poteſt vt refert idem Abb. in loco ſuperius citato numero ſeptimo, nec per ſtatutum vt uoluit Brun. in ſuo tractat. Nec etiam per conſuetudinem vt ibidem eſt videre. Et admitti huiuſmodi appellationem debere colligi poteſt ex tacita voluntate Sereniſsimi Regis noſtri Catholici iuxta ea quæ habentur per Ioann. Andr. in cap. final de cenſ. in ſext. nec non per Abb. in capit. cum ex officij column. quarta, verſiculo. & nota de præſcriptionibus qui in inſtructionibus D. Ioanni Auſtrio traditis præcipiebat expreſſe vt appellationes eorum qui ab Illuſtriſſimo Triremium Capitaneo Generali condendati fuiſſent admicterentur igitur primeuæ conſuetudini derogaſſe videtur, & nouam in contrarium induxiſſe, tollitur enim conſuetudo per aliā conſuetudinem fauorabiliorem vt traditur per Bertach. in loco ſuperius allegato Præterea magnus noſtri Regni Admiratus maiorem iuriſdictionem habet vt eſt videre apud Frecc. in ſuo tractat. & nihilhominus ab eius ſententia ad Sacr. Conſilium appellatur vt habetur in ll. partit. Igitur multo magis dicendum eſt idem in hoc propoſito, præſertim cum reducatur actus ad diſpoſitionem iuris communis permictentis appellationem iuxta notata in l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. Verū quia in belli procinctu ſi appellationibus deferéretur lites ſæpe fierent immortales ꝙ locus nō patitur crederem quod poſset in ijs tantum cauſis appellationes admicti ex quibus pœna mortis, vel mutilationis membri venit irroganda, aut alia ſimilis pro vt Domino generali Auditori congruum magis videbitur, nam conſuetudines contra iuris diſpoſitionem & exorbitantes ſunt ſaltem reſtringendæ vt tradit etiam idem Bertach. & alij ſequiores ſexcentis in iure varijs in locis quos breuitatis cauſa non referam, & ſic.

Vtrum

Digitized by Google

Vtrum filius in vita patris legitimam accipere compellatur, & quæ alimenta ei præſtare teneatur pater.

QVæritur an filius in vita patris compellatur accipere legitimam portionem præueniendo vltimũ iudicium? Et ſi compellitur, an excludatur ab alimentorum petitione? Et ſi de legitima in vita tractari non debet numquid alimenta poſſint excedere fructus legitimæ? Nec nõ quæ ei præſtare teneatur ſub nomine alimentorum. Quoad primum videretur dicendum filium in vita patris compelli non poſſe accipere legitimam ſecundum Bald. in l. illud ſub num. 7. & ſub verb. tertio quæritur C. de ſacroſ. Eccleſ. Vbi dicit quod numquam viuo patre poteſt filius legitimam petere. Tamen põt pater in ſoluendo præuenire ſi vult: per l. quoniã nouella C. de inoff. teſtam. & l. cũ quæſtio §. fin. ff. ad l. falcid. Et idem Bal. in l. ſecunda, num. ſecundo C. de reuoc. ijs, quæ in fraudem credit. Vbi ait, Quæro quid de legitima, & de alimentis ſi pater in vita aſsignauit filio legitimam, quod facere poteſt præueniendo vltimum iudicium argum. ff. ad legem falcid. l. cum quo de peculio. §. fin. Vel quando filius petit alimenta, & pater dicit tolle portionem ſubſtãtiæ, quæ tibi contingit, hanc opinionem ſequitur Fabia. de Monte in Repet. Auten. Nouiſsima quæſtione 10. princip. nu. 152. cum ſequen. C. de inoff. teſtam. qui alleg. etiã Bar. in l. 1 §. ſi parens ff. ſi à paren. quis fue. manumiſ. ſed dicta Bar. ibi non videntur facere ad rem. quæritur. n. quid ſi dedit ſimpliciter pater pro filio, vel filius patri, tantum quod ſufficiebat ad legitimam. Dic (inquit ipſe) vt l. cum quo in fin. ad leg. falcid.

falcid.&c. Et in fine ſubdit. Item prædicta omnia intellige ſecundum iura antiqua. Secundum quæ ſufficiebat dari quoquo relicti tit.ſed hodie oportet,quod habeant aliquid iure inſtit.vt d.§. Aliud.Contrariã tñ opinionẽ,& ſic quod pater non poſſit filio inuito legitimam in vita ipſius patris aſsignare iuridicam eſſe arbitror. Mouet me præterea alia ratio nẽpè,quod legitima attẽditur ſecundum quantitatem bonorum, quæ reperiuntur tempore mortis patris.Tex.eſt in l.cum quæritur, ibi mortis tempore, & in Aut. Nouiſsima ibi ex ſubſtantia deficientis, vbi hoc notat Iaſ.num.4.C.de inoff.teſtam. Et quamuis Iaſ.ibi in 3.coll.num.9. & 12. limitet quod proxime dictum eſt, dupliciter. Primo quando pater voluntariè aſſignaſſet legitimam filio tamẽ eam non firmat,ſed ait palam,eã reprobari & cõmuniter.Præter id quod intelligitur quando filio conſentienti fuit aſsignata, prout loquitur Dec.in conſ 616.viſo contractu num.5.ibi etiam tradidit num. 6. legitimam deberi ſecundum æſtimationem bonorum, quæ reperiuntur tempore mortis patris Reprobatur enim cõmuniter glo.in Aut. de hæred. & falcid.in §.igitur autem in verb.auferri,quod legitima debeatur in vita patris. Reprobatur enim per Docto.ibi in l.1.§.ſi impuberis per illum text.cum ſimi l.ff.de coll. bono.Et paſsim alibi traditur ꝑ Soc.in cõſ.51. eleganter num.6.lib.1. & dixit Abbas in cap. Raynutius in fin. de teſtam. quod filius non poteſt petere legitimam in vita patris etiam ſi pater fuerit monachus effectus. Et ſi non licet patri filium inuitum emancipare §. generaliter Aut.quibus modis Nat. efficiantur ſui.{coll. 7.ſic etiam non cõpellitur pater illũ emancipare §.fin.quibus modis ius patr. poteſt.ſol. Niſi ex cauſis de quibus ibi per gloſ. & Doctor. Qua ratione poterit pater filio inuito legitimam aſsignare in vita? Nam ſi filius aliquam ex qua-

tuor-

tuordecim cauſis commiſſerit de quibus in §. cauſas in Aut.vt cum de appell. cogno. poterit exheredari, & ſic è domo expelli, quinimmo ex æqualibus, & maioribus cauſis ſecundum communem opinionem,vt tradit Alexan.in l.non licet.C. de libe.præter. Rip.in rub.extr.de iud.num.19.in fin. Et ego dixi in rub.C.de edendo nu. 57. Ex his probari videtur patrem regulariter non poſſe filio nolenti,ſeù inuito legitimam in vita aſsignare. Non obſtant in contrarium adducta. Nam ad primum ex Bald.quod pater in ſoluendo legitimam poteſt præuenire ſi vult: Aduertendũ eſt quod dictũ Doctoris intelligi debet ſecundum leges quas allegat, vt ſcribit Bart.quem cæteri ſequuntur in l.non ſolum la ſeconda § ſi liberationis verba ſub num.7.ff.de liber.leg. Allegat Bald.primo l. quoniã nouella C.de inoff. teſtam.vbi donatio propter nuptias prout dos conferri debet, & in legitima imputari,quæ dantur nolenti, & conſtat donationem conferri non poſſe in inuitum l hoc iure §. non poteſt ff.de donation. quamuis non poſſet dici mera donatio. Cum pater ad id compelli poſſet off. Iudicis; prout de dote dicitur in l. qui liberis ff. de ritu nuptiarum. Nam dos data donationem ante nuptias meretur. Auten.dos data C. de donation. ante nuptias ſecundo alleg. Bald. l.cum qu. §.fin. ff. ad l.falcid. quæ loquitur quando teſtator legauit eam quartam hæredi quam detracturus fuiſſet pro falcidia,ea mente ne vteretur falcidia, vt dicit gloſ. ibi id enim pendebat à voluntate ipſius teſtatoris. Et ſic non facit ad rem. Ad ſecundum de ijs, quæ ſcribit Bald.in l.2. C. de reuocandis,ijs quæ in fraudem creditorum reſpondetur quod d. l. cum quo §.final.quam allegat in argumẽtum, nõ facit vt proximè dixi, & dum ſubdit, vel quando filius petit alimenta loquitur apertè quando concurrebat voluntas filij; cum legi-

legitima ſuccedat loco alimentorum, ſicut dos loco legitime Angel.in conſ. 300. Punctus talis eſt num. 1. & 2. Socc.in conſ. 207. in cauſa D. Annæ num.2. lib.2. Et quod dos ſuccedat loco alimentorum tradit Alexan. conſ. 7. viſis,& diligenter nu.2.lib.2. Allegat vltra alios Cyn.in l.non omni C.de adminiſtr. tutor vbi in fine dicit cauſam dotis eſſe æquè fauorabilem, & pluſquam alimentorum Et dixit Bald.Nouel.in tractat.de dote in 6.par.in 4. priuilegio dotem ſcilicet ſuccedere loco legitimæ, & magis priuilegiatam eſſe, quam cauſa alimentorum ratione de qua ibi & quod legitima ſubrogetur loco alimentorum Tradit Gugl.à Monfer.in tract.de ſucc. reg. in 4. dubio num.2. Ad ſecundum principale dubium patet ſolutio ex ſupradictis v3. quod non compellatur, & ſi ſpontè reciperet legitimã non poſſet vltra eã petere filius alimẽta, cũ legitima ſit loco alimentorũ, vt ſupra dictum eſt. Ad tertium patet ſimiliter ſolutio ex prædictis quia cum legitima ſubrogetur loco alimentorum non tenetur pater ad alimenta vltra legitimam. Sed videamus vlterius,an & quando teneatur pater alimenta filio legitimo, & naturali præſtare. Et primo ſit regula quod teneatur etiam ſi filius non ſit in poteſtate patris, l.ſi quis à liberis in princ.& verſ.1. de liberis agnoſcendis Bart.in tract.de aliment.col.1.in fin.verb.viſo quod contineatur Soc.in conſ. 161. pro deciſ. in princ. l. 2. vbi etiam de filijs naturalibus, & de ſpurijs. Limitatur primo regula iſta quando filius cauſam aliquam commiſiſſet ex qua poſſet exheredari eo enim caſu, nec alimenta debentur l.ſi quis à liberis ſupra alleg.§. idem Iudex,& ibi gloſ.in verbo detulerit Bart.in tractat.de aliment.coll.2. circa princip. in verbo quæro an ex cauſis. Tradit Iaſ. in l.ius ciuile num. 25. ff. de iuſt. & iure. Secundo limitatur, quando filius haberet artem ex qua

Ff ſub-

ſubſtentari poſſet Bart. loco præalleg. in tractat. de aliment. per tex. d. l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius, qui tex. loquitur etiam ſi filius aliter habet vnde ſe alat. Id autem quod de arte dicitur declarat Bart. niſi ſit perſona, quæ operari dedignetur, vt homo nobilis, ſed ſi præſuponimus eum artem habere, conſequẽtur dicimus eum non dedignari. Multi enim ſunt nobiles, qui mercaturam aliamue artem exercent. Dec. conſ. 576. pro reſolutione num. 3. Dixit patrem tunc demum teneri alimenta præſtare filio, quando à ſeipſo alere ſe non poſſe vt: Et ideo ſi filius ſit beneficiatus ita quod honeſtè viuere poſſit non debentur ei alimenta à patre. Sic etiam in effectu conſuluit Socc. Iun. in conſ. 8. ſtudio in præſenti cauſa nu. 13 lib. 3. Si ergo filius eſſet Doctor, qui aduocando, conſulendo, publicè profitendo, vel magiſtratus gerendo poſſet ſibi alimenta quærere vel ſimiles, habens à Principe ſtipendia non tenetur ei pater ad alimenta. Sed quando eſſemus in caſu in quo deberentur à patre alimenta taxanda eſſent arbitrio Iudicis ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem patrimonij, & ex fructibus l. pen. in princip. & ibi Bart. ff. de aliment. leg. licet ille text. loquatur de alimentis legatis ex diſpoſ. legis ſi quis à liberis ſupra alleg. §. ſed ſi filius verſ. deinde ibi pro modo facultatum, & in §. de alimentis. Et hæc procedere videntur quando filius habitat cum patre. Sed quid ſi ſeorſum à patre? Franciſcus Aret. in l. quidam cum filium in primo not. tradens doctori, quod debeantur alimenta habitanti cum patre ait videri hoc limitandum. Si ex aliqua iuſta cauſa non poſſet pacificè filius habitare in domo paterna cum patre. Et quamuis Paul. Caſtr. in l. ſecunda nu. 3. ver. Sed nunc quæro C. famil. erciſ. mouens quæſtionem quando filius viuente patre vult ab eo recedere cum vxore ſi pater conſentiat, &

filius

filius iuſtã habeat cauſã recedendi debeat tũc pater filio cõſignare dotẽ vxoris, nihilq. dicat de alimentis intelligo eum loqui in caſu in quo non deberentur alimenta ſecundum ea quæ ſupra dicta ſunt. Concludo igitur patrem non poſſe regulariter in vita conſignare legitimam filio volenti, & quod recipienti legitima non debeantur alia alimenta cum eorum loco ſit legitima Et poſſe filio denegari alimenta ex ijs cauſis ex quibus poteſt exheredari. Nec deberi alimenta filio quando aliunde honeſtè habere poteſt, & quod eo caſu quo debentur alimenta filio à patre debentur ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem patrimonij, ex fructibus, & ſi filius habitet cum patre, vel ſi cum eo ex aliqua iuſta cauſa nõ poſſit habitare, etiam ſi ſeorſum habitet. Et ſic dubium non eſt patrem filijs teneri alimenta præſtare per l. ſi quis à liberis ff. de liber. agnoſcend. cum vulgar. dubitari tamen denique ſæpè contingit, horum alimẽtorum appellatione quæ comprehendantur, & reſpondemus non ſolum omnia quæ eſui, & potui neceſſaria ſunt contineri l. verbo victus ff. de verbor. ſignificationib. vbi latè Rebuff. ſed & veſtes l. veſtis §. primo de aur. & argent. legat. necnon ſuppellettilia vt latè tradit Sim. Præt. in ſuo tractat. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 11. num. 42. & in ſpecie lectum etiam, vt eſt videre in l. quos nos §. verbum viuere de verbor. ſignificationibus, & Bartol. de aliment. num. 3. inſuper & equos vt rectè per Cordub. in dicta l. ſi quis à liberis §. non tantum num. 26. ſeruos etiam & eorum ſalaria l. cum plures §. ſi uxor de adminiſtrat. tut. l. vxori de aur. & argent. legat. cum mille alijs concordantib. Nec non impenſas ſtudiorum, vel militiæ, vt poſt Bartol. de aliment. num. 2. explicat latè Cordub. vbi ſupra num. mihi 31 & 35. Pont. de alim. cap. 17. num. 21. & cap. 7. num. 5. poſt alios quos

Digitized by Google

citat per Crauett. conſ. 336. lib. 2. nu. 47. Decian. conſ. 14. num. 14 lib. 1. Et habitationem l. legatis, & l. final. de aliment. & cibar. legat. tradit præter alios etiam Roland. conſ. 22. lib. 1. gloſſ. in cap Epiſcopus in verb. victus 10. quæſt. 2. Hæc autem omnia non ſimpliciter debentur filijs tantum, ſed eorum liberis, & vxoribus, vt per gloſſ. & Bartol. traditur in dict. l. ſi quis à liberis §. non tantum ſuperius allegata, & per tex. in l. ſi à filia §. 1. famil. erciſcund. & iterum per Bartol. & Alber. in dicto §. non tantum per Couarr. in epitom. de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. per Paleott. in ſuo tractat. de nothis. & ſpur. cap. 47. num. mihi ſeptimo; Natta conſ. 278. lib. 2. vbi latiſsimè hæc concludit. Quando tamen ex patris conſenſu filius vxorem duxiſſet, & condignam, & alia ſimilia quæ ab eo, qui alimenta præſtare tenetur debentur latè videri poſſunt per ſcribentes in locis ſuperius prælegatis, nec non per alios ab ipſis ſæpè citatos. Horum verò omnium quantitas, vt ſuperius dixi eſt taxanda arbitrio iuſti Iudicis pro modo facultatum, & caritate alimenta præſtantis, & pro dignitate, & qualitate alimentarij, & alentis, ac pro conſuetudine, & moribus Regionis eſt etiam præſtanda l. penultima in principio de aliment. & cibar. legat. & latè eſt videre per Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. caſu 169. qui alios refert per Pont. de aliment. cap. 7. & 17. num. mihi 27. per Decian. conſ. 9 in fin. lib. 1. per Cordub. in dicto § non tantum, & alios quos conſulto breuitatis cauſa omitto. Ad prædicta omnia iam conſtat teneri patrem tum naturali, tum ciuili iure inſpecto l. 1. §. ius naturale de iuſtit. & iur. & d. l. ſi quis à liber. cum concordantib. quo fit vt ſi tradiderit non poſsit ea repetere etiam ſi ea voluntate dediſſet l. ſicut C. de actionib. & obligationib. alioquin nulla eſſet obligatio, & ſine effectu contra vulgaria iura,

& ad

& ad hoc multum facit Alciati reſponſum conf. 34. lib. 5. idcirco omninò eſt videndus, nam ponit gladium, vt dici ſolet ad radices, prædicta verò ceſſant ſi filius patri ingratus extiterit iuxta latè tradita per Pont. de aliment. cap. 5. vbi alios recenſet, & ſuperius dixi, & hæc quo ad primum, & ſecundum dubium propoſitum ſufficiāt, &c.

Quæritur an Populus, vel eius Eccleſiæ Rector & Beneficiatus teneatur ad reparationem, vel reædificationem Eccleſiæ.

IVra Canonica conſtituunt, vt quicumque Beneficiati etiam minoribus beneficijs conferre, & contribuere teneantur in ædificandis, & reparandis Eccleſijs iuxta eorum poſsibilitatem deductis decentèr neceſſarijs pro eorum victu, & veſtitu per tex. Innoc. Primi Papæ 16. quæſt. 1. cap. ſi monachus, & in decret. ſub tit. de ædificand. Eccl. cap. 1. & cap. de his, & c. final. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. & tenentur ſecundum gloſ. Ioan. Andr. & Butr. in d. cap. 1. quando quarta reddituū, & obuentionum Eccleſiæ reſeruata pro Eccleſiæ fabrica non ſufficit. Nam quarta iure Canonum antiquorum deputata eſt fabricæ cap. conceſſo, cap. quatuor, cap. de redditibus, cap. cognouimus, & cap. mos eſt 12. quæſt. 2. & per illos Canones gloſſ. in d. cap. quatuor, colligit laicos non eſſe compellendos ad reparationem fabricæ Eccleſiæ, ſed tantum Clericos, & ſi Sacerdos beneficiatus percipit quartam illam deputatam fabricæ, tenetur pro illa quarta cap. decernimus 10. quæſt 1. & cap. vnio. quæſt. 3 quòd ſi illa quarta non ſufficit tenetur ſupplere de reliquis fructibus, & obuentionibus, deducto, vt dixi, ne egeat, gloſſ. & alij præalleg. in d. cap. 1. Innocent. in d.

in dicto cap.de his, & ſi aliud non occurreret procul dubio ex præmiſsis concludendum videretur Rectorem teneri contribuere pro reparatione, ac reſtauratione Eccleſiæ collapſæ, & diruptæ; ſed quia in materia hac reparationis, & reædificationis Eccleſiarum an Populus teneatur, an verò Beneficiatus, principaliter attenditur conſuetudo, & ſi Populus conſueuit fabricare, & reparare non tenetur Sacerdos, ſeù Rector Eccleſiæ concurrere, vt in ſpeciæ Abb. firmauit in dicto cap. 1. de Eccleſ.ædific.poſt Innoc.dicto cap. fin.de his,quæ fiunt à maior. part. cap. motus, quia laudabilis, ac vtilis non præiudicialis Eccleſiæ conſuetudo, à laicis ſeruanda eſt cap. conſilium, de obſeruand. ieiun. quam etiam concluſionem probauit Henric. Boic. dicto cap. 1. vbi prætcrea addit aliam rationem, quia Populus in Eccleſia percipit Sacramenta ſpiritualia, & ideo, &c. Magna quippè eſt vis conſuetudinis, vt legi æquipolleat. l. de quibus, l. ſeq. ff. de leg. cap. fin. de conſuet. & in iuribus, & rebus Eccleſiaſticis principaliter conſuetudinem obſeruandam eſſe admonent plures iuris Canonici auctoritates in cap. cum Eccleſia Vulterana, de elect. in cap. cum Eccleſia, de cauſſ. poſſ. & propr. in cap. ea noſcitur, de ijs, quæ fiunt à Prælat. in cap. vnico §. fin. Ne Sede vacan. lib. 6. etiam contra ius commune cap. cum dilectus, extr. de conſuetud. Vnde conſuetudo, quòd Beneficiarius cum patroni conſenſu eligat ſibi ſucceſſorem de iure ſubſtinetur Cæſ. Lambert. poſt alios, de iur. pat. lib. 2. par. 1. Artic. 21. 6. quæſt. princ. num. 7. Item conſuetudo alterans ſolemnia in alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum vltra ius commune valere dixit Rota Rom. in Antiquis ſub rubr. de conſuetud. decif. prima poſt Innoc. in cap. nulli, de reb. Eccl non aliēnādis. Item quòd fructus Beneficiorum primi anni Vacantium applicen-

plicentur alicui ſingulari perſonæ, Dominic. tenet in cap. ſi propter tua, de reſcript. in 6. Ioan. Andr. in cap. nemo poteſt plus, de reg. iur. in 6. Cæſ. Lambert. lib. 3. in artic. 5. quæſt. 2. princ. cum alijs ab eo adductis. Quã ſententiam amplectendam omnimodo arbitror, tùm ob ſummam quam continet æquitatem, & Eccleſiæ, atq; eius præſuli fauorabilem, tùm ob conſuetudinem ſuperius relatam, ex qua ius proueniens fortius eſt, quàm ſi proueniret ex pacto, Bald. in tit. de pac. conſt. §. amplius, in verbo ſaluo iure, quem Iaſ. ſequitur conſ. 84. col. 3. lib. 3. at ſi præceſſiſſet inter Rectorem Eccleſiæ, & Ciues circa rem, de qua agitur pactum, eſſet quidem obſeruandum, tum etiam, quia damnum ex facto ipſorum ciuium, vt præſupponitur forſan etiã prouenit, ipſi igitur damnum dediſſe videntur l. qui occidit §. in hac, ad l. Aquil. l. 4. in fin. vi bon. rapt. l. ſi creditor, l. creditor, l. nulla C. de pign. act. l. cum duobus §. damna, pro ſoc. l. ſi vendita l. lectos, de peric. & commod. rei vend. Bart. in l. ſi vt certò §. ſed interdum, commod. nec excuſantur, niſi omni culpa caruiſſe probetur, Bart. Alexand. & Iaſ. in l. ſi quis §. an verò ff. de edend. Pariſ. conſ. 256. num. 5. lib. 4. at nemo non credidiſſet ex ea conſtructione damnum futurum, quod culpam, & quidem latam arguit l. ſi putator §. nam culpæ, ad l. Aquil. l. latæ culpæ, de regul. iur. quæ dolo æquiparatur, l. quod Nerua ff. depoſ. eo magis, cum ſit notabile damnum, quod egreditur fructus beneficij, ad not. per Bart. & Bald. in l. licet. C. loc. Gozad. conſ. 64. nu. 9. Cæph. 104. nu. 4 lib. 1. & demum, quia Maſſarij in ſe omnem curam Eccleſiæ ſuſceperunt, ideo aduerſam quoq; fortunam ſuſcepiſſe intelliguntur, Bart. in l. ſi is, qui pro emptore ff. de acq. hæred. not. in l. reddatur C. de profeſſ. lib. 10. Corn. conſ. 23. lib. 2. Quare, &c.

Agitur

Agitur num Epiſcopo liceat ſine conſenſu Capituli permutare, vel alienare bona Eccleſiaſtica.

QVamuis res Eccleſiarum ex ſola Epiſcopi voluntate abſque fratrum conſenſu, & alijs ſollemnitatibus alienari nequeant cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. cap. 1. de reb. Eccl. non alienand. Extrauag. ambitioſæ eod. tit. cum concord. tamen in permutatione res non eſt apud omnes ſic expedita, nã de hac re multæ extant ad vtramque partem rationes, vt latè per Luc. à Penn. in l. 1. col. 2. C. de fid. inſt: um. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. Verum magis communis opinio eſt, idem eſſe in permutatione, per text. in cap. cum venerabilis de except. vt per Barb. & alios in Rub. de reb. Eccl. non alienand. quoniã indiſtinctè alienaretur res directò alienari prohibita contra cap. cum quid vna via de reg. iur. in 6. & per Rebuff. in tract. de alien. rer. Eccl. in vero. cõmutare. Nihilominus ſubſiſtẽte legitima cauſa nõ ſolũ neceſsitatis, ſed vtilitatis tantum, & incommoditatis etiam ſola Epiſcopi volũtate abſq; Rectoris, vel fratrum conſenſu per mutatio, & quæuis alia alienatio rei Eccleſiaſticæ ex quæ tamen permiſſa eſt, vt tex. eſt expreſſus in cap. terrulas 12. quæſt. 2 in cap. tua de his quæ fiunt à præl. & in dicto cap. ſine exceptione, gloſſ. in l. cum hi §. eam tranſactionem ff. de tranſ. Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum col. 2. & ſeq. de conſt. in cap. cauſam que ad fin. de iud. cum infinitis cumulatis per Gabr. lib. 3. conſ. l. tit. de rer. alien. concl 1. Nec obſtat tex. in cap 1. 17. quæſt, 1. vbi de exiguo prædio agitur, & tamen ſollemnitas exigitur; tam tex. ille loquitur de exiguo prædio, ex quo tamen

red-

redditus percipi poſſunt,arg.l.ſi fundus ſterilis in princ. vbi gloſſ.ff. de reb. eorum, & ita iura etiam concordantia procedunt. At in dicto cap. terrulas de re minima agitur,ex qua nulli,vel modici redditus percipi poſſunt, & ſic cauſa viget vtilitatis, & incommoditatis, vt per Scrib.vbi Berous in dicto cap. quæ in Eccleſiarum num. 41. Ex his igitur, ommiſsis infinitis, quæ cumulari poſſent, decidendum eſt poſſe Epiſcopum ex cauſa vtilitatis res Eccleſiæ minus vtile ex ſola ipſius voluntate permutare, eo magis quia alienatio à Prælato facta in Eccleſiæ vtilitatem ceſsiſſe ſemper præſumitur ſecundum Bald.in cap.primo col. 5.qui feud.dar.poſſ.quem latius ſequitur Alex. coſ.79.nu.6. lib.1. Reliqua verò in aliud tempus diſtulimus,nam nunc cum publicis,tum priuatis ſum maximo opere diſtenſus occupationibus Maiorē nacti fortaſſe aliquando otium ſpartam hanc Deo dante materiam tractabimus cum multa interim tempus, & ſtudioſi quæ fortè præteriuimus poſsint ſuggere. Interim conſulite,ac videte moderniores Auctores ad quos vos alacri animo, ac libentiſsimè vos remitto, &c.

Creditor ex inæqualibus cauſis quomodo computare debeat ſummam receptam, & ſic declaratur textus in l. in his §. Imperator ff. de ſolutionibus.

NE clauam è manu Herculis velle auferre videar, prætermiſsis,quæ in dubio de quo agitur latè afferri poſſent eorum quæ mihi iuris eſſe videntur Summa ſummarum erit creditorem ex pluribus cauſis inæqualibus,nempè ſucceſsionis,vitæ militiæ,& partis pretij qua rū alterā altera excedit;non in vnā,vel in omnibus cau-

Agitur num Epiſcopo liceat ſine conſenſu Capituli permutare, vel alienare bona Eccleſiaſtica.

QVamuis res Eccleſiarum ex ſola Epiſcopi voluntate abſque fratrum conſenſu, & alijs ſollemnitatibus alienari nequeant cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. cap. 1. de reb. Eccl. non alienand. Extrauag. ambitioſæ eod. tit. cum concord. tamen in permutatione res non eſt apud omnes ſic expedita, nã de hac re multæ extant ad vtramque partem rationes, vt latè per Luc. à Penn. in l. 1. col. 2. C. de ſid. inſt. um. & iur. haſt. ſiſc. lib. 10. Verum magis communis opinio eſt, idem eſſe in permutatione, per text. in cap. cum venerabilis de except. vt per Barb. & alios in Rub. de reb. Eccl. non alienand. quoniã indiſtinctè alienaretur res directò alienari prohibita contra cap. cum quid vna via de reg. iur. in 6. & per Rebuff. in tract. de alien. rer. Eccl. in verb. cõmutare. Nihilominus ſubſiſtẽte legitima cauſa nõ ſolũ neceſsitatis, ſed vtilitatis tantum, & incommoditatis etiam ſola Epiſcopi volũtate abſq; Rectoris, vel fratrum conſenſu per mutatio, & quæuis alia alienatio rei Eccleſiaſticæ ex guæ tamen permiſſa eſt, vt tex. eſt expreſſus in cap. terrulas 12. quæſt. 2 in cap. tua de his quæ fiunt à præl. & in dicto cap. ſine exceptione, gloſſ. in l. cum hi §. eam tranſactionem ff. de tranſ. Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum col. 2. & ſeq. de conſt. in cap. cauſam que ad fin. de iud. cum infinitis cumulatis per Gabr. lib. 3. conſ. l. tit. de rer. alien. concl 1. Nec obſtat tex. in cap 1. 17. quæſt. 1. vbi de exiguo prædio agitur, & tamen ſollemnitas exigitur; tam tex. ille loquitur de exiguo prædio, ex quo tamen

red-

redditus percipi poſſunt,arg.l.ſi fundus ſterilis in princ. vbi gloſſ.ff. de reb. eorum, & ita iura etiam concordantia procedunt. At in dicto cap. terrulas de re minima agitur,ex qua nulli,vel modici redditus percipi poſſunt, & ſic cauſa viget vtilitatis, & incommoditatis, vt per Scrib.vbi Berous in dicto cap.quæ in Eccleſiarum num. 41. Ex his igitur, ommiſsis infinitis, quæ cumulari poſſent, decidendum eſt poſſe Epiſcopum ex cauſa vtilitatis res Eccleſiæ minus vtile ex ſola ipſius voluntate permutare, eo magis quia alienatio à Prælato facta in Eccleſiæ vtilitatem ceſsiſſe ſemper præſumitur ſecundum Bald.in cap.primo col.5.qui feud.dar.poſſ.quem latius ſequitur Alex. cõſ.79.nu.6. lib.1. Reliqua verò in aliud tempus diſtulimus,nam nunc cum publicis,tum priuatis ſum maximo opere diſtenſus occupationibus Maiorẽ nacti fortaſſe aliquando otium ſpartam hanc Deo dante materiam tractabimus cum multa interim tempus, & ſtudioſi quæ fortè præteriuimus poſsint ſuggere. Interim conſulite,ac videte moderniores Auctores ad quos vos alacri animo, ac libentiſsimè vos remitto, &c.

Creditor ex inæqualibus cauſis quomodo computare debeat ſummam receptam, & ſic declaratur textus in l. in his §. Imperator ff. de ſolutionibus.

NE clauam è manu Herculis velle auferre videar, prætermiſsis,quæ in dubio de quo agitur latè afferri poſſent eorum quæ mihi iuris eſſe videntur Summa ſummarum erit creditorem ex pluribus cauſis inæqualibus,nempè ſucceſsionis,vitæ militiæ,& partis pretij qua rũ alterã altera excedit,non in vnã,vel in omnibus cau-

ſis æqualiter, ſed in omnibus pro rata proportionabiliter ſummam ſibi à patre in vita ob eas cauſas præſtitam computare debere. In primis cum poſsit pater in vita præueniendo vltimum iudicium conſentienti filio in ſucceſsionis rationem aliquam pecuniæ, vel aliorum bonorum quantitatem concedere, l. quoniam nouella, l. ſi quando §. 1. C de inoff. teſtam. l. Papinianus §. ſi quis mortis. & l. ſi non mortis ff. eod. tit. & per Bart. in l. illud quæſt. 3. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in l. cum quis ff. de condit. cauſ. dat. & latè Suar. ad l. quoniam in prioribus 4. limit. nu. 3. C. de inoff. teſtam. & eo modo ex propria voluntate filius creditor conſtitutus, nihil habet quod eam ob cauſam contrauenire poſsit, cum vt in certam cauſam computet non accepit, ſed indiſtinctè. Deinde quia licet in dubio in duriorem cauſam cenſeatur facta ſolutio l. cæterum l. in ijs ff. de ſolut. Bart. in l. 1. eodem tit. Roman. conſ. 94. & Alexand. 85 lib. 3. hoc tamẽ ceſſat in caſu de quo agitur, nam, vt audio, expreſsè actum eſt, vt in omnibus prædictis cauſis computaretur, vt per Roman. dict. conſ. 94. igitur in omnibus cauſis computatio fieri debet, iuxta iuris diſpoſitionem: At iuris eſt diſpoſitio, vt proportionabiliter ſolutio facta cenſeatur, ſiue ęquales, ſiue inęquales ſint cauſę l. illud vbi glo. de ſolut. Bal. & Imol. l. ſi in duab. de regul. iur. & optim. tex. eſt in l. pupill. §. cum eodem de ſolut. vbi creditori pro rata plurium cauſarum quod ex pignoris venditione prouenit cedere dicitur, & ita gloſſ. etiam per illum tex. in l. ſi finita, §. cum autem ff. de damn. inf. meritò, &c. Et quamuis omnibus vbique de hac re ſcrib. dubium faciat Iuriſconſulti reſponſum in l. in his §. Imperator de ſolut. quo loci deciditur prætium pignoris venditi ad cauſam vſurarum tam debitarum, quã indebitarum æqualiter non etiã pro rata pertinere; erant tamen ibi æquales

les quantitates in re principali,licet diſpares in acceſſorijs,non mirũ ideo ſi æqualiter fit relatio, non pro rata; quoniam erat ibi pignus æqualiter pro vtriſque vſuris obligatum, nec minus pro in debitis retineri poterat, quam pro debitis,vt per Oldr.Bar. Caſtr.& alios cõmuniter,& latius per Alber.in dicta l.1.de ſolutionibus numeros mihi tertio diſtinguentem. Præterea ex ipſa arbitri ſententia idem euidenter apparet,cuius verba nullam improprietatem admittunt vulg. iuribus, dicitur enim in ea, computationem pro rata admitti debere, quæ dictio, pro rata tantum abeſt, vt æqualitatem ſignificet, vt illi potius veluti contraria opponatur, vt euidenter patet in l.ſic pro rata ff.de relig. & ſumpt. funer. in l.ſi finita §.cum autem plures de damn. inf. in dicta l. in his §.Imperator de ſolutionib. in Auth. ſi quando C. de conſt. pec. cum ſimil. per Alber. latè in l.2.§. cum in eandem nu.6.ad l.Rhod.de iact.per Bal.in Autent. defuncto Verb. ſequitur in text. C.ad Tertull.in l.vlt.opp. tertia C.de impub.& alijs ſubſt. Nec vnquam æqualitatem ſignificat,niſi vbi neceſſitas ſubiectæ materiæ expoſtulat,vt in §.vlt.inſt.de inoff.teſtamento. Nec admicten da erit arbitri declaratio poſt promulgatum laudum interpretantis,pro rata ideſt æqualiter,quoniam cum iam functus ſit munere ſuo,illhęc interpretatio impropriando propriã verbi ſignificationẽ ei non permittitur; præſertim cum ſententiæ correctio reſultaret, atque emendatio,vt in l.dicere cum ſeqq ff.de arbitr.Bart.in l.quid tamen eod.tit.Ancher.conſ.111.& 221.Cemenſ.conſ. 17. Abb. in cap. cum olim de arb. cum mille concord. fieri ergo debet computatio pro rata, ideſt proportionabiliter reddendo ſingula ſingulis, non æqualiter, aut viriliter, & hæc iuribus contraria eſſe nunquam probabitur. Vnde,&c.

Digitized by Google

Dubitatur an valeat teſtamentum in quo quis fuerit in mobilibus, & alter in acquiſitis inſtitutus, nec non ſi teſtamentum à matre præterita non dicatur nullum, an venientes ab inteſtato id opponere poterint.

IN caſu propoſito, in quo Titius fuit in mobilibus hæres inſtitutus, & Seius in acquiſitis per ipſum teſtatorem, nullo alio penitus dato cohærede, quòd valeat teſtamentum nulli dubium eſt, per l. 1. §. ſi ex fundo ff. de her. inſt. cum vulg. &c. An verò ſuccedant in reliquis æqualiter, vel pro partibus hæreditarijs, hoc dubiũ habet, quoniam inſtituti in diſparibus partibus, & inuicem ſubſtituti, pro hæreditaria portione ſuccedunt, niſi expreſsè à teſtatore aliter diſpoſitum fuerit l. quoties, §. hæredes de hær. inſt. §. ſi plures inſt. eodem hic verò nihil fuit à teſtatore expreſſum, ideo videntur à teſtatore tacitè ad eandem partem vocati in reliquo bonorum ad quam iuxta rationem valoris inſtituti fuerunt l. ſi ita ff. de ſec. tab. l. interdum de hær. inſt. in § 1. & l. 3. C. de mil. teſt. cum ſimil. Veritas tamen eſt in cõtrarium, quod pro æqualibus partibus ſuccedant, quoniam cum nemo ſit vniuerſaliter, vel ſimpliciter præter eos inſtitutus, per iuris interpretationem, detracta certarum rerum mentione, cenſentur vniuerſaliter inſtituti dict. §. ſi ex fundo & l. ſi certarum de mil. teſt. tamen vnicuique ipſorum adiudicari debet res in teſtamento relicta, quamuis vna ſit maioris valoris, quàm altera vt in dicta l. ſi certarum §. 1. quia in illa legatarij loco habentur, vt per Bart. in l. quoties ad fin. C. de hær. inſt. & in reliquo hæreditatis pro æquali portione ſuccedũt, vt eſt tex. in l. ex facto pro

pone-

ponebatur verſ.ita igitur de hær.inſt quo,in propoſito, in iure melior non inuenitur. Quod etiam inde ſuadetur, quia onera hæreditaria æqualiter ſubſtinent hoc caſu d.l.ex facto verſ. vnde ſcio quæſitum, (quod vtique non eſſet, ſi pro hæreditarijs partibus fieret diuiſio l. pro hæreditarijs C.de her.act.) quoniam æs alienum dicitur vniuersũ patrimoniũ reſpicere,non res tantum ſingulares l.1.§.ſi hæres ad Treb.l. fideicomm.§. tractatus de iud. cum concord. Nec obſtat l. interdum §. 1. cum alijs,&c.quia procedit quando expreſsè plures in parte fuerunt inſtituti, vt in quota, vel ſimpliciter, aut vniuerſaliter, quo caſu procedunt omnia quæ in contrarium allegari poſſent, vt declarat Fulg. in conſ. 69. punctus talis eſt,circa medium,quem refert,& ſequitur Soc.Iun. in conſ.27.ſub nu.9. vol.1. At vbi in certa re,vt in caſu noſtro,fuerunt inſtituti, quia eam vt legatarij obtinent, ſecus eſt,vt per Imol.in dict.l. ex facto. & per alios poſt Batt.in d.l. quoties. Circa aliud an teſtamentum filij, in quo præterita eſt mater, præſuppoſito quod non valeat, veiut contra §. aliud quoque capitulum iuncto §. ſancimus in Auth. vt cum de app. cogn. ſi à matre non dicatur nullum, poſſint venientes ab inteſtato dicere nullum? Licet prima facie videatur dicendum quod ſic, quia mater tacendo ſibi præiudicaſſe videtur, & teſtamentum ipſo iure eſt nullum,ita quod pateat via venientibus ab inteſtato,vt per glo.in l.is qui in poteſtate in ver.quia,ff.de leg.præſt.per Ang.in l.poſthumo.C.de contr. tab. & latè per Tiraquell. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur nu.11.C. de reu.don.& in tract.de morte par.7. declar.1. num.12. Tamen verior videtur opinio huic contraria,quod ita demum ſit nullum,ſi præteritus dicat, vt per Guil.de Bened.in cap. Raynut.in verb.in eod. teſtamento nu. 86. extr. de teſtam. nam ius dicendi

di nullum inductum eſt in fauorem præteriti d. §. aliud quoque capitulum, & fauori ſuo quilibet renunciare poteſt l.pen. C. de pact. Nec mater ſibi tacendo præiudicaſſe videtur, quia ſupereſt ei tempus, vt communiter tenent Doct.in l.poſthumo C.de contr.tab.vbi Alexan. num.22.alios refert.Et licet teſtamentum eſſet ipſo iure nullum, non tamen irritantur legata, ſed firma præmanent,vt habetur per Auth. ex cauſa de lib. pretterit. cum concordantibus.Et ex his ſit impoſitus finis, &c.

Reſponſum pro libertate ſerui, & ſic declaratur text.in l.ſeruus C.de iudicijs.

TRia ſunt,quæ in præſenti cauſa aduerſus iura ſerui actoris opponi poſſunt, nam cætera quæ in facto conſiſtunt, ex ipſis actis reſoluuntur. Primum eſt quod ipſe ſeruus in iuditio eſſe non poſſit l.ſeruus C.de iud.l.quoties ff.ſi qui. caut. Alterum eſt quod confeſſio rei conuenti fuerit extraiuditialis,& vt prætenditur,parte abſente,& conſequenter nihil operetur l.certum §.ſi quis abſente de conf.l.fin. de inter.act. Tertium, quod teſtes pro ipſo ſeruo actore producti ſingulares quodammodo videantur. Hæc non ſolum non ſubſiſtunt, immò ex ipſorum reſolutione actoris intentio efficacius probatur,nam nulli dubium eſt ſeruum ex cauſa libertatis,etiam contra Dominum in iudicio poſſe interuenire l.vix certis de iud.gloſſ. in d.l. quoties,& in l.ſeruus C. de pact. Nec alterum reſiſtit, quoniam confeſſio partis in ipſius confitentis præiudicium efficaciter operatur l. publia §.fin.de poſ. Lanf.in cap. quoniam contra in tit. de conf.nu.27.extra de probat.& quamuis extra iuditialis ſit,& parte abſente (cuius tamen contrarium patet ex actis) nihilominus in fauorem actoris in propoſito

ſatis

ſatis probat, nam vbi quis abſentis nomine huiuſmodi confeſsionem recipit, & abſens illam poſtea ratam habuit, idem operatur, ac ſi parte præſente emanaſſet, Bar. in l. non ſolum §. ſi liberationis in fin. de liber. leg. Butr. in cap. veniens col. 3. de renun. Dec. in l. poſtquam liti nu. 26. C. de pact. Sed in caſu iſto reus conuentus pluries confeſſus eſt ipſo ſeruo actore præſente, vt conſtat ex actis, & quoque eodem abſente, apud ſe pecuniam depoſitam à Raiſo yſa habere pro ipſius actoris redemptione, eamque confeſsionem Dominus ſerui, cum quo de redemptione agebatur, pluries recepit, & ſeruus eam ratam habuit, quod nemini dubium eſſe debet, meritò hæc confeſsio ipſius actoris optimè probat intentionem. Accedit quod fauore piæ cauſæ velut dotis, valida eſt confeſsio facta parte abſente, Bald. Nouell. de dot. part. 6. ſpec. 66. quod multo magis dicendũ pro libertate, in cuius fauorẽ ẽt contra regulas iuris communis multa diſpoſita ſunt, ita vt ad inſtar aliarum piarum cauſarum fauorabiliſsima videatur l. ſi ita ſcriptum de man. teſtam. §. fin. inſt. de donat. latè Roman. in repet. auth. ſimiliter C. ad l. falc. & latius per Euerar. in loco à libert. ad pias caſ. Præterea (quòd præcipuum eſt) iſthæc confeſsio, quamuis extraiudicialis, fuit, pluries, & diuerſis, & iiſdem loco, & tempore repetita, vt ex teſtium depoſitione conſtat. confeſſio autem extraiuditialis geminata, & pluries repetita probat, ac ſi eſſet iuditialis, vt per Bartol. in l. cum ſcimus C. de agr. & cenſ. lib. 11. Abb. & alij in cap. ſi cautio de fid. inſtrum. Socc. in reg. 63. verſ. fallit 3. Afflic. in deciſ. 337. cum ſimil. & eſt tex. in l. vnica ad fin. C. de plus petit. quinimmò talis confeſsio geminata extra iudicialis, etiam contra libertatem probat, vt eſt text. in d. l. cum ſcimus, & tradit Roman. in repet. l. ſi verò §. de verò num. 149. ſol. mar. ergo multo

magis

magis in ipſius fauorem. Nec tertium obſtat, nam cum teſtes pro actore deponentes in eundem rei finem conueniant, ſingulares dici non poſſunt l. qui ſententiam C. de fun. per quem tex. ita ait Bal. in l. 1. ad fin. C. ſi vn. ex plur. eo magis, quia horum teſtium depoſitiones commodiſſi nè iungi poſſunt, vt per Bald. in l. de quibus nu. 37. ff. de leg. omnes enim deponunt de præfata confeſſione facta, & iiſdem, & diuerſis loco, & tempore immò etiam ſi eſſent ſingulares inſpecta ipſorum qualitate efficaciter probarent vt per Paul. Caſtr. in l. admonendi de iureiur. cuius opinionem tanquam notabilem refert, & ſequitur Marſyl. in ſing. 114. Ex ijs igitur, & quia rei conuenti exceptiones, & articuli ſunt extranei, videtur omninò in fauorē actoris eſſe pronunciandū, ſaluo, &c.

Num debeatur idem honor ſubſtituto quam principali.

IN caſu propoſito mihi, reſolutiuè loquendo veriſſimum videtur quod ſubſtituto in officio, vel dignitate non debeatur idem honor nec eadem prærogatiua quæ debetur ſuo principali, & conſequenter ei præferatur alius in ſuo officio principalis qui per ſe ſuā exercet dignitatem ita tradit Bald. in l. ſed ſi §. finali ff. de in ius vocand. & latè ibi Iaſon nu. 6. quem ſequitur etiā Decius in l. ſolet nu. 6. ff. de iuriſdiction. omn. iud. quia maior eſt dignitas, quæ proprio iure cōpetit quā ex perſona alterius vt per Bartol. traditur in l. quod Principi, ff. de legat. ſecund. & ad hoc optimum eſt Aretini reſpōſum in conſ. 131. conſultiſsimè Domine. Nec obſtat quod contrarium voluerint gloſſ. 1. in cap. quæ cauſæ 11. quæſt. quarta, & Abbas in cap. mādata de præſumpt.

nec

Nec non Roman. in ſuo ſingular. 370. & alij paſsim, quoniam ex doctrina Bartoli ſatis quidem notabiliter in l.filius de legation.ita dicendum eſt. Aut quis ſubſtitutus eſt in officio à ſuo principali, aut à Principe & tūc primo caſu procedit prima, & verior noſtra opinio, quod ſubſtituto idem honor non debeatur, & conſequenter, &c. ſecundo caſu procedit altera opinio, & hanc Bartoli diſtinctionem ſequitur Felynus in cap.cum olim il ſecondo de offic. delegat. in cap. mandata de ſupra ſumpt.Decius,& Barb.in cap. ſanè de offic. delegat. nec non Frecc. in ſuo tractatu omnino videndus, nam in proprijs terminis caſus noſtri loquitur, cum ergo in propoſito ille talis non ſit à Principe, ſed a ſuo principali ſubſtitutus ſequitur itaque dicendum, &c.

An teneatur ad intereſſe tutor qui non curauit pecuniam pupillæ implicare.

ARbitror in difficultate propoſita deberi intereſſe, ſiue vſuras pupillæ ob negligentiam tutoris qui non curauit pecuniā in honeſtū modumlucri implicare, ſed potius in proprios vſus forſan conuertit, ita etiam voluit Socc.conſ.2.lib.1. Roland.conſ.49.nu.34. lib.1. Plot.de in lit.iurand.§.5.num.17. alias tenetur tantumdem reddere vt tradit Bart. in l. tutor qui rempublicam §.ſi poſt & ſeq.ff. de adminiſtration.tut. Pariſ.conſ.56. nu 35.lib 1.Quod deberi etiam patet ex particulari ſtatuto Foriliuij ſub rubr.de comm.cauſ. diſponente ſtandum eſſe conſilio Iuriſconſulti qui illud deberi cenſuerunt, vt contingit in caſu noſtro.Immo teneretur etiam ſi factorem, vel procuratorem conſtituiſſet negligentem vt latè ait Plot.in l.ſi quando num.248.verſic. & minus

excuſantur C. vn l. vi Menoch. in ſuo tract.de recuperand.poſſeſſ.remed.ſeptimo nu.23.& ſeq.quæſt.quinta nec non Caualc.latiſsimè de tutor.& curator.cap.1.nu.113.& ſequentibus. Et præſumitur negligens, eo ipſo quod ſciebat ſe teneri ad id quod diximus vt ait Bart. conſil.102. quem multi ſeqnuti ſunt, & inter alios Menoch. in loco ſuperius allegato. Immo conſtituitur in mora abſque interpellatione, non conuertendo in vtilitatem pupillæ ſupradictam pecuniam vt habetur per gloſſ.in l.cum quidam §. fiſcus ff. de vſur. Alexand.in l. quod te nu.8.& l.vinum vbi alij ff.ſi cert.petatur,& amplè idem Caualcan. cap.1. ſub nu.226. in ſuperius allegat.tract.de tutor.& curator. nec obſtat quod ex aduerſo dicitur patrem dictæ pupillæ dotē illam conſumpſiſſe, quinimmo potius præſumi debet in communem vtilitatem contuliſſe, quia viuebant fratres in communi, & vigore huius participationis de communi etiam refici debuit,vt voluit Petr, de Vbald.in ſuo tract. de duobus fratribus part.nona num.3.Quod autem dos peruenerit ad communionem inde patet quoniam in tranſactione inita inter eos fuit dictum quod dictæ pecuniæ ex dicta dote remanētes de cōiōne omnium detraherētur, & ſic fit argum. de parte ad totum. Nec obſtat etiam generalis quietatio de bonis maternis,& paternis,&c.quia dos illa erat iam effecta patrimonium dictæ pupillæ poſt mortem matris vulgat.l.prima §.veteres vbi gloſſ. id expreſsè voluit ff. de acquirend. poſſeſſion.l. ſed & ſi plures §.filio de vulgar. & pupillar. ſubſtitution. igitur non erat amplius quid paternū,vel maternū Cāp.de dot.parte quinta quæſt.67.num.2.Pariſ.conſ.85.nu.37.& ſeq. lib.2. ſicut hæreditas materna adita per filium non dicitur amplius materna, ſed filij patrimonium,vt voluit Angel.conſ.52. nec verba illa generalia, vel ex alia quacun-

que

Digitized by Google

que cauſa,proſũt nã reſtringi debét ne ſequatur abſurdũ, vt dicit Paul.Caſtrenſ.conſ.50.nu.2.lib.2.Soc.conſ.84. nu.3.in fin.lib.1.per glo.in cap. literas de reſcript. Crauett.conſ.86. nu. 8. nec extenditur ad præiudicialia l.cũ Aquiliana de tranſactioni b.l. obligatione generali de pignorib. Alex.cóſ.46.nu.7.lib.1.nec obſtat deniq; nihil de huiuſmodi intereſſe fuiſſe dictum, atq; explicatum in tranſactione, quoniam quod non eſt expreſſum peti poteſt l.ſi de certa C. de tranſactionibus cum alijs concordantibus, quos breuitatis cauſa relinquo,&c.

Dubitatur num ex cauſa vſurarum poſsit fieri per Barones publicatio bonorum.

IN caſu propoſito numquid ſcilicet publicatio omnium bonorum ex crimine vſurarum fieri poſſit per Barones huius noſtri Regni, vel per Regiam Audietiam vbi tribunal Regis eſt, & meo quidem iudicio,niſi me mea fallit opinio eſſet prius diligenter attẽdenda inueſtitura, & forma conceſsionis vt cognoſci poſsit,quæ conceſſa fuerunt, & quæ Principi reſeruata, tamen ſub dubio vt proponitur videtur prima facie dicendum quod Barones poſsint cognoſcere de huiuſmodi publicatione ſi tamen merum,& miſtũ imperium habeant,quoniã Barones huius noſtri Regni eam in terris demanialibus poſſunt abſque licentia Regis, vel ipſius Magiſtratus ius dicere inter ſuos vaſſallos,vt per Afflict.traditur in conſtitution.de quæſtionibus in primo notabili, vbi inquit, ita limitari leg.final.ff.de Iuriſdiction.omn. iudic.& in hoc errare multos Regios Auditores, & mouetur ex doctrina multorum Iuriſconſultorum, & præſertim Baldi, Abbatis, & Decij in cap. meminimus de appellation. &

in cap.final.de for. competent. Sed hoc non obſtante veritas eſt in contrarium, quoniam publicatio bonorum in pænam, eſt de regalibus vt in titul.quæ ſint Regal. in vſibus feudornm, & non cenſentur conceſſa ſub generali conceſsione, vt per Iſern. & alios ibidem in loco ſupra allegat.Tãto magis quia publicatio bonorũ quando fit de iure communi poteſt fieri per quemlibet iudicem,ſed ſi fit de iure municipal.non poteſt fieri niſi per Supremum Magiſtratum, vt per Bald. & Salycet.in l.2. C. ne ſine iuſſ. Princip. & per Aretin. in tractat. malefic. verſic.bona publicamus col.3. In propoſito autem caſu noſtro publicatio bonorum ex cauſa vſurarum non fit de iure communi, ſed de iure conſtitutionis, vt in conſtitutione vſurarum habetur ibi per Iſerniam, Afflict. & alios, nam pæna vſurarum de iure communi multiplex eſt vt traditur per Menoch. in ſuo tractat.de arbitrar.iudic.lib 2.caſu 398.& ita ſolut.&c.

l.ſi quando §. & generaliter, & l. parentibus C. de inoffic.teſtament.conciliantur.

COnſideraui diligenter quæ diuerſitatis ratio afferri poſsit vt verè Antimonia illa diſſolueretur, quæ inter l.ſi quando §.& generaliter, & l. parentibus C. de inoffic.teſtament.eſſe videtur & licet nonnulla occurriſſent nihil verius tandem (niſi fallor) hac diſtinctione adduci poſſe animaduerti, modo huiuſmodi intelligatur quod in terminis dicti §. & generaliter legitimã, vel illa minus dumtaxat filius ex patris teſtamento perceperat, at in l.parentibus præter legitimam vniuerſaliter quoq; hæreditatem conſequutus fuerat quamuis aliquibus oneribus grauatus, vtroque vero caſu vniuerſali inſtitu-

tionis

tionis titulo honoratus, cum non niſi eiuſmodi filio legitima debeatur vt habetur in §. aliud quoq; capitulum Authent. vt cum de appellation. cognoſcim. ſed quoniam caſus diſtinguere, haud ſatis eſt niſi etiam diſtinctionis ratio reddatur, cogitabam idcirco, ſic dici poſſe quod vbi præter legitimam filius inſtituitur, ſola paterni teſtamenti agnitione ſibi in legitima præiudicium inferre videtur, ac ſi expreſsè renunciaſſet quoniam cum patris creditor ſit in legitima filius, eſt enim illa debitum naturale vt dicitur in cap. ſi pater de teſtament. in ſexto. Et in l. Papinianus §. quarta de inoffic. teſtam. cum vulgaribus ideo relinquens filio pater in cauſam neceſſariam compenſandi animum quoque habere videtur iuxta textum in l. huiuſmodi §. cum pater ff. de legat. primo ob quam ſcilicet cōpenſationem non dicitur legitima priuatus argument. text. in l. ſi pater puellæ C. de inofficı teſtament. l. cum ex filio ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitutione, & ſic etiam per Imol in l. vltim. ſub num. 12. verſic. facit optimè ff. de condition. inſtit. quæ compenſationis ratio non militat in terminis dicti §. & generaliter merito, &c.

Quando filij, vel nepotes præteriti rumpant teſtamentum.

NEpotibus, ex filio præmortuo in certis quibuſdam rebus ab auo hæredibus inſtutis, & filio ſuperſtite vniuerſaliter dato cohærede, non eſt quid huic filio obſtare poſsit, quin liberè, & pacificè reliquo hæreditatis auitæ fruatur, præſertim cum bona fratri mortuo inſtitutionis titulo relicta excedant legitimam, quæ illi competere potuiſſet, vt in facto mihi præſupponitur. Quod

igitur

igitur dubij fratri ſuperſtiti facere poſſe videtur eſt qm̃ filij,vel nepotes ſunt neceſſariò inſtituendi,vel cum cauſa exhæredandi,alioquin vti præteriti teſtamentũ rumpunt §.aliud quoq.capitulum in Autent.vt cum de app. cogn.auth.non licet C. de liber.præter.inſt.de exhær.in prin. cum ſimil. In propoſita verò facti ſpecie nec inſtituti, nec exhæredati fuerunt nepotes,meritò,&c. Quod inde ſuadetur, quia hæres in re certa alio dato vniuerſali cohærede inſtitutus,legatarij loco habetur l.quoties vbi Bart. Bald. & alij C.de hæred. inſtit. igitur nepotes minimè hæredes inſtituti videntur, ſed legatarij reputantur, meritò, &c. Sed iſthæc non ſunt eiuſmodi, vt teſtamentum impugnare poſsint, quod obſeruari publicè etiam intereſt l.vel negare,ff.quemadm.teſt.aper.ideoque plurima fauorabilia ipſius cauſa ſtatuta ſunt l. 1. C. de ſacroſanct.Eccleſ.§.diſponat in auth.de nupt.l.in teſtamentis vbi ſcribent de reg. iur.cũ vulgarib.Nec obſtat quod inſtitutus in certis rebus dicatur legatarius, procedit enim hoc,non quo ad onera hæreditaria,vt per Bart. Bald.Saly.& Iaſ.in d.l.quoties,ſed quo ad excluſionem à quærela ne rumpatur teſtamentũ,& verè hæres eſt, vt dr̃ in §.cæterum in auth.vt cum de appell.cogn.& Bart. in d. l. quoties ad quod facit bene etiam quod tradit Corn.conſ.298. ante omnia col.2. vol. 1.& huius opinionis eſt etiam Socc. conſ.91. lib.1. quem omninò eſt videndus,nec tradendus obliuioni.

Quan-

Quando dies interpellat pro homine.

DIligenter conſideraui ſicut pro temporis licuit anguſtia facti ſpeciem à te propoſitam nec in relato ſemel in puncto iuris reſponſo ſententiam mutare audeo ſi quidem video ita efficacem eſſe interpellationem, vt ea hominis facto expreſſa non ſit efficacior, auctore Bald.in l.vinum column. penultim. verſicul. itẽ quando vult probare ff.ſi cert.petat. & poſt eum Iaſon. in l.ſi ex legati cauſa ſub numero duodecimo ff. de verbor. obligationib. & in l.ſi mora numer.21.ff. ſolut. matrimon. nec non Decius in l. quod te ad finem ff. ſi cert. petat. etiã ſi dies in fauorẽ debitoris adiecta videatur,vt puta ne infra illam exigãtur diem vt voluit apertiſsimè idem Bald.in l.final.§.præterea C.de iur.dot.& in l. 1.colum. final.verſiculo quæro C.quando dies legat.cedit.& per ſcribentes in ſupradicta l.vinum ff. ſi cert.petat.nec non per Alexand.in conſ.157.colum.prima in fine volumin. ſexto, præſertim quia mora debitoris ob diei interpellationem præcedente poſsit creditor ſolitus lucrum facere petere intereſſe lucri ceſſantis, vt traditur per Bartol.in l.vnica num. 15. C. de ſentent. quæ pro eo ꝙ intereſt,& in l.nummis ad fin. verſicul. quæro vtrum ff. de in lit.iurand.cum ſexcentis alijs ll.concordantibus,& hoc etiam ſi non ſit lucrum omninò certum ſed ſolum veriſimile vt voluit idem Bartol.in ſupradicta allegata l.vnica nu.21.C.de ſentent.quæ pro eo, quod inter.& Bald. ibidem num. 8. nec non & Salyc. num.25. & alij Auctores paſsim.Sed quoniam inter creditorem,& debitorem diuerſi fori ratio abſque interpellatione ſolo diei

diei lapſu mora non committitur vt voluit Abbas, & Felyn. in cap. licet Heli de Simon. & Iaſon.in l.ſi ex legati cauſa in quarta fallent.ff.de legat. primo poſt Bart. in l.item illa ſub num.9.de conſtitut.pecun. Et in vidua fori etiam diuerſitas conſideratur beneficio l. vnicæ C. quand.Imper. Rurſus quia nec ſatis eſt ceſſare lucrum ab eo qui ſolitus eſt lucrari niſi de certa lucri ceſſatione probetur ſecundum Paul.Caſtrenſ.in l. tertia §.nunc de officio ff.de eo quod cert.loc.& per Dec. conſ.322.ad fin. verſicul. & in lucro nec non etiam per Afflict. deciſ.20. cum alijs ſimilib. Cætera tui ingenij præſtantia ſuppleat,&c.

Intellectus ad l. precibus ff. de impuber. & alijs ſubſtitutionibus.

OMiſsis omnibus interpretationibus hucuſque adductis per varios ſcribentes hunc verū,& ſenſum propriū in medium afferam ad cuius intelligentiam tria pro certo præſcienda ſunt.Et primo hic tractari de ſubſtitutione valida nō de iure cōi, ſed ex militū priuilegio vt in l. centurio de mil. teſt. Secundo dico ſubſtitutionē poſt pubertatem iure directo non fideicommiſsi eſſe validam. Tertio omninò animaduertendum eſt dari ſcilicet hæreditatem in iure,& res etiam hæreditarias,vt in S.1.Inſtitut. de rebus corporalibus, & in corpor. hæreditas nanque nomē iuris, & ius quoddam eſt l.3. ff. de bonor.poſſeſſor.ſed res hæreditariæ corpora ipſa ſunt, & non iuris,ſed facti ſunt, vt habetur dict.l.tertia. His itaque ſic poſitis cum fideicommiſſum eſt relictum,duo ab hæred. fideicommiſſario reſtituuntur ſcilicet hæreditas vt eſt illa ſucceſsio in vniuerſum ius defuncti, &

res

res hæreditariæ quæ re ipſa ideſt de facto reſtituuntur l. reſtituta ff. ad trebell. ſed in caſu noſtræ legis ſubſtitutus à matre non petit hæreditatem militis teſtatoris, eam enim ipſo iure ſolo animo acquirit ex regula vulgatæ legis pro hærede ff. de acquirend. hæredit. ſed ſolum res hæreditarias; petit ideo directo iure ſuccedit, & hunc ſenſum rationibus ab alijs Iureconſultis interpretantibus non perpenſis eſſe validum demonſtratur, ponderando tamen primo verſiculum, nam non eſt incerti iuris quod ſi quidem in patris militis poſitus poteſtate, dixit Diocletianus militis: Teſtator itaque vt miles ex eius priuilegio teſtamentum fecerat nam cum duæ ſint partes noſtræ legis, & in prima factum narretur; in ſecunda, & ſic in illo verſiculo (nam non eſt incerti iuris) ponitur deciſio, & illud verbum militis eſt poſitum in ſecunda parte textus, & ſic in verbis diſpoſitiuis in quibus certè nihil debet eſſe ocioſum vt dicitur in cap. ſi Papa de priuileg. lib. 6. ergo ne illud verbum militis fruſtratorium videatur eſſe poſitum, erit dicendum militem fuiſſe teſtatum iure ſuo, nempè ſpeciali non autem iure communi, neque obſtat ſi aliquis dicat ideo militis verbum fuiſſe poſitum, quod ita res euenerat, vt miles eſſet teſtator, & non quod aliquid illud verbum importaret, nam reſpondetur hoc poſſe procedere cum de milite facta eſſet mentio in verbis enunciatiuis, ſed in verbis diſpoſitiuis in quibus Imperatoris fundatur deciſio nullum verbum debet eſſe ocioſum, ergo illud verbum militis debet, ex neceſſitate aliquid operari dict. cap. ſi Papa ſuperius relato de pond. legis in 6. Secundo hoc etiam probatur, nam Diocletianus eſt locutus ſub conditione, quod ſi quidem in patrem militis, ſed diſpoſitio ſub conditione loquens ſolam actus ſignificat, vt rectè tradit Felyn. in cap. cum deli-

cta de reſcriptis numero ſexto, ergo de forma eſt, vt ſit miles, ſed vbicunque ſit mentio de milite præſumitur teſtatus iure ſpeciali, & non communi ergo, &c. Tertio ponderatur etiam verbum illud (veluti) dictio enim veluti regulariter ſimilitudinem ſignificat non veritatem l. prima ff. de legat. 2. l. ex Caſtrenſi ff. de Caſtrenſ. peculio, um alijs conductibus, neque obſtat ſi aliquis diceret immo ſignificat veritatem, nam reſponderi poteſt hanc eſſe fallentiam, & nos debere conſiderare regulam, & regulæ adhærere, vt per gloſſ. dicitur in l. omnis deffinitio ff. de regul. iuris vnde qui regulæ inhæret dicitur habere fundatam intentionem ſuam, vt habetur per Bartol. in l. quoties ff. ſi quis cautionibus, &c. Quarto adducitur text. in l. cogi §. vltimo ff ad trebell. vbi dicitur compellendus eſt periculo eius adhire, & ex cauſa fideicommiſſi reſtituere hæreditatem, & ſic eſt verè fideicommiſſum cum non ſoleant iura dicere veluti ex cauſa fideicommiſsi, vt in l. noſtra, ſed ſimpliciter ex cauſa fideicommiſsi vt traditur in dicta l. cogi §. vltimo Quinto, & vltimo meo quidem iuditio ponderanda ſunt illa verba, nempè (bona quæ cum moreretur) nam licet bonorum nomen aliquando ſignificat hæreditatem l. nam quod in fine ff. ad trebellianum, tamen cum nomen generale bonorum cum hac dictione cum moriar vel tempore mortis adiungitur, non hæreditatem ſed res hæreditarias ſignificat vt clarè habetur in l. ſi quis ſenſum §. vltimo iuncta l. ſequenti ff. de leg. 2. vnde cum ſubſtitutus à matre peteret bona hæreditaria non ipſam hæreditatem datur intelligi eam apud ſe iure directo habuiſſe l. cum prætor ff. de iudicijs, & ex his, &c.

Vera

Vera interpretatio Ad l. Gallus, ff. de liber. & poſthum.

ANtiquiſſimo tempore, & iure quodam tunc obſeruato diſpoſitio vigebat quædam, vt non natis, veluti, non exiſtentibus filijs in rerum natura, quia non apparebant, nec certum erat an futuri eſſent, nihil relinqueretur, immo neque legitima hæreditas deferebatur, nam diſpoſitio de illis facta nullum ſortiebatur effectum ſecundũ gloſs. fin. in l. non eſt ambigẽdũ de bon. poſs. ſed poſt modum, lex duodecim tabul. animaduertens poſthumum, ſi quando natus ſuus hæres futurus eſſet, paternum teſtamentum, in quo ſe præteritum inueniret, facile rumpere poſſe, ne id contigeret quod publice quoque intereſt l. vel negare ff. quemadmodum teſtamenta aper. ab antiquiſsima illius legis diſpoſitione receſsit, cumque inſtitui permiſit; quinimmo parentibus præcepit illum inſtitui, aut exheredari omnino debere l. tertia in princip. ff. eod. titulo S. poſthum. Inſtit. eod. de alijs vero qui ſui futuri non eſſent, lex iſta nihil diſpoſuit, adeo vt poſthumi nepotes qui ſi teſtamenti tempore nati fuiſſent, cum eos Pater præcederet ſui non fuiſſent vt habetur in l. S. ſui Inſt. de hę. qualit. & differ. & ſic ſub illius nempè antiquiſsimæ diſpoſitionis regula remanebant, nec eis quidquàm relinqui poterat; at quia eueniebat plerumque hos poſthumos nepotes viuo Teſtatori, per defectum in medio exiſtentis, ſuos effici hæredes, & ita aui um teſtamenta, in quo erãt præteriti rumpebant, quod profectò iniquum ſatis videbatur, vt auus cui nihil imputari poterat, lege ſic diſponente, inteſtatus decederet, & præteritionis pœnam pateretur contra

l. final. C. eod. hoc tit. eſt ſi quidem pæna actuum nullitas l. ſenatus ff. de contrah. emption. ideo ſuperueniẽs Aquilius Gallus eos poſthumos nepotes inſtitui poſſe induxit ea verborum formula de qua in hoc text. habetur: ſed quia Gallus de nepote poſthumo tantum poſt aui mortem naſcituro loquebatur, qui ſi viuo auo naſceretur, fieri non poterat quin vt ſuus teſtamentum rumperet: idcirco ſuperueniens lex, Velleia. ab auctore ſic dicta, & ab illius antiquiſsimi iuris diſpoſitione latius recedens, eum quoque poſthumum hæredem inſtitui poſſe permiſit, qui viuo auo natus, ſuus illi hæres fieret eadem ratione teſtamenti conſeruandi cauſa mota. Cuius legis duo ſunt capita, alterum ſcilicet de his qui cum in vita teſtatoris naſcerentur ſui hæredes ſtatim fiebant, nimirum quia eorum pater prius erat de medio ſubductus §. nunc de lege Velleia Verſ. vt non ſolum hic eadẽ l. noſtra Alterum caput erat de his qui teſtamẽti tempore, & ſi nati eſſent primum tamen locum non obtinuiſſent, ſed viuo adhuc auo ſubducto eo, qui eis præcedebat, primum locum ingrediuntur, ſicquæ ſui efficiuntur vt in §. videndum; Verum cum vltra teſtamenti fauorẽ prædictę leges ſummam in ſe æquitatem cõtinerent quãuis non prouidiſſent, niſi in caſibus, in quibus naſcituri rumpere poſſent teſtamentum, remanebant alieni poſthumi ſub illius antiquiſsimæ legis diſpoſitione deſtituti vt nullo iure eorum valeret inſtitutio; Prætor tamen naturalem cuiuſuis rerum ſuarum diſponendi libertatem reſpiciens, alienorum poſthumorum inſtitutionem probauit, eique ſecundum tabulas bonorum poſſeſsionem conceſsit, vt in princip. Inſtitut. de bonor. poſſeſsione ſed quia Gallus de poſthumo nepote tantũ inſtituendo loquutus erat, & caſus in quo prouidit de pro nepote & ab nepote etiam verificari poterat ſuppletur à Sceuo-

la.

la, vt in S.S. ſubſequentibus, & hæc ſecundum magis communes Doct. traditiones eſt opinio, Veritas tamen aliter meo quidem iudicio ſe habet, vt dicemus inferius (niſi fallor) latiſsimè. Verum ſuum poſthumum Doctores cõmuniter intelligunt qui ſi viuo auo natus eſſet, ſuus illi hæres extitiſſet, & primum gradum obtinuiſſet dict. §. ſui Inſtit. de hæred. qual. & differ; Alienum verò qui ſi tempore teſtamenti natus eſſet ſuus fuiſſet, niſi pater eum in gradu præceſsiſſet, veluti nepos naſciturus ex vxore filij in poteſtate exiſtentis, & hæc probari dicũt in §. poſthumo Inſtit. de leg. vbi dicitur alienus poſthumus, qui natus inter ſuos hæres teſtatori futurus non eſt, & intelligunt ſuum non eſſe futurum ſi teſtamenti tempore naſceretur, quamuis tẽpore mortis poſſet eſse ſuus, Extraneum verò poſthumum dicunt qui natus ſuus non eſt, quia non in poteſtate, reperitur ut nepos natus ex filio emancipato d. §. poſthumo ſuperius citato. Nos verò poſt alios interpretes qui diligentius perſcrutati ſunt, aliter intelligimus, & in primis in huius poſthumi natiuitate non teſtamenti tempus ſed mortis teſtatoris ſpectandum eſſe omnino cenſemus: nam ſi teſtateſtamenti tempore non eſſet conceptus, poſthea vero cõciperetur, & poſt mortem naſceretur, vtique ſecundum communem traditionem non eſſet iſte ſuus, quia teſtamenti tempore primum locum non obtineret, quod quam ſit abſurdum nemo ſanè mentis non videt. Præterea in hac lege annuit Gallus noſter tempus mortis inſpiciendum eſſe vt an ſuus ſit cognoſcatur, alioquin nullius momenti ipſius fuiſſet diſpoſitio, cum rumpendi teſtamenti timor, non adeſſet, neque Velleius in §. nũc de leg. id expreſsit. Quid enim inquit neceſſe eſt tẽpus teſtamenti faciendi reſpicere, cum ſatis ſit obſeruari tempus quo naſcitur, & ſic mortis teſtatoris. Item quo-

quoque in l. poſthum. in princip. ff. de inoffic. teſtam. in l. Ticius, & l. item prætor de ſuis, & legitim. in quibus ad ſuorum cognitionem tempus mortis inſpicitur. Accedit etiam text. in §. poſthumorum Inſtitut. eod. titul. vbi qui per remotionem patris reperitur auo mortis tempore proximior, eum iubet Imperator inſtitui, vel exheredari, ne vt ſuus præteritus rumpat teſtamentum, ſunt denique leges de poſthumo loquentes reſpectu futuri euentus intelligendæ, ſic in ſimili dicitur quis ſuus heres in vita teſtatoris dict. § ſui, & tamen viuentis non eſt hęres l. qui ſuperſtitis infra de acquirend. hæredit; dicitur tamen ſuus eo reſpectu ſuperius relato: at ſi futurus euentus inſpicitur non attendetur certè tempus teſtamenti ſed mortis teſtatoris, & poſthumi natiuitatis. Dicemus igitur poſthumum ſuum illum eſſe qui ſi tempore mortis teſtatoris natus eſſet, illi utiquè fuiſſet ſuus hæres, patre ipſius iam de medio ſublato, & ita non iſpiciendum certè eſt tempus teſtamenti, ſed mortis ipſiusmet teſtatoris; Alienum vero dicimus vt inquit Imperator in dicto §. poſthumo, qui natus eſt inter ſuos non ratione ſuitatis, ſed ſanguinis iuxta leg. penult. C. ad turpill. cum ſimilibus, et ita in d. §. poſthumo accipi debere ſuorum ſignificationem probatur ex illatione illa ideoque ex emancipato conceptus, extraneus erat poſthumus auo, illatio enim non, fit ex diuerſis l. Papinianus ſupra de minoribus: nec differentia conſtituenda eſt inter ſuum atque extraneum, quia verè alienum intelligimus qui nunquam futurus eſt ſuus hæres: nec dicitur ibi agi de emancipato gratia exempli, quo non arctatur regula l. damni infecti infr. de damn. infect. nam id procedit vbi diuerſa exempla non afferuntur vt per gloſ. in l. nunqnam plura infr. de priu. delict. ibi enim exemplum concepto ex filio in poteſtate, exiſtenti in-

inconueniens eſt, cum Is aliquando ſuus hæres eſſe poſſit, ſic igitur differentia non modica eſt. An quis naſcatur ſuus, vel inter ſuos vt habetur in titul.de legitim. agnat. ſucceſsion. in princip. nam ſuus in poteſtate naſcitur, & in primo gradu ſaltem tempore mortis, Inter ſuos vero natus, eſt qui naſcitur ex ſuis, ſed ipſe non non eſt ſuus, vt nepos ex filio, qui ſuus eſt, naſcitur enim inter ſuos, ſed ipſe alienus eſt, quia illa dictio inter arguit extrema l. inter cætera in eod. titul. noſtro, & ita nulla eſt differentia inter ſuum, & proprium, & alienum atque extraneum quidquid alij tamen dicant. Nec credatur de alio poſthumo intellexiſſe Gallum quã de ſuo. nam ſi de alieno loqueretur mandax fuiſſet Imperator in princip. Inſtit. de bonor.poſseſs.qui ſe alieni poſthumi inſtitutionem induxiſſe teſtatur, præſertim cum tempus mortis aui teſtatoris inſpiciendum eſſe probatum ſit, nec definitio poſthumi alieni huic conuenit, de quo Gallus loquitur, quia ille eſt alienus qui nullo tempore futurus eſt ſuus dicto §. poſthumo, hic vero naſcitur ſuus; Nec text obſtat in leg. penult.de legat. 1. nam ſi legatur à fratre poſthumo, vt multi Codices habent, expreſsè, atq; clariſsimè apparet loqui de poſthumo alieno, & penitus de extraneo, qui nunquam futurus eſt ſuus hæres, vt eſt frater, vel fratris filius poſthumus, pro cuius deciſionis confirmatione adducitur Galli sẽtẽtia, dictis alienos quoq; poſthumos legitimos nobis hæredes fieri, vel ſecũdũ communem literam refertur ibi Galli conſilium volentis poſthumo ſuo fidei commiſſum relinqui poſſe, & inde ampliatur idem eſſe in alieno; nam illa dictio quoque diuerſificat caſus, vt traditur per text. in legatorum §. vltimo infra pro hæred. cum ſimilibus ad quos ex rationis identitate fit extenſio, cum eadem dictio quoque ſit ampliatiua §. 15

quo-

quoque Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig. & ex illis etiam verbis, & obtinuit Galli ſententia, nam differentia eſt inter diſpoſitionem, & ſententiam, vt dicitur de lege Velleia, & ſententia legis Velleiæ vt habetur in dicto §. & quid ſi tantum. Nec credatur Galli Aquilij diſpoſitionem fuiſſe noui iuris inductiuam immò potius antiqui iuris declaratiuam, nam lex duodecim tabul. iuſsit poſthumum præteritum rumpere teſtamentum, ergo voluit eum inſtitui, ne repugnãtiam contineret, idque propriè eſt quod agit noſter Gallus, nec potuit nouum ius inducere, quia Iuriſconſult. quorum reſponſa in pandectis leguntur, non habebant auctoritatem legis condendæ l. ſecund. §. vltimo de origin. iur. nec verbum induxit, in hoc tex. aliquid noui ſignificat, præter verborum formulam, qua legis duodecim tabularum diſpoſitio ad effectum deduci poſſet iuxta l. quidam §. cum igitur C. de neceſſ. ſeruis her. inſtituend. l. prima de vſu fruct. earum rerum: ſic itaque Gallum Aquilium dicimus non legem nouam conſcribendo, ſed legis duodecim tabularum ſententiam interpretando eam formulam induxiſſe. Minus verum exiſtimandum eſt Gallum Aquilium à Scæuola fuiſſe reprehenſum, ſed illius mentem hunc potius declaraſſe; locum videlicet habere ſic in pronepote, vt in nepote, cum eadem ratio militet in vtroque iuxta tex. in l. illud ff. ad leg. Aquil. nam id dicitur expreſſum, quod venit ex mentis interpretatione l. nominis & rei §. verbum ff. de verb. ſignificat. & patet ex dicto §. ſuperius relato. Idem credendum exiſtimaſſe Gallum in pronepote, quæ verba interpretatiua ſunt, non reprehenſiua, quod etiam de lege Velleia dicendum eſt, cuius caſus ſub Galli diſpoſitione ex rationis identitate comprehenduntur, nec fuerunt expreſsi, quia expreſsio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur l. 3. de legat.

Non

Digitized by Google

Non enim ſuperflua cenſentur quæ clarioris explicationis cauſa proferuntur l. non ſolent de regul. iur. cuius rei effectus eſt, vt quod, à Gallo traditum eſt, non ſit forma inſtitutionis, alioquin immutari non poſsit l. cuius ſupra de in integrum reſtitution. Eſt igitur concludendum, quòd ſicut Gallus legem duodecim tabularum interpretatus eſt ex identitate rationis, non tamen correxit, nec ſuppleuit; ita Scæuola, & Velleius eundem reſpicientes finem, vt idem reſultaret effectus, ex identitate rationis declarauerunt Galli mentem fuiſſe de omnibus caſibus per eos expreſſis, nam etſi de naturali tantum morte dixerit, quia tamen per mortem ciuilem, & per emancipationem pariter filius deſinit eſſe ſuus, cuius locum nepos agnaſcendo ingreditur, & ſic teſtamẽtum rũpitur, ideo expreſsit Scæuola de ciuili morte, atq; emancipatione vt habetur ẽt in §.& quid ſi tm̃ hac ead. l. noſtra, ex ſentẽtia legis Velleiæ, quæ ex Galli mente de poſthumo nato in vita ob eandem rationẽ expreſſit, vt probatur apertè in l. vltim. C. eod. cui non refragatur lex commodiſsimè ſupra hoc eodem noſtro titul. qm̃ præter alios, conſtabat ibi de voluntate teſtatoris volentis in alterum dumtaxat caſum inſtituere, nam in primo dicitur ſiue viuo, ſiue mortuo teſtatore naſcatur valere. in ſecundo ſi nihil temporis exprimatur, idem in tertio ſi alterum expreſſum ſit, quando ſcilicet alterum voluit excludere. Et hæc pro nunc breuiter attingiſſe tantummodo ſufficiant.

Intellectus l. peto ff. de leg. ſecund.

SEnſus l. peto ff. de leg. 2. eſt iſte videlicet vt Lucius, Titius, quem omnes pro legatario acceperunt, hucuſque non ſit verè legatarius, ſed hæres vniuerſaliter inſtitutus, & quod inde teſtator poſt inſtitutionem dixerit, peto à te Lucij Titij, vt contentus ſis centum aureis ſcilicet de hæreditate prædicta, nec vlterius declarauerit cui reſiduũ dictæ hæreditatis reſtitui voluerit, & cum ſubdat fideicommiſſum valere placuit intelligere, ſcilicet ad fauorem veniẽtium ab inteſtato, ideſt vt Lucius Titius cenſeatur grauatus reſtituere hæreditatem venientibus ab inteſtato. Iſte intellectus ſuadetur primo ex tex. in l. qui filium, à filio ff. ad Trebell. vbi teſtator prohibuit filio ne teſtaretur, donec liberi ei extitiſſent, & quamuis nullum aliud verbum dicatur de fideicommiſſo tamen; Iureconſultus interpretatur illam ſcripturam, vt importet fideicõmiſſum, & quod per illa verba inductũ fuerit ad fauorem fratris, ita in propoſito cenſetur hoc etiam inductum ad fauorem legitimorum, ſcilicet hæredum. Secundo ſuadetur, nam quemadmodum aliquis non teſtando cenſetur inſtituiſſe hæredes ab inteſtato, vt colligitur ex tex. in l. ſi quis eum, & in l. conficiuntur in princ. & in l. ab inteſtato ff. de iur. codicill. ita etiam teſtando, & deinde grauando hæredem vt ſit contentus pauca portione; cenſetur id feciſſe vt dictus hæres reſtituat hæreditatem quæ ſupereſt hæredibus venientibus ab inteſtato. Tertio ſuadetur, & fortius quia in ſecũda parte ipſius tex. duo cõtinẽtur, primo ꝙ idem Lucius Titius fuit inſtitutus hæres, ex qua nominis, & cognominis identitate ſatis oſtenditur quod etiam in primo caſu fuit inſtitutus hæres, ſecundo quod fuit inſtitu-

ſtitutus hæres pro parte, & in alijs partibus habuit cohæredes, ergo videtur dicendũ quod id in prima parte fuit inſtitutus hæres in totũ. Quarto id confirmatur, & hoc magis viget iuncta ſcilicet ſequenti ratione, nam quando in ſecunda parte fuit inſtitutus hæres pro vna tãtum portione, & habuit cohæredes, & deinde dictum fuit vt contentus eſſet centum aureis, proculdubio id videtur feciſſe teſtator cõtemplatione cohæredum, quibus voluit per Lucium Titium reſiduũ hæreditatis reſtitui, argum. tex. in d.l. qui filiũ ff. ad Trebell. vnde infertur quod maius dubium erat in prima parte, quando .ſ. inſtituit hæredem, & deinde dixit, quod ſit contentus centum aureis, nec aperuit ſi plus, vel minus conſtabat contemplatione quorum tacitè cenſetur grauatus de reſtituendo reſiduo hæreditatis prædictæ. Deniq; vltimo inconuincibiliter oſtenditur ex verſiculo ſine dubio, & facilius eſt hoc probare re ipſa; nam reddit rationem quare tunc hæres inſtitutus pro parte exiſtimatur grauatus de reſtituendo reſiduo cohæredibus, & ait facilius enim eſt hoc probare quia conſtat de quibus teſtator ſit loquutus, quaſi dicat ſi in præcedenti caſu fideicommiſſum ad fauorem cohæredum inſtitutorum cum quibus teſtator fuerat loquutus in teſtamento alias dicta ratio iudicio meo nihil penitus concluderet in illo tex. vel certè diſſonaret. Nec obſtat ſi diceretur diuinare eſt vt Lucius Titius in prima parte eſſet inſtitutus hæres quia tex. ille hoc non dicit, nam reſpondetur primo quod cum ſequentia ſoleant declarare præcedentia, non eſt diuinare, ſed eſt exponere verum ſenſum illius text. ex ſequentibus collectum ſecundum ea quæ ſuperius adduximus ad hunc legis intellectum. Secundo reſpondetur, quod etiam diuinare eſt, vt quis fuerit inſtitutus hæres, & quod in teſtamento fuerit

Digitized by Google

relictum fideicommiſſum Lucio, Titio per ſupradicta verba, & ſi dixeris fideicommiſſum alias non valuiſſe reſpondeo immo potuiſſet valere ab inteſtato, & in codicillis,§. præterea de fid. hæred. & in dict l. ſi quis cum ff. de iur. cod. Poſtquam igitur non apparet ita quidem dici poteſt quod fuerit vniuerſaliter inſtitutus, & tacitè grauatus de reſtituenda hæreditate venientibus ab inteſtato, ſicut ſi alius eſſet inſtitutus, & eidem Lucio Titio ſub prædictis verbis eſſet relictum fideicommiſſum. Nec obſtat ſi diceretur ergo teſtator videtur decedere pro parte inteſtatus poſtquam voluit vt de ſolis centum aureis eſſet contentus, nam reſpõdetur eum iam teſtatum eſſe inſtituendo Lucium, Titium, Et ſolam ſupereſſe difficultatẽ cui ſit reſtituenda hæreditas de qua iam fuerat diſpoſitũ, & deinde demum vt centũ tm̃ aureis contentus eſſet. Neque etiam obſt. ſi diceretur illud eſſe prælegatum quod à ſeipſo valere non poteſt, vt in d. l. & quidẽ ff. hoc eod. tit. noſtro, nã reſpõdetur illam potius eſſe portionem hæreditariam ſumptam ex teſtamento, & non prælegatum. Nec etiam facit ſi obijceretur quod illud hæreditatis, .ſ. reſiduum eum non conſtet cui ſit applicandum reuerteretur ad ipſum quodam iure accreſcendi, iux. not. in l. re coniuncti, ff. de leg. tertio, nam reſpõdetur quod iſtud eſſet contra mentẽ teſtatoris, qui ideo voluit eum eſſe contentum centum aureis vt cæterum hæreditatis reſiduum reſtitueretur alias non fuiſſet opus dicere quod eſſet contentus centum tantum aureis, mens enim ſpectanda eſt, ergo, &c. Et cum in illo tex. ponantur diuerſi caſus ſi omnes rectè conſiderentur apparebit eos, etiam eſſe diuerſos, quod cum legentibus conſtare poſſit non aliæ tradũtur reſponſiones, & ſic, &c.

Repe-

Repetitio Ad l. ſi plagij ff. de Verb. oblig.

NE dies hæc ſinè linea pertranſeat, abſolutis iam huius anni diſputationibus, placuit vnita ratiocinatione hanc legem abſoluere, & præſentis anni laboribus finem imponere, in qua vtilis, & delectabilis materia pertractatur. Ad cuius euidentiam duo prænotanda duximus ex Cyn. doctrina in l. ex eo, num. 1. C. de inutil. ſtipul. Bart. Imol. Iaſ. & aliorum in l. generaliter hoc eod. tit. noſtro neenõ diſtinguẽdos eſſe aliquos caſus quibus huius legis materia explicari poſsit abſque æquiuocatione. Interdum, dicimus, in ſtipulatione quid turpe deducitur, vt flagitium aliquod committere, quod inutilem reddit ſtipulationem d. l. generaliter, cum ſeq. § quod turpe, Inſtit. de inutil. ſtipul. nullaque etiam eſt pœnæ promiſsio illi adiacens l. ſtipulatio hoc modo concepta ſupra eodem nulla fideiuſsio, ſi qua interuenit l. ſi à reo §. vltim. infra de fideiuſs. Nec quidquàm prodeſſet etiam ſi iureiurando vallata eſſet, l. non dubium C. de legibus, cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. in ſexto. Interdum res in ſtipulationem deducta turpis non eſt, ſed turpi modo promiſſa, vt Vi, dolo, vel metu; & valida eſt quidem ipſo iure ſtipulatio, ſed de dolo, vel metus cauſſa actione reſcinditur, vt hr̃ in tit. de dolo, & quod metus cauſſa per tot. Vel doli, aut metus obſtat exceptio. l. metum §. ſed quod prætor, quod metus cauſsa l. dolo C. de inut. ſtip. nam facilius conceditur exceptio, cui actio non denegatur l. apud Celſum §. metus autem ſupra de dol. except. l. 1. §. quod autẽ de ſuperf. l. per. iuxta verum Rom. ſenſum ff. de cond. ob turp. cauſ. Interdum res non turpis, nec turpiter promiſſa eſt, at verò ſub turpi conditione, vt ſi homicidium

micidium commiſeris, & quamuis in vltimis Voluntati-bus eiuſmodi conditio vitietur, non tamen diſpoſitionẽ annullat l.conditiones l. filius, ff. de cond. inſt. nihilominus ſtipulatio fit inutilis l. nõ ſolum ſupra tit.prox.§. ſi impoſsibilis,Inſt.de inut.ſtip.& Bart.in fine huius legis Interdum,& res promiſſa,& modus promittendi,& conditio adiecta turpitudinem minimè continet,ſed cauſa finalis, ob quam promittitur,turpis eſt, ſi fortè promittatur vt homicidium, vel aliud delictum perpetretur,eo enim caſu nulla eſt ſtipulatio,& ita lex nr̃a procedit,& in l. pacta, quæ contra C. de pact. cum ſimil. Alterum eſt quod prænotandum erit, poſſe nimirũ turpitudinem contingere Vel ex parte dantis, vel ex parte accipientis, Vel vtriuſque, Et primus ſit modus,vt cũ quis meretrici fornicationis ob cauſam promittit, eſt tunc quidem valida ſtipulatio, ſed agenti obſtat exceptio, vt puta cum quis meretrici libidinis cauſa promiſerit, turpiter enim datur, at illa cum meritrix ſit, turpiter non accipit l.4.§. 1. ſupra de cond.ob turp. cauſ. ſecundo caſu inutilis eſt ſtipulatio,in l.iuriſgentium,§.ſi ob maleficium ſupra de pact.pari modo in tertio caſu,vt in l. noſtra: ſed infra latius. Text. hic noſter in pandectis Florent. legitur, ſi flagitij cauſa,& melius quidem, nam lex generalis eſſe debet,& flagitij nomen omne delictum cõprehendit, nõ enim aliud quam maleficium generaliter ſignificat. d. l. ſi à reo.§. vlt. de fideiuſſ. plagium verò particulare delictum, quo tenetur qui liberum hominem ſciens vendiderit l.1.infra ad leg.flau.de plag.Species facti clara eſt, & dubium faciebat generalis in primis regula l.1. ſupra de pact.& l.1.ſupra de conſt.pec.cum ſimil.quibus præcipitur pacta ſeruari deberi, cum graue ſit fidem fallere. Secundo quoniam donatio ex turpi cauſa facta valida eſt l. affectionis ſupra de donat. l. donationes, eodem

tit.

tit. at per ſtipulationem fit donatio.l.ſi quis argentum, in fin.C. de donat. Tertio, quia pro iam promiſſo delicto paciſci permittitur.|l. ſi vnus §.pacta,quæ turpē, ſupra de pact.& hic tex.de commiſſo non minùs,quàm de committendo diſponit, ergo pro remuneratione ſaltem commiſſi delicti promitti poſſe videtur. Ratio deciſionis in contrarium eſt, quandoquidem nulla eſt promiſſio,quæ continet impoſsibile l.ſi ſtipuler. ſupra eod.impoſsibile verò intelligitur, ſiue à natura, ſiue à lege fieri prohibeatur l. filius, de cond. inſt. quæ vero promiſsio fit contra bonos mores eſt huiuſmodi l. ſtipulatio hoc modo concepta ſupra eod.l. pacta, quæ contra C. de pact.l.ſi quis inquilinos §.pen. de leg.1. nec iuramento confirmatur d.c.non eſt obligatorium. Altera verò ratio afferri pōt,quia qui turpitudinē ſuam allegat,audiendus non eſt l. alias ſupra de iureiur.l.trāſactionis C. de trāſ. l. cum confitearis C.de reuoc.donat.l. mercalem C.de cond.ob turp.cauſ Non obſtat regula l.1.de pact. & de conſt. pec. nam ob ſubiectam turpitudinis cauſam, nec naturalis oritur obligatio, glo.in l. ſi non ſortem, in fin. princ.in verb.ſtipulatus ſupra de cond.ind. Ad alterum reſpondetur verum eſſe vbi turpitudo erat ex parte dantis,qui iam,quod promiſerat,ſoluit, ideo non repetitur d.l.4.§.1. ſupra de cond.ob turp.cauſ. Nos autem loquimur quando promittitur, tunc inutilis eſt ſaltem ſtipulatio ope exceptionis,iuxta d.l.pen. ſecundum veriorem ſenſum ſupra de cond. ob turp. cauſ. Non obſtat §.pacta, quæ turpem, in fin. quoniam locum habet quando actio ob maleficium competēns remittitur, argum.l.pen. C de pact. non autem ob admiſsi delicti remunerationem. Verum antiqua fuit inter Vltramontanos,& Citramontanos Doct. controuerſia nunquid ſtipulatio iſthæc ob turpem cauſam concepta ſit ipſo iure

nulla

Digitized by Google

nulla ab initio ſic, vt nulla ex ea naſcatur obligatio, nullaque actio competere poſsit; An verò oriatur illa, ſed ope exceptionis remoueatur? Cuius indagationis magna eſt vtilitas, ad not. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret ſupra de pact. Pro Vltramont. ſententia, vt ope exceptionis doli, vel metus opus ſit eam elidere, quam Cyn. in d.l. ex eo, num. 1. C. de inut. ſtip. ſecutus eſt, arguitur in primis huiuſmodi; Cauſa non eſt de ſubſtãtia ſtipulationis, quoniã in definitione ipſius, quæ in l. 5. §. ſtipulatio ſupra eod. refertur, non continetur, arg. l. 1. §. 1. ſupra de dolo, & not. latè in l. omnis definitiò, de reg. iur. ſed quod non eſt de ſubſtantia actus, & ſi minus legitimè exprimatur, illum non reddit inutilem, arg. l. vnitæ, in princ. C. de rei vx. act. ergo. Secundo falſa cauſa diſpoſitioni adhærens, eam non inualidat. l. cum tale §. falſam ſupra de cond. & dem. ergo nec turpis, quæ pro non adiecta habetur l. conditionem l. filius ſupra de cond. inſt. Tertio omiſsio qualitatis non neceſſariæ nõ nocet d.l. vnica in princip. C. de rei vxor. act. ſed minus nocet quod ineptè expreſſum eſt, quam quod fuit omiſſum, Bart. in l. demonſtratio falſa num. 15. de cond. & dem. ergo ſi cauſa omiſſa, veluti minus neceſſaria, non obeſt, minus oberit turpiter expreſſa. Quarto arguitur, quia cauſa nulla, & iniuſta æquiparantur l. 1. in princ. & fin. ſupra de cond. cauſ. dat. at ſine cauſa valida eſt ſtipulatio l. 2. §. circa ſupra de except. dol. ergo pariter ſi iniuſta exprimatur. Quinto quoniam reſcindi nequit quod nullum exiſtit l. nam & ſi ſub conditione §. poſt defectum ſupra de iniuſt. rupt. teſt atqui ſtipulatio de his cõcepta, quorum pactiones improbantur, reſcinditur l. iuriſgent. §. generaliter ſupra de pact. ergo valida erat ab initio. Sexto dominia diſtincta, & obligationes eodem iuregentium inuentæ fuere l. ex hoc iure, de iuſt. & iur. Sed tur-

pis

pis cauſsa dominij translationem non impedit, igitur neque ortum obligationis; Minor probatur, quia res propria non, niſi à fure, condici poteſt l. vltim. in fin. ſupra vſusfruct. quemadmod. cau. §. ſic itaque inſt. de act. at datum ex turpi cauſsa condicitur, tot. tit. ſupra de cond. ob turp. cauſs. merito, &c. Septimo vbi legem habemus expreſsam fruſtra contingit dubitare l. ancillæ C. de furt. l. illam C. de coll text. verò expreſſus eſt in l. pen. ſupra de cond. ob turp. cauſs vbi petens ſibi ob turpem cauſſam promiſſum, doli exceptione, vel inſactum ſubmouetur, ergo non ipſo iure, ſed ope exceptionis ob turpem cauſſam concepta ſtipulatio inualidatur; At vero Accurſ. in dicta l. iuriſg. §. ſi vt maleficum, & in d. generaliter ſupra eodem vbi Dyn. Bart. Roman. Iaſ. & alij contrariam æquiorem, & veriorem ſententiam exiſtimarunt, & pro ea arguitur primo huiuſmodi, ex eo quod nullum eſt, nullus reſultat effectus l. non dubium C. de leg. l. eius qui ff. ſi cert. petat. ſed nulla oriri dicitur obligatio ex promiſsione facta, vt fiat maleficium vt expreſsè Iurecóſ. ait in d. l. iuriſg. §. ſi vt maleficium. ergo nulla eſt ipſo iure, nec ope exceptionis. Secundò nulla eſt ipſo iure, promiſsio quæ delinquendi occaſionem præbet, veluti contra bonos mores l. ſi vnus §. illud de pact. l. conuenire ſupra de pact dot. ad ſenſum verò patet hanc ſtipulationem eſſe eiuſmodi. Tertiò quoniam niſi aliqua ſubſiſtat obligatio fideiuſſor accedere nequit, ſiue naturalis ſit, ſiue Ciuilis l. fideiuſſor obligari §. fideiuſſor accipi infra de fideiuſs. at promiſsioni ob turpem cauſſam fideiuſſor non obligatur l. ſi à reo §. vlt. infra de fideiuſs. ergo ipſo iure nulla. Quartò quod ab initio non valet, ope exceptionis non ſubmouetur, quia non entis nullæ ſunt partes d. l. eius qui ſupra ſi cert. petat. in hac verò lege noſtra expreſsè deciditur, ſi pla-

gij faciendi, vel facti cauſſa ſtipulatio concepta ſit, ab initio inutilem eſſe, merito, &c. Et hæc opinio procul dubio verior eſt, vt Doct. præfati teſtantur, eoque magis, quia illi pro contraria parte adducta minimè obſtāt. Ad primum reſpondetur non omnia ſubſtantialia rei definitæ in definitione debere comprehendi, ſed eius dumtaxat quiditas, ſic in definitione Vſucapionis, nec de bona fide, nec de iuſto titulo quidquam continetur l. 3. ſupra de Vſucapionibus, ſunt tamen de eius ſubſtantia Inſt. de Vſucap. in princip. Nec abſurdum eſt ſi implicitè illa contineri fateamur, veluti ne contra leges, bonoſque mores quid fiat cap. erit autem lex 4. dinſtinct cum habilia omnia præſupponantur l. qui teſtamento, la ſeconda ſupra de teſt. ideoque minimè ſequitur, contra bonos mores ſtipulationem permittendam, quia turpis cauſa in definitione expreſſa non reperitur, immo cum in ſtipulationis conceptione turpis cauſſa expreſſa ſit maximè obeſſe debet l. expreſſa de reg. iur. l. nonnunquam, in prin. ſupra tit. 1. Ad ſecundum reſpondetur turpem cauſſam pro nō adiecta haberi, & vitiari propter eam ipſam ſtipulationem, veluti contra bonos mores d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, quamuis aliud ſit in vltimis voluntatibus d. l. conditiones, & l. filius, de cond. inſt. Nec obſtat eius cauſſæ expreſsio, quoniā expreſsa nocent, non expreſsa minimè l. expreſsa de reg. iur. & plus illa nocent, quia dolus euidenter apparet, qui euidens non eſſet, niſi expreſsus Iaſ. in d. l. generaliter, ſub num. 5. ſupra cod. per gloſs. in Clemen. conſtitutionem, in verbo de nouo, de elect. Et hinc etiam tollitur aliud, quoniam ſi nulla ſit cauſsa expreſsa dolus non præſumitur l. meritò ſupra pro ſocio: quinimmo bona fides; at clarè de dolo conſtaret, vbi cauſsa iniuſta, & turpis eſset expreſsa. Nec refragatur non reſcin-

ſcindi quod nullum eſt, ſatis enim reſcinditur quatenus de facto proceſsit, gloſs. in l. prima in princ. in verb. infirmabitur ſupra de fer. ſicut videmus in contra tab. bonorum poſſeſsione, quæ ad reſcindendum teſtamenſtamentum conceditur, l. 1. in princ. ſupra de leg. præſt. l. vt liberis C. de collat. nihilominus vbi teſtamentum eſt ipſo iure nullum præteritionem ſuorum hæredum l. maximum vitium C. de lib. præter. l. is qui in poteſtate ſupra de leg. præſt. § eandem, Inſt. de hær. quæ ab inteſt. def. ad huc illa conceditur, quatenus teſtamentum de facto proceſsit, Caſtr. in l. filius, num. 4. ſupra de lib. & poſth. & in l. poſthumo n. 9 ibiq; Alex. n 20. & Iaſ. 31. C. de bonor. poſseſs. contra tab. Minus reſiſtit argumentum de dominio ad obligationem, ſiquidem ex ſola domini voluntate volentis in alium transferre, dominium transfertur §. per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ. l. qua ratione §. hæ quoque res, de atque rer. dom. at verò obligationis ortur, cui lex reſiſtit, in his terminis impeditur l. iuriſgent. §. prætor ait §. ſi vt maleficium & §. & generaliter ſupra de pact. l. cum lex. infra de fideiuſ. cum ſimil. Ad text verò d. l. penult. varie reſpondetur vel ſecundum Bart. in d. l. generaliter, agi ibi de ea exceptione doli, quæ facti eſt, & intẽtionis, iux à gloſs. in l. qui ſe debere, eod. illo tit. de cond. ob turp. cauſs. vt hic per Iaſ. & Rip. Sed damnatur ab Aret. hic quia per ſolutionem ſponte factam non confirmaretur ſtipulatio ab initio ipſo iure nulla, ſicut ibi confirmatur l. 1. §. ſi filius, & ibi Bartol. de leg. 3. Es quia doli exceptio, de qua ibi, ſemper ſupponit ortam ipſo iure obligationem l. dolo C. de inut. ſtipul. Vel reſpondetur, ſecundum eundem Bart. ibidem, competere doli exceptionem quia turpis cauſſa non fuerat expreſſa; alioqui ſecus, vt in d. l. iuriſg. §. ſi vt maleficium, & in hoc text. noſtro: hanc

tamen ſolutionem tum Rom. in d. l. generaliter num. 11. tum Aret. hic, ex pluribus reijciunt, nā continet etiam diuinationem, & idem eſset ſiuè ſit expreſsa ſiue minus per reg. l. cum quid, ff. ſi cert. petatur, leges enim actum non verba conſiderant l. ſecunda in fin. C. comm. de leg. & præſupponendum eſt de turpi cauſsa aliquo modo cōſtare vt euitemus reg. l. merito pro Soc. & extrema habilia præſupponantur l. qui teſtamento la ſeconda de teſtam. Aliter Bald. inquit in l. 1. num. 7. C. de cond. ob turp. cauſs. diſtinguendo, Aut turpis cauſsa refertur ad præteritum, & vera ſit opinio Vltramontanorū, & ita tex. in d. l. pen. procedit. Aut ad futurū dirigitur, & tūc veram exiſtimamus Bart. & aliorum ſententiam, quam nos tuemur; quoniā primo caſu non datur delinquendi occaſio cum iam perpetratum ſit delictum, nec facta infecta fieri poſsunt l. in bello §. factæ infra de capt. & poſtlim. reuer. ſicuti cauſsa futurum reſpiciens, quæ inuitat ad delinquendum. Sed iſthæc Baldi diſtinctio ex text. noſtro diſtruitur, vbi cauſsa ad vtrumque tempus refertur, ſi plagij, inquit, facti, vel faciendi cauſsa concepta ſit ſtipulatio, &c. vt Ang. Alex. & alij hic aduertunt. Cyn. in l. ex eo num. 11. C. de inut. ſtipul. Rom. in dicta l. generaliter num. 2. ſupra eod. Et negari non poteſt, quia non minus delictum iam commiſſum ad delinquendum inuitat, & malum inducat exemplum, quaſi ob delictum pæmium conſequi poſsit, contra l. 1. de iuſt. & iur. l. bona fides, in princ. ſupra depoſ. l. ſi à reo §. vlt. infra de fideiuſs. quam delictum committendum l. illud ſupra de pact. dot. Caſtr. Com. Alex. & Aret. reſpondent illum tex. procedere quando vnius erat dūtaxat turpitudo. Sed contra d. l. iuriſg. §. ſi vt maleficium, ſecundum litteram negatiuam Pand. vbi ex vnius parte eſt turpitudo, nam ſi promittam ne homicidium

facias

facias, ex tua tantum parte verſatur turpitudo, nulla tamen eſt obligatio, quandoquidem turpe eſt quidquam accipere, vt à maleficio abſtineat, cum ſua ſponte abſtinere quis debeat l.2. & l.vltim. ſupra de cond.ob turp. cauſ. Roman. in d.l. generaliter intelligebat d.l.pen. de promiſsione dolo, vel metu facta, quo caſu valet ipſo iure ſtipulatio, ſed doli, vel metus obſtat exceptio l.metũ §.ſed ꝙ prætor ſupra ꝙ metus cauſ.l.dol.C.de inut.ſtip. cũ. n. dicatur ibi turpitudinis vitiũ ſolutione poſſe purgatur ſequitur eo caſu procedere, quo dolo, vel metu contracta ſit obligatio l. 2. quod metus cauſ. & Iaſ. ẽt placuit in d.l. generaliter, ſub num. 5. & hic, qui addit non obſtare ſi dicatur finalem cauſam promiſsionis turpem fuiſſe, quæ dici non poſſet ſi dolo, vel metu facta extitiſſet, ſed modum contrahendi turpem fuiſſe, vt in euident.dictum eſt; quia ſi id eſſet, inquit, ſolutione minimè purgaretur cauſa turpitudinis, ſicuti eam purgari dicitur. Sed continet hæc etiam reſponſio aliquam diuinationem, quod dolo, vel metu promiſſio facta ſit, nec quia ſolutione facta repetitio non concedatur, dicendum ſequitur dolo factam promiſsionem, cum etiam ſi ſponte, & abſque dolo promiſiſſet, ſolutum repetere non poſſet, vt in l.4.§ 1.eod.tit. Dicamus igitur in princ. illius l. tractari de promiſsione ob turpem cauſam facta, turpem ſcilicet ex parte promittentis tantum, & perſona cui promittit, turpitudinem non committat, ideoque ei ius quæſitum eſſe, & agere poſſe; ſed exceptione in factum poſſe repelli, vt puta ſi meretrici quis promittat, eſt namque ex parte promittentis dumtaxat turpitudo, nam illa & ſi turpiter agit, cum meretrix ſit, vt in d.l.4.§.ait I. C. & iſte ſenſus probatur ex verſ. ſubſequent. vbi dicitur, Porrò autem ſi & dantis, & accipientis turpis cauſa ſit, &c. ergo in præcedentibus de turpitudine

tudine promittentis tantum agebatur, quod indicat dictio illa, autem, aduerſatiua præcedentibus, & in iure, & in facto l.hoc amplius §. ijs verò ſupra de dam. infect. Bart.in l. meritò §. cum autem infra de adult. per illum tex. Alexan. in l.ſi filius, num 2. ſupra de lib. & poſt. Iaſ. in l.4 §.ſi is qui duplum, nu. 1. ſupra eod. hoc tit. & in l.1. num. 53. ſupra de off. eius, cum ſimil. per Pariſ. conſ. 101. nu. 25. in primo, & Natta conſ. 570 nu. 8 lib. 3. ergo ſuperius actum erat de turpi cauſa ex parte promittentis tantum, alioquin ſi ex parte dumtaxat accipienſis, ſolutum repeti potuiſſet, vt expreſsè deciditur in l. 1, in fin. eod. tit. & ita, ſecundum hunc ſenſum, quem verum exiſtimo, tex. ille nihil obſtabit. Sic igitur nullam intelligi oportet ipſo iure ſtipulationem eſſe, quæ turpem cauſam continet, ideoque exceptionis opem neceſſariam non eſſe, & nullius eſſe momenti, iuxta d. l. non dubium, in fin. C. de legibus l. non ſolum ſupra tit. prox. ſicut ipſo iure nullius momenti ſententiam dicimus aduerſus abſentem abſque peremptorio ædicto latam, vt nulla neceſſaria ſit appellatio l. 1. §. item cum ex ædicto infra quæ ſent. ſin. app. reſc. Quam concluſionem limitare poſſumus quando duas ob cauſas concepta fuiſſet ſtipulatio, quarum altera honeſta, altera turpis eſſet, vt poſt Iacob. de Aret. cōcludit Ang. hic, quia turpis cauſa veluti ſimulata irritam non reddit ſtipulationem, argumen. l. ſi patronus ſupra de donat. Nec obſtat atten di debere cauſam, quæ obeſt potius, quam quæ prodeſt l. ſi quis graui §. vlt. & ibi Bart. ſupra ad Sillan. l. Fulcinius §. quid ergò ſupra ex quibus cauſ. in poſſ. eat. quoniam cum benignior ſumenda ſit ſemper interpretatio, inſpici debet quæ magis prodeſt l. emancipatum §. vlt. ſupra de ſenat. l. auferetur §. ſi quis palam infra de iure fiſc. l. ſi filius qui patri, in princ. ſupra de bon. lib. quan-

do

Digitized by Google

do .ſ. potentior eſt, quæ prodeſt, cauſa quã quæ nocet: Vel cum cauſæ quæ prodeſt effectus ſeperabilis eſt, vt per Bart. in l. ſi vir. nu. 3. ſupra pro donat. Iaſ. in l. ſi is, ad quem nu. 28. ſupra de acquir. hær. vt in terminis noſtris ſeparari poteſt, ſumenda igitur eſt interpretatio, per quam actus reddatur validus l. quoties infra eod. l. quoties infra de reg. iur. cum ſimilibus. Poſſet dubitari etiam de aliquibus vt hic per Iaſ. Rip. & alios, ſed temporis ratio id non permittit idcirco ex his ſit impoſitus finis huic interpretationi, &c.

Compendium ſtipulationum, & aliorum contractuum. Ad Titul de verb. oblig.

VT quæ ſæpiſsimè in noſtris quotidianis repetitionibus varijs iu locis latè pertractauimus facile memoria retineri poſsint, ſtipulationum, aliorumue contractuum breue compendium congerimus eam ob rem ſciendum erit eorum, quę in ſtipulationem deducuntur, aut in rebus, aut in factis potiſsimum conſiſtere l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. & §. vlt. inſt. eod. prius ergo de rebus poſtea de factis, quæ in ſtidulationem deducuntur videamus. Quo ad res pertinet, dicimus illas, aut incorporales, aut corporales in ſtipulationem deduci, deducuntur incorporales, quoties ius aliquod promittitur, vt eſt debitum, exempli gratia, dediſti mille nummulario, ſeù argentario, vel trapelitæ, ſi mihi pariter mille debeas, & efficias, vt argentarius tuum locum ſubeat, ſi quidem per ſtipulationem is mihi promittat, eris à me liberatus, etiam ſi aliquo caſu argentarius decoxerit, ratio eſt, quia tanti eſt ſtipulatio, vt te liberare potuerit, l. delegare, vbi Caſtr. ff. de Nouat. Hæc enim

enim eſt delegatio: ſi verò argentarius in ſuo libro rationum ſe meum ſcripſerit eſſe debitorem, à me non propterea liberaris, niſi ſtipulatio interueniret, id enim per ſimplicem illam ſcripturam effici non potuit, vt libereris l.3. C. de Nouat. vbi ſi tuum mihi debitorem ceſſeris, non niſi in tribus caſibus liberaris, vel ſi cum eo litem conteſtatus fuerim, cuius mihi iura ceſſa fuerunt: vel ſi ab eo exigere cepero; aut tertio cum denuntiaui vt te ille creditorem non agnoſcat: quod ſi vnum ex his tribus non interuenerit contra te agere non potero, vt per Caſtr. in d.l. Delegare de Nouat. & eſt communis opinio, de qua latè Soccin. in l. qui vſumfructum. hoc eod.tit.de verb.oblig.& conſ.267. lib.2.Bart. & Caſtr. in l.ſingularia ſupra ſi cert. pet. Quò verò ad res corporales;aut promittuntur res animatæ,aut inanimatæ, quo ad primum, ſi animata promittuntur, vt valeat contractus in eodem corpore vterque contrahentium conſentire debet; nam ſi de vno alter, alter verò de alio ſenſerit,contractus vitiatur;cum enim deficiat conſenſus,non vtique conſenſiſſet; ſed ambo erraſſe cenſentur, iuxta l.Inter ſtipulantē S.1.hoc eod.tit.vbi ſi de Sticcho vnus de Pamphilo alter contrahentium ſenſerit,ob diſſenſum non valet ſtipulatio. At ſi ambo in corpore conſenſerint, in qualitate verò diſſenſerint, ſi qualitas eiuſmodi eſt, quæ ſubſtantiam immutet, veluti ſexus, contractus eſt inualidus, vt puta cum puerum emere crediderim, tu puellam vendideris l.In venditionibus, l.alioquin ſupra de contr. empt. Quòd ſi error, non ſit in corpore, nec in ea qualitate,quæ ſubſtantiam immutat penè,tunc contractus non vitiatur, vt ſi equum mihi caſtratum vendas, quem ego integrum emere credam; quoniam, cum non tanti ſit hoc caſu qualitas, vt vitiet contractum d.l. alioquin emptio valebit, etiam ſi rem deteriorem eme-

ro,

Digitized by Google

ro,quàm extimarem,& hoc caſu alijs remedijs agendum erit,vt in l. aliter ſupra de contrah. empt. Sed videamus hoc caſu quomodo errantibus ſuccurrendum ſit, & ſciendum eſt tria remèdia inuenta eſſe pro his, qui errantes rem emerunt deteriorem; primum eſt actio redhibitoria, quæ datur infra ſex menſes l.ſciendum §.vlt. ſupra de ædilit. edict. quæ aliud non eſt, niſi actio conceſſa ad reuocandum contractum. Secundum eſt actio quanto minoris ciuilis, quæ datur ei, qui emerat, empturus quidem rem illam ſed minoris,vt ſi credam emere equum integrum, & emero caſtratum,quoniam ſi ſciuiſſem non eſſe integrum, tanti non emiſſem, & ideo agam quanto minoris l. Iulianus in prin. ſupra de act. empt. & hæc veluti à iure Ciuili introducta conceditur intra ſpatium triginta annorum l. ſicut C. de præſer.30. ann. Tertium eſt remedium, actio nimirum quanto minoris prætoria, vt ſi ſciuiſſem vitium, quod ineſt, emiſſem quidem, ſed quia non valet tanti, quanti emi,agã vt reſtituas mihi prætium quod ſolui pluſquam valeret, & hæc actio ſpatio vnius anni durat l.2.C. de edil.edict. Sed videndum eſt,quando locum habeãt iſtæ actiones. Quo ad primam, nempè redhibitoriam, dicendum eſt illi locum eſſe quando quis rem veterem vendidit pro noua,veluti equum viginti annorum pro triennium agente, reſſoluitur tunc contractus l. præcipiuntur ſupra de ædil.ædict. Secundo locum habet hæc actio,quãdo quod promiſſum eſt, non præſtatur, vt ſi quis equũ vendat, & promittat eum antiquo morbo non laborare quo adhuc laborat hac actione agetur l. ob quæ vitia §. Animi l. ſi quid venditor ſupra de ædil.ædict. Datur etiam hæc actio, quando animal aliquod inſigne vitium habet ita vt eius officium impediat; veluti ſi illia ducat, vel bulſus exiſtat, vel laterum doloribus, aut ſimili mor-

bo detineatur tunc redhibitioni locus eſt l.prima §.proinde ſupra de æd.l.ædict. Datus etiam hęc actio quando animal animi vitio laborat, tunc & ſi non ſit morboſum tamen redhibetur, veluti ſi equus ſit pauidus, vel calcitroſus, tunc ſecundum communem opinionem redhibetur l. Bouem ſupra de ædil. ædict. vbi animalia iſta vitioſa appellantur. Neque obſtat d. l. ob quæ vitia §. Animi dicunt enim DD. I. C. ibi loqui, de animi vitio, quod eſt in ſeruis, Sed communis opinio, non ſatis placet, nam competit tunc, quanto minoris prætoria, non redhibitoria, in praxi autem communis obſeruatur, vt eueniēte vno ex prædictis quattuor caſibus, veluti propter veterem dolorem, vel pauorem, vel quod tunc illia ducat, vel ſit lunaticus fiat redhibitio, & emptor iurabit ſe empturum non fuiſſe ſi ſciuiſſet eo morbo animal emptū laborare. Si autem leuis ſit morbus, & iuret emptor tanti ſe non fuiſſe empturum, aget ex empto quanto minoris ciuili l. Iulianus ſupra de act. empt. ſi verò tanti empturus fuiſset, quanti emit etiam ſi vitium ſciuiſset, ſed res non tanti valet, aget, vt quod plus prætij ſoluit, reddatur d. l. Iulianus, vbi Caſtr. hæc declarat, & addit cogi venditorem ſtare iuramento emptoris l. ſi cui §. Ijſdem, vbi gloſs. de accuſat. & in ſer. gloſs. in l. vlt. C. de ann. except. Si verò res animatæ integræ vendantur omni morbo carentes, quædam ſunt quæ ſequuntur animalia ipſa, licet nihil ſit dictum, vt ſi mihi equum ornatum oſtendas, & eum emam, licet inter nos nihil de ipſius ornamento dictum fuerit, illud tamen ſimul cum equo, mihi tradere debes l. ædiles la ſeconda iuncto §. vendendi ſupra de ædil. ædict. Bart. in l. ſi vt certo, §. vſque adeò ſupra commodati, & in l. eum qui §. non ſolum infra de furt. & in l. de quibus ſupra de leg. quæ leges, etſi de emptore loquantur, ob eādē tamē ratio-

tio-

tionem idem erit in ſtipulante, vt per Iaſ.in §.actionum, nn.58. inſt.de act. & in d.l.de quibus num.77. & oportet vt equus, ita vt demonſtratus eſt, tradatur: at ſi nudum antequam emiſſet, inſpexerit, ornamenta non debentur, vt ait Caſtr.in d.l.ſi vt certò §.vſque adeo quod ſi equam mihi oſtendas pullum habētem, ſi ipſam emeris, pullus quoque debebitur, ſi tamen lactabat, intelligitur, ſecus ſi paſcendò ſine matre ſtare poſsit, vt Caſtr. in d.§.vſque adeo. Angel.in l.eum qui §.non ſolum infra de furt.Iaſ.in l.huiuſmodi § legatum, num.21.ſupra de leg. 1. & hoc etiam intelligendum eſt de cæteris rebus; nam quoties acceſsorium à re vendita commodè ſeparari non poteſt, eam ſequitur, veluti ſi aues mihi vendas, auiarijs incluſas, & auraria tradere debes l.auibus, ſupra de leg. 3. quæ lex licet in vltima voluntate loquatur ad contractus quoque extenditur, cum validum ſit argumentum l.vlt. §.1.C.de legat. Alexand.in l. ſeruū §.eum qui chirographū ſupra de leg.1. pariq; ratione, ſi ſeruum vendis, veſtes etiam quibus quotidie vtebatur, tradere teneris, Veteres namque duobus veſtimentorum generibus vtebātur quotidianis nimirum, atque ſolemnibus, quibus certo tempore vtebantur infra l.id veſtimentum ſupra de pecul. idemq; obſeruandum erit in ſtipulatione, non enim in hoc eſt differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti Iuris, vt inquit, Iaſ.in d.§.actionum, inſt. de act.ſed hactenus quo ad res animatas. Si verò inanimatæ vendantur res, vel mobiles ſunt, vel immobiles; ſi mobiles, vel in ſpecie conſiſtunt, vel pondere, numero, aut menſura continentur; ſi in ſpecie, neceſſe eſt contrahentes in corpore conſentire l. Inter ſtipulantem §.1.infra eod. l. In venditionibus ſupra de contr.empt.vbi non valet venditio ſi acetum vendas, emptor autem vinum ſe emere credat, etſi res ſint mor-

boſæ locum habet redhibitoria, Caſtr. in d. l. Iulianus ſupra de act. empt. & tradit Cæpoll. in l. 1. ſupra de ædil. ædicto, quæ actio ad res inanimatas ex æquitate extenditur, vt ſi quis librum emat, cui paginæ aliquæ deficiãt, locum habebit redhibitoria; quod ſi quis emat librum mendoſum, & melioris conditionis alius inueniatur, aget ille quantò minoris, vt inquit Cæpoll. in d. l. 1. q. 5. & contractus reſcindetur. Quædam autem ipſius contractus ſunt acceſſoria, vt ſi gladium vendas vaginam habentem, vaginam quoque tradere debes l. hæres meus §. penult. ſupra de leg. 3. vbi I. C. refert caſum à Doct. non rectè intellectum, dicitur enim ibi, quod ſi quis legauerit vaſa Corinthia, dubium eſt an baſes æneæ debeantur, id eſt repoſitoria, in quibus vaſa Corinthia reponuntur, & deciditur ſi æneæ ſint baſes, non deberi, ſi verò Corinthiæ ſecus; in cuius deciſionis ratione reddenda errarunt interpretes, Bart. enim dixit æneas non deberi, quia pretioſiores ſunt, Corinthias autem deberi, cum non ſint ita pretioſæ: ſed falſum eſt ænea vaſa, Corinthijs eſſe pretioſiora, nam cum Corinthus eſſet igne, ferroque demolita, magna auri, & argenti copia, quæ erat in ea ciuitate in vnum congeſta, cum ære liquefacta fuit, ex qua materia pretioſiſſima illa vaſa Corinthia inuenta fuere, quæ in tam magno prætio poſtea habita ſunt; ſed hodie non inueniuntur; quamobrem ſi vaſa Corinthia æneis ſunt prætioſiora, ſequitur contra Bart. pretioſiora deberi, viliora autem minimè. Alia ergo reddi poteſt ratio, nam ſi vaſa Corinthia legata fuerunt, baſes etiam Corinthiæ debentur, veluti ex eadem materia compoſitæ, æneas verò tanquam diuerſam materiam habentes, non deberi, quaſi teſtator eas, à vaſibus diuerſas habuerit, & inter Corinthia vaſa non computauerit. Debentur etiam fulcra ſi lectus legatus ſit l. librorum §.

vlt.

vlt. de leg. 3. fulcra autem Doct. noſtri vultrices intelligunt,& alia lecti ornamenta; ſed aliter res ſe habet, nam fulcra pro ſpondis accipiuntur, quibus lecti ſuſtinentur, ibi tamen veriſimile eſt I. C. loqui de ijs lectis, in quibus veteres cenare conſueuerant, & in triclinijs vtebantur, quos & pro temporis, & loci opportunitate ſæpius transferre ſolebant, ſed etſi cõcedamus lecto legato deberi ſtragulas,& id genus, legatario, aliud tamen crederem eſſe in emptore, qui lectum emens, vel ſtipulatus, non niſi nudum lectum habebit, niſi fortè inſtructus ſtipulanti, aut ementi oſtenſus fuerit d.l. ædiles in princ. §. vendendi ſupra de ædil. ædict. quæ verò alicuius rei gratia facta ſunt, emptori arbitror deberi, veluti empta arca, claues; ſed alia, quæ aliorum cauſa fieri potuerunt non deberi l. argento ſupra de leg. 3. Denique rem venditam emptor ſuis expenſis aſportare tenetur l. 2. §. penult. ſupra de peric.& comm. rei vend. l. prouincialium. C. de errog, mil. ann. lib. 12. vbi milites, quicquid eis datum fuerit aſportare tenentur, ſic Bart. in l. item illa ſupra de conſt. pec. & in l. 1. ſupra de al. & cib. leg. Diximus ſuperius de rebus incorporalibus, & corporalibus, animatis & inanimatis, in ſpecie conſiſtentibus, atque mobilibus, nunc de his videamus, quæ mobiles ſunt, ſed pondere, numero, vel menſura conſiſtunt; & circa eas. Primò ſciendum eſt ſtipulationem earum rerum, niſi quantitas declarata fuerit eſſe inutilem, quandoquidem ſi pecunia, vel vinum, vel olium promittatur, ſine adiectione numeri, ponderis, vel menſuræ, nulla erit ſtipulatio l. Ita ſtipulatus infra eod. quinimmò ſi res ad pondus vendantur, vel ad menſuram imperfecta erit venditio, ſi res ipſæ appenſæ, vel menſuratæ non fuerint l. quod ſæpè §. in his ſupra de contr. empt. hinc ſi vinum ad menſuram quis emerit, & antequam exportaretur

ac-

acreſcat, periculum eſt venditoris l. 1. §. penult. ſupra de peric. & comm. rei vend. c*ū* contrahentes referunt ſe ad tēp*us* mēſuræ. Idē obſeruari debere dicēdū eſt in rebus immobilibus, ideo ſi iugera terræ alicui vēdas, cōtractus nō intelligitur perfectus donec ad mēſurā fuerint, vt eleganter tradit Bart. in l. Iulianus §. ſi Titius ſupra de act. empt. Non tamen illud eſt omittendum, quod ſi diuerſa ſit locorum contrahentium menſura loco vbi contractus celebratur, obſeruandus erit locus contractus, non rei ſitæ. l. ſi fundus, ſupra de euict. Barr. qui declarat, quid menſuris diuerſis extantibus agendum ſit, in l. ſemper in ſtipulationibus, infra de reg. iur. Dubium tamen eſt circa pecuniam numeratam, & in primis, an pecunia pro pecunia ſolui poſsit, & indubitati Iuris eſt pro aurea pecunia, argenteam reddi poſse, non enim ad illam præcisè, ſed ad æquipollens teneris; nihilominus licet communiter tradatur, aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſe l. 2. §. 1. ſupra ſi cert. petat. in pecunia tamen ex conſuetudine non obſeruatur. Bald. in l. libera ſub num. 30. C. de ſent. & interl. omn. Iud. Bart. in l. Paullus la ſeconda ad num. 6. infra de ſol. vbi docuit debitorem argenteæ pecuniæ aliam æquè boni argenti ſoluere poſse, quod ex conſuetudine, vt commodius, & facilius debitores liberari poſsint, introductū eſt, idemque tradit gloſs. in l. ſi quis argentum, in prin, in verb. æſtimatione, & ibi Doct. C. de donat. Abb. in cap. Quanto in fin. extra de iureiurand. quod tamen intelligendum eſt niſi creditoris interſit, d. l. Paullus la ſeconda infra de ſolut. Rurſus id procedit modo pecunia non ſit reproba, vel ære contaminata, quia tunc eam creditor accipere non cogetur. Verum maior eſt difficultas, ſi valor pecuniæ immutetur an pecunia, pro pecunia ſolui poſsit, ideſt eadem pecunia, non autem æſti-

ma-

Digitized by Google

matio, vel æquiualens? qua in re quattuor caſus diſtinguendi ſunt. Primus quando argentea pecunia deterior fit pondere, vel materia. Secundus, quando mutatur in forma. Tertius quando in vſu. Quartus quando in valore mutatur iuxta gloſs. in dicto cap. Quanto de Iure iur. Quo ad primum quando in materia, vel pondere facta eſt deterior pecunia, vt puta, quia hodie non ſit illius ponderis, vel materiæ, cuius erat olim tempore traditionis, cum argentum quotidie adulteretur, & plus æris cum illo miſceatur, nec eiuſdem probitatis ſit, cuius erat, & in hoc communis eſt opinio hanc pecuniam accipi neminē cogi poſse, ſed ſoluenda eſt pecunia argenti probi, & puſtulati, ſicut fuit acceptum cap. penult. in fi. extra de cenſ. vbi probatur antiquas monetas eſſe ſoluendas, vel ſi non ſunt in vſu, nouas ad illarum æſtimationem, ita Bart. in d. l. Paullus, verſ. Quæro quid ſi moneta, de ſol. Corn. conſ. 109. in prin. volum. 4. qui de communi teſtatur, & conſ. 287. ad fi. volum. 1. Socc. conſ. 298. in 2. Tiraqu. de retract. conſang. gloſs. 18. num. 27. poſt Bald. in l. acceptam q. 17. C. de Vſur. & in l. ſi quis argentum, in prin. C. de don. Imol. in l. in ratione §. diligenter ſupra ad l. falc. Bald. conſ. 499. & ſeq. lib. 4. Abb. conſ. 56. l. b. 2. Dec. in l. cum quid, in prima lect. nnm. 28. & in 2. num. 58. ſupra ſi cert. pet. ſi ergo adulterata pecunia ſoluitur, pecunia quidem pro pecunia dari poteſt; ſed præſtari debet quanto minus valet ſoluta quam accepta. Quo ad ſecundum caſum quādo mutatur in forma, vt ſi ab hinc decem annis, pecuniam tibi mutuo dedi, quæ hodie non reperitur, ſed alia eius loco percuſsa eſt, an illa cuius forma mutata eſt, ſi reperiatur, reddi debeat, an vero quæ in illius locum percuſsa eſt; & Doct. communiter concludunt, eam pecuniam, quæ hodie currit, licet non eiuſdem formæ ſolui

poſse

poſſe ad æſtimationē antiquæ monetæ, quia nulla ratio contrariū ſuadere videtur, vt illa non accipiatur, ita Ang. poſt Bart. quem alij communiter ſequuntur in d.l. Paullus de ſolut. Dec. in d.l. cum quid, quod tamen procedit; ſi creditoris non interſit accipere, alias ad eos accipiendos eum cogi non poſſe, vt in d.l. Paullus, vbi Ang. Quo ad tertium caſum, quando pecunia improbatur, veluti ſi tibi dedi pecuniā quę ab hinc ſex mēſibus im pbatur hodie volens tu liberari, eādē illā vis ſoluere, an cogar eā accipere? Et certè cogi nequeo, ratio enim ſic dictare videtur, vt æquum non ſit vt qui bonam pecuniam accepiſti, reprobam reſtituas. Communis tamen opinio eſt in cōtrarium, de qua Bart. in l. quod te. num. 6. & ibi Iaſ. num. 27. ſupra ſi cert. pet. vbi dicunt me inuitum cogi poſſe eos accipere, ea ratione, quia pecuniā reddis in eodem argento, quod accepiſti; nec quicquā deteriorata eſt, cum ſe habeat prout erat; & licet non expendatur, hoc tamen, quoddam accidens eſt non conſiderabile, ſi modo debitor in mora non fuerit, iuxta l. vinum ſupra ſi cert. pet. gloſſ. in l. mora ſupra de vſur. At Imol. in d.l. Paullus contrarium tenet, quia pecuniæ bonitas in valore conſiſtit; si ergo accidit, vt improbetur, nullus ipſius eſt valor; & quamquam ad officinam nummariam eam afferre poſſum, id tamen sine damno non fieret. Circa quartum caſum, quando valor pecunię immutatur, vt si aureos accepiſti, quorum valor erat, duodecim: nunc verò decem, an cogar eos accipere, si eandem materiam velis reſtituere? Communiter à ſcribentibus traditur, poſſe te eam pecuniam ſoluere, sicut hodie currit, eoſdemque aureos. Dec. in l. cum quid, in prima lect. num. 28. & in ſecunda num. 56. poſt Bald. ibi in fi. ſupra si cert. pet. & ita Bart. in l. si cert. pet. & ita Bart. in d.l. Paullus, ſub num. 6. Arct. conſ. 112. & ante

eos

eos Cyn.poſt Iac.de Aren. in l.In minorum, C. in quibus cauſ.reſt.in int.non eſt neceſſ. Anch.in Clem.vltima de decim.Butr.& Abb.in cap.quanto, col.pen. de Iureiur. Specul.tit. de oblig. S. nunc aliqua verſ.vlt.Brun.in tract.de augmento mon.declar.tertia verſ. in hoc paſſu, & verſ.ſecunda conſideratio;& verſ.vbi autem,atque in octaua limitatione, vbi hanc eſſe communem atteſtatur. Mouentur,quia ſoluis hoc caſu,quod accepiſti,& quamuis valor pecuniæ ſit mutatus, id tua culpa non euenit, ita Doct.in cap.cum Canonicis,extr.de cenſ.Verum vbi creuit pecuniæ valor,maior eſt difficultas,ſi debitor pecuniam,quam accepit ſoluere recuſat,vt lucrifaciat,æſtimationem tamen præſtare intendit;quo caſu, etſi ſecundum communem opinionem,argentea pecunia,pro aurea ſolui poſsit; magna tamen in hoc fuit controuerſia; exempli cauſa, valebant olim nummi aurei ſex libris, & quattuordecim ſolidis, nunc verò valent ſex libris, & ſexdecim ſolidis,vt duos ſolidos lucretur pro quolibet aureo, vult debitor æquiualens non ipſoſmet aureos, præſtare, Bartol.in l.cum certum ſupra de aur. & arg. leg. dicebat inſpiciendum eſſe tempus ſolutionis, quo æſtimationem ſolui volebat: cuius opinio communiter recepta eſt,vt Bald.teſtatur in l.acceptam quæſt. 17. C. de vſur.& Curt.Iun.in l.cum quid,ſub num.22. ſi cert. pet.licet ipſe contrarium ſubſtineat,eſſe.ſ. inſpiciendum tempus contractus,non autem ſolutionis; idque notandum cenſet, cum in dotibus ſæpiſſimè ſoleat euenire. Nunc propoſitus ordo exigit,vt de immobilibus, atque de factis, quæ in ſtipulationem deduci ſolent, agamus. Quod igitur ad immobilium obligationem pertinet, interdum, promittitur ager,qui eſt in Villa, quo caſu animaduertendum erit,an certa quantitas promiſſa ſit,alioquin dando terræ glebam promiſſor liberatetur. l. Ita

ſtipulatus hoc tit.& hinc praxis inoleuit, vt in quouis contractu confinia fundi demonſtrentur, vt per Bart. in l.Demonſtratio,num.14.ſupra de cond.& demon. gloſ. in l.Forma, in princ.infra de cenſ. Quapropter niſi duo ſaltem fines in huiuſmodi contractu demonſtrentur, res erit incerta.Promiſſio autem alicuius fundi,ea dumtaxat emptori debeatur, quæ ipſius fundi gratia comparata ſunt l. Fundi, in princ. ſupra de act. empt. & ideo quæ ſtercorandi agri cauſa comparata ſunt, debentur d. l. Fundi in princip.& § 1. Sic etiam, quæ in medio Fundi fuerint, nec commodè ab eo ſeparari poſſunt,vt ædificia,vel molendina,procuidubio debentur l. Item Fundi ſupra de vſufru. vbi etiam aluei ſequuntur emptorem l. cum Fundus ſupra de Fund.inſtr.ſic etiam arbores,quæ ſunt iuxtà viam publicam, Bart.in l. Martius ſupra de acquir.rer.dom.Bald.in rubr. ſupra de rer.diuiſ. nu.26. Afflict.in tit.Quæ ſunt regalia,in verb.viæ publicæ; licet poſt Iac.de Aren. contrarium ſenſerit Alberic. in dict.l. Martius. Quæ autem ſunt ſeparata, ſtipulanti, vel emptori non debentur, eoque magis, quando commodè aſportari poſſunt. Hinc dici ſolebat, ruta,ac cæſa non ſequi emptorem Ruta intelligendo ſcilicet lapides, & cæſa arbores l. Fundi §.Ruta ſupra de act.empt.l. in Rutis infra de verb. ſign. & ea ratione, ſi tempore vindemiæ vendatur Fundus, non debentur fructus emptori, qui ſunt à ſolo ſeparati l. Iulianus §. ſi fructibus ſupra de act. empt. Sed congruè dubitari poteſt, ſi Fundus alteri locatus vendatur,cuius erit penſio;& ad inſtar fructuum tempore venditionis perceptorum,ita & penſio ad venditorem pertinebit Bart.in l.vlt.infra de iur.fiſc. reprobata ibi gloſ.opinione in d Iulianus §.ſi fructibus, quo loci credidit Accurſ. Fructus eſſe diuidendos. Sed I C. in d.l.Fundi aliter ſentire videtur,dum ait indiſtinctè, &

ſemper

Digitized by Google

ſemper penſionem ad venditorem pertinere; cum induſtria ſua ſibi proſpexerit. In contrarium tamen eſt communis opinio. Sed dubium eſt an vendito Fundo, vias, & foueas, quæ ſunt circa Fundum, metiri debeamus? Qua in re vide Bart.in l.littora ſupra de contr.empt.in l. prædia § Item legatum ſupra de fund.inſtr.&in tract.de alluuion.in verb.agrum. Aret.in §.Riparum, & §. fluminum, inſt. de rer. diuiſ. & hanc magis communem eſſe teſtatur Alexan.conſ.120.vol.2.Nos ſcilicet foueas debere metiri, quæ ſunt in medio fundi, ripas autem, quæ propè flumen fuerint, non metimur l.ſi id, quod ſupra de peric. & comm.rei vend. Iaſ.in l.quominus num.70. & ſeq. ſupra de flum. quemadmodum etiam vias publicas metiri non ſolemus. Interdum venditur domus, & tunc quæ ei accedunt vendita cenſentur, veluti ſi hortus domi adhæreat, hortus etiam debetur l. prædijs, §. vlt.ſupra de leg.3.arguendo, propter rationis identitatem, de vltima voluntate, ad contractus, iuxtà vulg.l.vltimam C.de leg. & ita Bart.in l. Olympico ſupra de ſeruit.vrb. præd. Sic pari ratione ſi molendinum domui adhæreat.Iaſ.in d.l.quominus quæſt.20. Sic etiam ſi ſtabula adhæreant domui l. 4. ſupra in quibus cauſ. pign. vel hypot.tac.contr. ſic etiam officinæ domui adhærentes venditæ intelliguntur, Iaſ.in l.vlt. num.24.ſupra de conſt. princip. & alia etiam ſequuntur emptorem, quæ ædium gratia comparata ſunt d.l. Iulianus §.vlt. cum ll. ſeqq.ſupra de arb. emp. Mobilia autem, quæ ornatus cauſa in domum exportata fuerint, non debebuntur, vt ſtragula,& ſimilia l.funes ſupra de act. emp.licet in pandectis Florentinis legatur lines, quæ ſunt receptacula aquarum,vt ait Cuiac.lib.6. obſer.cap.2. & ita quoque animalia, quæ in domo fuerint non debebuntur. Eſt tamen ſciendum, quando immobiles res venduntur, em-

Digitized by Google

ptori ſeruitutem itineris non deberi, niſi ſibi de itinere proſpexerit; Ita I. C. in l. in vendendo ſupra de contr. empt. Hinc tabularij in inſtrumentis venditionum clauſulam apponere ſolent; nempè talem fundum dedit, ac vendidit in perpetuum, omni meliori modo, cum acceſſionibus, & regreſsibus ſuis, vſque in viam publicam, de qua. Bart. in l. Bonas ſupra de ſeruit. vrb. præd. Interdum donatur, aut vēditur alicui caſtrum, & tunc etiā conceſſa intelligitur iuriſdictio. Iaſ. in l. 2. ſupra de Iuriſdict. omn. iud. & in d. l. Quominus, de flum. vbi alias congerit auctoritates. Bart. etiam in l. inter quos ſupra de acquir. rer. dom. in l. ſi quando de bon. vac. & cōceſſo. Caſtro, iuriſdictio, meri, & mixti Imperij danda eſt; quamuis Lotharius priuatis id competere negauerit, vt inquit Odofr. in l. Imperium, de Iuriſdict. omn. iud. vbi de quæſtione agit, quæ fuit olim inter Azonem, & Lotharium, huiuſmodi, cum enim Henricus Imperator, Henrici Secundi Filius, Bononiam acceſsiſſet, duos I. Conſ. interrogauit, cui competeret merum Imperium. Lotharius dixit Imperatori tantùm competere; Azo verò id non negauit, ſed adiecit in Iure noſtro probari, cæteris quoque Magiſtratibus, qui gladij poteſtatem habent, vt præſidibus illud cōpetere. Inde Lothario Imperator, equum dono dedit, Azoni verò nihil, quia pro ſe non reſpondidit, qui dixit poſtea in tit. ff. de Iuriſd. omn. iud. quod ille habuit equum, ſed non fuit æquum, quaſi malè Imperator iudicauerit, vt latius refert Odofr. in d. l. Imperium, nu. 6. Interdum facta in ſtipulationem deducuntur, & hac in re ſciendum eſt, ſtipulationes prætorias cōtinere tantum facta, quæ aliquando ſunt cautionales, aliquando iudiciales, vt declarat l. 1. infra de præt. ſtip. prætoria ſtipulatio, aliquando in ſpecie continet cautionalem ſtipulationē, quāuis oēs huiuſmodi ſtipulationes

ſui natura ſint cautionales d. l. 1. §. communes. Cautionalis ergo in ſpecie eſt, cum ob id ipſum Prætor aditur, vt aliquem cauere cogat, veluti de non offendẽdo, Bart. in l. Illicitas §. potentiores ſupra de off. præſ. Cautionalis eſt etiam ſi debes mihi centum, & deficere incipias cogam te, vt fideiuſſorem præſtes l. in omnibus ſupra de Iud. Idem erit ſi à Principe moratoriam impetraueris, vt ad ſoluendum cogi non poſsis intra certum tempus; quo caſu fideiuſſorem conſtituere debes te eſſe poſtea ſoluturum, & quia ob id cautio præſtatur non ob aliam cauſsam, cautionalis dicitur ſtipulatio l. vniuerſa C. de præc. Imp. offer. Pariter ſi ædes meæ tuis minentur ruinam, & cures tibi fideiuberi, cautionalis hæc dicitur ſtipulatio de qua in tit. de præt ſtipul. Sic quoque ſi ſub conditione tibi legatum, vel fideicommiſſum præſtare teneor ſi coactus eo nomine ſatis dedero, dicetur etiam cautionalis, de qua in tit. habetur ſupra vt leg. nom. cau. Interdum verò facta in ſtipulationem deducuntur, ob iudicium certum, vel futurum, & hæc iudicialis cautio appellatur quia ob iudicium interponi ſolet; Pro cuius cognitione notandum eſt, tria præcipuè facta reum in iudicio promittere, duo autem actorem. Primum factum quod à reo promittitur, eſt de iudicio ſiſti, vt in l. ſciendum, ſupra qui ſatiſd. cog. quoniam rei ſemper iudiciũ ſubterfugere ſolent; ideoque merito fugientes dicuntur in l. properandom C. de Iud. quod locum habere dicimus, ſi reus immobilia non poſsideat d. l. ſciendum vbi Bart. & in l. prima ſupra Si quis in Ius voc. non ierit; Si vero immobilia poſsideat, hanc ſatisdationem præſtare non cogetur, quam præſtare etiam cogitur in criminalibus, cum graui pœna veniret plectendus, Bart. in l. prima infra de Cuſtod. reor. Eſt igitur inuenta hæc cautio, ne rei iudicium euitare poſsint. Secundum

dum eſt factū, qñ procurator promittit de iudicato ſoluendo, de quo in tit. Iudicatum ſolui; quæ cautio à procuratoribus præſtatur cum principalem dominum defendunt §. hodie Inſt. de ſatiſd. pro quibus dum conſtituuntur, dominus de iudicato ſoluendo ſolet fideiubere, Bart. in Rubr. ſupra Iudicatum ſol. Iaſ. in l. Filiusfamilias ſupra Qui ſatiſd. cog. Tertiū eſt factum, quādo reus promittit ſe rem mobilem non eſſe interuerſurum l. fideiuſſor §. vlt. ſupra Qui ſatiſd. cog. & hæc cautio locum habet, ſi res mobilis dumtaxat petatur: Quod ſi ſubſit timor de rei diſsipatione, res apud aliquem tamquam ſub cuſtodia deponitur. Actor quoque promittere tenetur ſe litis expenſas ſi ſuccumbat, ſoluturum, Authent. generaliter C. de Epiſc. & cler. quod hodie non obſeruari aduertit ibi Bart. Aliud etiam factum promittitur, quando actor per procuratorem litigat, & de mandato dubitatur; tunc enim procurator dominum rem ratam habiturum ſatiſdare tenetur l. prima C. de procur. & per totum infra Rem rat. hab. Omnes iſtæ iudiciales ſtipulationes appellantur, non quia à iudice inuentæ fuerint, vt alij minus rectè dicunt, ſed quia in iudicio interponuntur, & propter illud inuentæ ſunt l. actionis verbo ſupra de act. & oblig. l. 1. ſupra de præt. ſtip. Sunt etiam aliqua facta, quæ conuentionalia dicuntur, vt ſi promittas pro me ire Romam, vt in l. 1. §. conuentionalis infra de præt. ſtip. Et omnia facta præcisè, vt promiſſa fuerunt, promittentes præſtare cogi non poſſunt, cum hominis libertas minimè aretanda ſit, ſed ſuccedit obligatio ad intereſſe, & æſtimationem facti l. ſtipulationes non diuiduntur, Vers. Celſus infra eod. tit. at ſi res, non factum promittatur, vt vinum campanum, vel frumentum ſiculum, præcisè illud præſtare coguntur l. vbi autem hoc eodem tit. Verum nonnulli

exci-

excipiuntur caſus, in quibus ad facta præcisè quiſque tenetur, vt in pijs cauſsis, & ſimilibus qui ab Alex. & Iaſ. in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur, recenſentur. Non finis, ſed Quies.:.

Ad l. ſi inſulam de Verbor. obligat.

SI inſula) Difficile eſt docere quando mora facta eſſe intelligatur iux. l. moram ff. de vſur. quæ non de diffinienda moræ difficultate loquitur, ſed de regula quando mora facta eſſe intelligatur quæ non ſic facile cōprehendi poteſt, vt Corraſ. lib. miſcel. 2. cap. 6. animaduertit quamquam cōgregatim cæteri malè illam legem aliter accipiant, nos tamen ita moræ conſtituendæ regulas trademus. Aliquando enim quis ad dandum tenetur, vel ad id faciendum quod temporis momento eſt explicandum, & tunc tribus modis in mora debitòr conſtituitur, aut per denunciationem interpellatus ſi non dat, tunc enim moram commiſſe intelligitur d. l. mora & l. ſi ex legati ſupra eo noſtro titul. l. cum ſtipulatus ſim mihi, ex Auth. per diem ſuperuenientem ad quam quis eſt obligatus tunc enim etiam ſine interpellatione moram contraxiſſe veniente die intelligitur l. ſi fundum ſupra eod. & l. magna C. eod. aut per litis conteſtationem l. nempem ſuam §. primo ſupra eod. Excipitur tamen fur. & prædo qui etiam ſine die, & litis conteſtatione, vel interpellatione ſemper ea mora eſſe intelliguntur l. in re furtiua ff. de condit. furt. Item excipitur ſi debet minori, nam & is & ſi non interpellatus aut litem non cōteſtatus ſit ſemper morā dicitur contraxiſſe, vt l. in minorum C. in quibus cau. in integr. reſt. non eſt neceſs. l. titia ſcio §. vſuras ff. de leg. 2. etenim magnus moræ effectus, quæ facit in bonæ fidei iudicijs vſuras

cur-

currere, l. mora § 1. ff. de vſur. & fructus deberi l. videamus la ſecōda § primo in eod. tit. de vſur. Item facit debitorem teneri de rei interitu, l. quod te ff. ſi cert. petat. item ad valorem quanti plurimi eum obligat. d. l. in te §. primo. Aliquando ad factum quis tenetur quod temporis momento explicari non poteſt, & tunc elapſo eo tempore quo commode fieri potuit, & non eſt factum promiſſor in mora eſſe intelligitur, id probat l. continuus §. item qui inſulam infra eod. & l. ſtipulationes non diuiduntur §. vlt. ſupra eodem Bart. in l. ita ſtipulatus num. 40. eod. tit. vbi hanc ſentit eſſe rationem, quia dies tacitæ currit, & ſicut dies expreſſa in mora conſtituit ſic; & tacita, aliam tamen nos infra rationem adducemus. Et idem eſt ſi quis Epheſi dare promiſit, quia tempus ineſt obligationi quo Epheſum poſsit peruenire, & ibi ſolui, eo tempore elapſo, quo eo perueniri commodè potuit, & non eſt ibi ſolutum moram contraxiſſe promiſſor videtur, vt probat d. l. continuus §. cum ita ſtipulatus ſim in eod. tit. Magnus quoque in horum factorum promiſsione eſt effectus ſi mora contrahatur; Nam ad id quod ſtipulantis interfuerit promiſſor conuenietur cum enim opus fieri ſemper interſit cū non eſt factum per tantum tempus quo opus perfici potuit, tunc quaſi mora contracta ſit, ad id quod ſtipulantis intereſt conuenitur promiſſor, d. l. ſi fundum ſupra eo & l. vbi §. 1. ſupra de edend. & not. gloſs. magna in d. l. mora. Hic autem non minimum noſtrorum interpretum errorem detegam, & plura ſimul iura declarabo, crediderunt enim ipſi ad factum neminem præciſe poſse compelli per Bart. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in prima q. per l. ſtipulationes non diuiduntur verb. celſus ſupra eo. & l. ſi quis ab alio §. vltim. ſupra de re vend. & in l. vlt. ff. ſi quis in ius voca. non ierit

rit vbi pro facto pecunia dari dicitur, ſed illud eſt mora faciendi interueniente, cum factum non eſt vt ibi exprimitur, & ita cum mora eſt contracta, ſed non negant illa iura etiam ad factum quem pręciſè compelli vt probatur in l. ſed & hæ §. prætor ff. de procurator. & licet Bart. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur dicat illam ſtipulationem loco iudicialis ſubrogari,& ideo promittentem præciſè ad faciendum compelli tamen reſponſio potius ad euitandum cõtrarium eſt compoſita quod contineat veritatem ſicut etiam vt euitent alia obiecta, dicit eſſe ſpeciale fauore vltimarũ voluntatũ, vel alterius cauſæ,vel ait eſſe ſpeciale fauore vltimæ voluntatis in l. fideicommiſſa §. vlt. ff. de leg. 3. ſed hoc dicitur ad euitandum contrarium. Hi tamen caſus quos Bart. ait eſſe ſpeciales faciunt regulam, & ſtant cum ea, vt l. ex empt. in princ. de action. empt. & l. ſtipulatio §. ſiue aũt ſupr. de nou. op. nunt. & l. cum conductore C. locati, & hæc fuit opinio Martini à Fano quam non iure improbat Bart. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in 8. quæſt. vbi plura iura pro eius opinione citantur. Quando ergo propter factum petitur æſtimatio propter moram id euenit non quod factum ipſum peti non poſsit, antequam mora fieret, ea autem ſequuta non amplius factum petitur, quia aliud eſt ſequentis temporis factum, & ideo æſtimatio petetur l. ſi quando de oper. liber. l. ſi vſus fructus ff. de vſufruct. legat. l. ſi non ſortem §. libertus ff. de cond. indeb. Et hæc fortè eſt ratio, quare in mora dicatur eſſe promiſſor facti ſi tantum tempus prætereat quo fieri poteſt, & non fiat, aliud enim incipit alterius temporis eſſe factum, & ob id in mora eſſe incipit facti promiſſor, etiam ſi totum tempus non prætereat quo factũ explicari potuit, ſed cæpit facto moram facere d. l. ſtipulationes non diuiduntur §. vlt. ſupra eo & dict. l. conti-

nuus §. item qui inſulam infra eo, nec videatur mirum quod tempus mutet factum; Si enim domum quis fabricet, ſine dubio vno tempore propter cælum ſerenũ vel pluuias hyemem, vel æſtum firmiorem, vel infirmiorem faciet, idem in purganda foſſa fingendis lateribus, & ſimilibus, & tardius etiam propter tempus plerumque opus expletur, & multa ſunt quæ æſtate commodè fiunt quæ hyeme propter gelu fieri nequeunt item mag s, xpendit vno die opus fieri quã alio, & ad hoc facit vald. text. in l. cum patronus in prin. ff. de oper. libertor. Mora itaque purgatur obligatione rei debitæ, aut nouatione l. parui ff. de cond. furt. l. qui decem, §. 1. ff. de ſolut. Item prĕmittendum eſt textum noſtrum loqui de his qui ſuis cecementis, & ſumptibus conducebant ædificia fabricanda, & redemptores vocabantur de quibus in l. Redemptores, ff. de rei vendication. Textus dicit ſi inſulam, &c. Dubium facit, quia iam trãſfuſa eſt obligatio in id quod intereſt vnde non amplius opus, ſed pecunia pro eo ꝙ intereſt debetur l. obligationum ferè §. vlt. ſupra titulo primo. Secundo ius quæſitum tolli non poteſt. l. vlt. ff. de pact. & ibi Iaſ. atque, ẽt idem Iaſ. in l. qui Romæ. §. Flauius num. 16. eod. l. vltim. C. ſi contra ius, vel vtil. publ Tertio aliud pro alio inuito creditore ſolui nequit l. 2. § 1. & 2. ff. ſi cert. petat. ſed alia erit ſequentis temporis inſula, alia præteriti, iux. d. l. ſi non fortem §. libertus, & in l. ſi quando, & l. cum patronus. ff. de oper. libert. l. ſi vſusfructus, ff. de vſuf. legat. ideoque non poteſt amplius facta mora inſula fabricari. Quartò id exprimitur in l. traiectitiæ. §. de illo ſupra tit. 1. Donec tamen litem actor conteſtet poterit inſulam ædificando promiſſor moram purgare, & hoc ex æquitate. l. ſi ſeruum §. ſequitur ſupra eod. Secundo cum nihil interim petierit ſtipulator iam eius intereſſe non

ae.

creditur, & ideo mora purgari poteſt l.ſi in lege,§.colonus, ff. locati. Tertio omne quod debetur ſi ante condemnationem ſoluatur abſolutionem meretur §. vltim. iuſtit.de propet.& temp.act.l.ſi cum dies §.vlt.ff.de arbitr.vnde in propoſita ſpecie ſaltem vſque ad litis conteſtationem permittendum eſt moram purgari poſſe, poſtea verò id concedendum non eſt,quia cum ſua creditor prætendat intereſſe, & id petat,iam moræ purgandæ locus non datur. Non obſtat primum argumentum quia verum eſt,ſi actor litem conteſtetur, & ſua intereſſe dixerit, ſecus ſi tacuerit, eius rei tunc non intereſſe fingitur. Eodem modo tollitur ſecundum argumentum ius enim non videtur quæſitum ex æquitate cum actor non reclamauerit Tertium non obſtat, nam cum credatur actoris non intereſſe, eadem res ex æquitate quæ debetur ſolui videtur. Non obſtat.l.traiectitiæ, quia ſecundum communem intellectum ibi dies,& pœna adiecta fuerat, quod an ſit verum infra declarabitur. In ſecunda parte dubium facit l. interdum in fin. ſupra eo,§. vlt.Inſtitutionib.de perpet.& temp.action.vbi vſque ad ſententiam poteſt mora purgari Secundo dubium facit. l.3.in fin.infra iudic.ſol. Tertio dubium facit l.emptore quæ eſt.67.ff.de euict. vbi vſque ad ſententiam poteſt creditor ſeruum euincendum offerendo, eius quod intereſt ſolutionem euitare.Quarto dubium item facit.l.ſi deiuſſor.ff.de excep.doli, vbi fideiuſſor offerendo prædium euictum,ẽt poſt ſententiã auditur, tñ contrarium hic deciditur, ratio eſt quia cum noua quædam ſuper intereſſe ob conteſtationẽ orta ſit obligatio.l. 3.§. idem ſcribit.ff. de pecul. non amplius admittitur vt aliud pro alio ſoluatur, iuxt. l. ſi quis ſtipulatus fuerit quæ eſt lex 52.ff.de ſol. Secundo hic nõ videor remiſiſſe mea iura, litem conteſtando nemo enim deteriorem ſuam condi-

tionem facit litem conteſtando ſed meliorem. l. aliam infra de nouatio. Tertio per lit. conteſtationem, fit nouatio qua noua acquiritur obligatio,&ſi prima nõ extinguatur. l. cum ſtipulat. infra eod. l. 1. C. de iudic. not. Paul. Caſtr. in d. l. aliam ſuperius citata. Non obſtat. §. vlt. inſtit. de perpet.& temp. action. nam ibi idemmet ſoluitur quod debetur, hic aliud pro alio vt dixi. Nõ obſt. l. 3. iud. ſol. cum l. 5. eod. tit. quia pro fideiuſſore idem ſuſcipitur iudicium de reo quod cum alio cæptum fuerat. Non obſt. l. emptori, nam idemmet quod debebatur ſoluitur eodemque modo reſpondetur ad l. fideiuſſorẽ de except. doli. Et ex his colligendum eſt primo inſulam vocari ædificium, duo enim ſignificat inſula, aliquando locum aqua circumdatum. l. inſula, de acquir. rer. domin. & inſulæ illæ dicuntur eſſe pars illius continentis cui adhærent, vel à quo non diſtant plures centum milliarijs l. inſulæ Italiæ, ff. de iudic. vnde Præfectus Prouinciæ habet iuriſdictionem in omnes inſulas, quæ plus centum milliarijs non abſunt, vt not. Paul. Caſtr. in d. l. inſulæ, ff. de iudic. & Bart. in tractat. de inſula in verb. nullus. Aliquando inſula pro domo capitur, ſed gloſ. in l. 3. §. effracturæ ff. de offi. præf. vigil. ait impropriè in hoc ſenſu capi, ſed decipitur, propriè enim etiam inſula domum ſignificat quæ proprio muro cingitur nec alios habet adhærentes vicinos, auctore Feſto, & tradit Bud. in l. ſed addes §. ſi inquilinus, ff. locati, & probatur in l. qui inſulam. ff. locati. Secundo colligendum eſt litis conteſtationem impedire moræ purgationem dicitur autem litis conteſtatio, quia negante reo ſe debere petita vocabantur teſtes qui audirent, & fiebat ſponſio pecuniæ, quæ dabatur victori, & apud Pontificem ſacrum deponebatur, & ideo Sacramentũ dicebatur de quo in l. 1. §. proinde ff. de var. & extraord. cogn. inducitur autem litis

con-

conteſtatio cum principali petit oni reſpondetur iux. not.in l. 1.C.de lit.conteſt.& not.Paul.Caſtrenſ.in rub. cod. tit. Tertio colligebat Roman. quòd etſi non valet promiſsio domus ſine loco l.qui inſulam infra col 2. §. ſi quis inſulam ff.de eo,quod cert.loco, valet tamẽ non expreſſa forma domus vt patet in hac l. vbi non exprimitu forma & tamen valet ſtipulatio domus. Secundo adducebat l.legato ff.de leg. 1. Tertio addebat Ripa valere hanc promiſsionem quia poteſt certificari ſecundum hominis ſtipulantis dignitatem l.vbi autem §.illud infra eod. Quarto dicebat Ruinus quod poſſumus operas incertas etiam ſtipulari l. interdum in princ. ſupra eod.ergo & domus forma non expreſſa. Sed cõtrarium eſt verius per l. ſi domus ff. de leg. 1. & l. triticum hoc cod.noſtro tit. Non obſtat l.noſtra quia ad habilitatem eſt reſtringenda l.vt gradatim ff. de mun.& honor.& ſecundum terminos habiles eſt intelligenda l. qui teſtamento,ff.de teſtamen. Non obſt.l.legato quia de certis ſpeciebus loquitur quæ habẽt ſuam determinatam formam à natura vt ſeruus, & veſtis & ſimilia, & ita de his, quæ habent aliquam certitudinem ſed domus ſimpliciter prolata nullam habet certitudinem. Non obſtat tertium quia ſecundum hoc poſſemus dicere quamlibet incertitudinem non vitiari, quia ſecundum dignitatem ſtipulantis ſemper poſſet intelligi promiſsionem fieri. Non obſtat. Quartum quia opera ſunt diuturnum officium l. 1. ff. de oper. libert. & ita habent aliquam certitudinem,Si quis tamen velit tueri opin.Rom. ad l. ſi domus poterit dici quod ibi nõ tam ratione formæ quam loci vitiatur legatum. Si ergo volumus ſcire, an incertitudo vitiet obligationem diſtinguendum eſt ſecundũm gloſſ.in d.l.legato, ff.de leg. 1. quod ſi genus generaliſſimum exprimatur, vel ſubalternum, non valet promiſ-

ſio

ſio veluti ſi promittam rem, vel animal, ſi verò promittatur ſpecies, vt homo, veſtis, & ſimilia, & ſic res habet certos fines, tunc valet promiſsio, vt promitto tibi hominem, & huiuſmodi, ſi verò non habet certos fines à natura ſcilicet hominis deſtinatione vt fundus, triticum, domus, quæ va iæ quãtitatis,& formæ eſſe poſſunt, non valet promiſsio ſine quantitate, vel forma, vt habetur in l.cum res in fin.ff.de leg.1.d.l. ſi domus,in princ.& d.l. 1.C.de dotis promiſſ.ſed tres excipiuntur caſus. Primus eſt ratione alimentorum, vt in l. ſi cui ff. de annuis leg. Secundus ſi aliunde poſsit certificari, vt in l. quidam de leg.2.& in l.cum poſt.§.gener.ff.de iur.dot. Tertius eſt fauore piæ cauſæ Bart.in d.l.ſi cui . Quarto colligitur moram poſſe purgari, addit Iaſ.idem eſſe in ſcholari qui deletus eſt ex albo ſcholarium, ſed hoc non recipitur, Quinque nunc excipiuntur ab hac regula caſus, Primus vt hoc nõ procedat in legis obligatione præſertim ſi obſeruetur ob maleficiũ Iaſ.in l.2.q. 29.C.de iur.emphyt. Bal.in l.acceptam quæſt.21.num. 32.C. de vſur.vbi tenet ꝙ ſi ſtatutũ dicat,ſi quis non ſoluerit intra decẽ dies iuxta condemnationẽ,ei manus amputetur,non poterit elapſo termino mora purgari,vt ibi Bald.ait . Tertius eſt caſus in Iudeo, in quo iuris rigor eſt ſeruãdus gloſſ. penul.in cap.2.de iude. contrariũ tñ tenet Fely. in d.cap. 2. nam iure communi vtuntur Iudæi.d.tit.de iudæ. Secundo his etiam quæ in iuris rigore fundantur vti poſſunt,vt eſt vſucapio gloſſ.in l.ſi fur.§.1.ſupra de vſucap. Tertio humaniter cum ipſis agitur cap. iudæi de teſt. Quarto gaudẽt omnibus priuilegijs quibus & Chriſtiani Bal. in l.ſpadonem §. iam autem ſupra de excuſat.tuto.Non obſt.glo.in d.cap.2.quia eſt falſa, & in alijs terminis loquitur. Nõ obſt.quod eſſe Iudæum ſit delictum glo.in l.ſed ſi eos ſupra de leg 1.& æquitas delinquentibus

tibus non ſit ſeruanda l. bona fides in princ. ſi pra . . poſ. quia illud eſt in eo in quo quis delinquit non in alio. Tertius eſt caſus quando quis tenetur ad non faciendum,& facit, tunc delictum non poteſt purgari, vnde infero, quod ſi depoſitarius vendiderit rem depoſitam, & ita furtum commiſerit, & ſi eam rediu at, non euitat quin ſit fur.l.1.§ ſi rem.ſupra depo Item ſi emphyteuta irrequiſito domino alienauerit, etiam ſi redimat rem,non tamen euitat quin non cadat iure emphyteutico,Bar.in l. 3.§. idem labeo in fin. ſupra de vſucap. & in d. §. ſi rem; Delictum enim quod eſt in faciendo purgari non poteſt, poſtquam eſt commiſſum Bart. in l. qui ea mente infra de furt. Quartus eſt caſus, quod ad actionem conſequendam mora purgari non poteſt. l. Thais. §. infra ſupra de fideicom. liber. Quintus eſt ſi actoris interſit l. ſi ita quis §. ſeia infra eo. de quo ſupra in prima opin. Bar.Quinto Pau.Caſtr.colligit,quod etiã ſi ante lit.conteſt. reus facere incipiat, etiam ſi non perficiat, liberatur, quia dicit facientem te liberari placer, item addit ſi ædifices,ſed ſi incidit in moram quin opus, non perficit d.l. continuus §.item qui inſulam ant. lit. conteſt. quomodo purgabit is quod opus non perfecerit? Secundo qui debet pecuniam, niſi totam ſoluat moram non purgat l. ſi ita quis promiſerit § ſeia. inf. a eo ergo nec qui operis partem facit, quia æquiparantur is qui opus debet,& qui pecuniã d.§. item qui inſulam. Non obſt. participium facientem, quia intelligendum eſt,ita vt perficiat & pro hac opin contra Paul.Caſtr. facit,quia factum eſt indiuiduum l. 2.§. item ſi in facto ſupra eo. & ideo etiam ſi aliquid factum ſit donec aliud ſupereſt agendum nihil actum eſſe dicitur l.vlt.C.ad Senatuſconſ.Sylla. Amplius addebat, Pau.Caſtr.quod ſatis eſt etiam ante lit. conteſt. offerre ſe paratum ad ædifican-

ficandum, vt probatur in l. etſi poſt tres ſupra ſi quis caut. vbi euitatur mora, ſi poſt tres, aut quatuor dies quũ iudicio ſiſti quis promiſerit ſecum agendi poteſtatem fecerit Secundo id probat cap. literas ver. propterea de teſti. ſpo. vbi offerens ſe paratum probare inter coniuges eſſe conſanguinitatem impedit reſtitutionem matrimonij. Tertio id etiam ſuadet l. ſed etſi alia ſupra de conſt. pe. vbi purgatur mora ſi poſt diem conſtituti offerat, & id ſequitur Bart. in l. creditor ad fi. ſupra de diſtr. pign. & in l. interdũ in fin. ſupr. eo. Contrarium hic tenet tñ Alex. quia lex noſtra exigit pro forma vt fiat dum ait te facientem liberari placet Secundo vbi factum requiritur verba non ſufficiunt l. qui decem §. idem reſponſum infra de ſolut. Bart. in l. prætor § ſi quis paratus ſupra de oper. no. nun. & Alex. in l. ſi mora ſupra ſol. matr. Teneo ergo realem oblationem ſuffi cere; & nõ verbalem in eo qui ſtatim ſatisfacere poſsit creditori offerendo, vt in eo qui debet ſoluere pecuniam, ſed ille qui tenetur facere ædificium licet offerat ſe facturum per illam oblationem non poteſt tunc ſatisfacere ſtipulanti, nec actu offerre, quia licet polliceatur ſe ædificaturum non propter hoc tamen realiter offert quod debet, vnde quoad tex. noſtrum damno opin. Pau. Caſt. in alijs vero qui realiter offerunt ſto cum communi. Non obſt. l. etſi poſt tres quia in oppoſitum retorquetur non. n. verbalis ibi ſufficit oblatio, ſed realis exigitur, dum dicitur ſecum agendi poteſtatem fecerit. Non obſt. cap. literas quia ibi non ſumus in purganda mora ſed in periculoſa reſtitutione impedienda, quę peccatum poterat inducere ſi conſanguinei inter ſe cohabitaſſent, ideoque ibi impeditur reſtitutio. Non obſt. l. ſed etſi alia quia dum dicit moram purgari, ſi offeratur, intelligo offerri pecuniam non verbo. Gloſs. ſecunda dat limi-

mitationem ad hanc l. vt ita demum purgetur mora ante litem conteſtatam, ſi creditoris non interſit per l. ſi ita quis promiſerit §. ſeia. infra eo. & l. ſi cum dies in fin. cum l. ſeq. ſupra de arbitr. & l. & poſt tres ſupra ſi quis caut. vbi ſi actoris ius ſit deterius mora non purgatur. Et confirmatur quia tunc ceſſat æquitas, item beneficium nunquam cum alterius iniuria conceditur l. impuberi ſupra de admi. tut. Sed contra hoc obſtat. Tex. noſter, qui ſupponit iam creditoris intereſſe, dum ait purgari poſſe moram niſi lis fuerit conteſtata, ergo ob intereſſe potuit creditor agere, quia effectus moræ eſt, vt debitor teneatur ad, id quod intereſt creditoris l. in re. §. 1. ſupra de cond. fur. & dixi ſupra in euidentalibus huius l. Præterea non poteſt negari in terminis huius l. intereſſe creditoris, quia inſulam potuiſſet locare, aut in ea habitare ſi intra ſuum tempus ædificata fuiſſet, & tamen non obſtante quod eius interſit mora purgatur, & licet Bar. velit ſecundum Dyn. & Glo. quod intereſſe non excedat facti æſtimationem in hac lege iſtud nõ eſt diuinare immò contrarium ſupponitur, vt declaraui, & creditorem credendum eſt agere ad id, quod ſua intereſt vt plus conſequatur quam ſi factum ſimplex peteret. Credo igitur in tex. noſtro non obſtante, quod interſit creditoris purgari moram quia creditor patiendo ædificari, & ita moram purgari videtur id quod ſua intereſt remiſiſſe vt probatur in l. vltim. in fin. ſupra de eo, quod certo loc. vbi creditor qui recipit pecuniam cenſetur omnem pænam ſibi debitam remiſiſſe, & idem eſt in eo, qui patitur ædificari, quia hæc duo æquiparantur in mora purganda, vt habetur in l. continuus §. item qui Inſulam in fin. ſupra eo. vnde etiã ſi creditoris interfuerit quia ipſe id videtur remittere patiendo moram ob id non impeditur eius purgatio. Nec obſtat l. ſi cum dies

in fin.cum l.ſeq.ſupra de arb.vbi ſi reus det an*.lit.conteſt.actor non petit pęnam niſi eius interſit,nam ibi glo. exponit dederit ideſt dare voluerit, & ita eſt exponēdū, Non obſtat l.celſus ſeq.& d.l.vlt.de eo quod cer. loco, vel cum proteſtatione actor pecuniam,debitam accepit, item debebatur pœna intereſſe, Quod autem dicitur ſemper purgari poſſe moram,ſi debitor offerat debitum & quod intereſt creditoris ineptum eſſe videtur, nam ſi creditor habet, quod ſua intereſt amplius de purganda mora agi non poteſt, poſſet etiam aliter reſponderi tex. noſtro, vt procedat vbi intereſt, ſed non adeſt dies expreſſa quia tunc non ita facile mora purgatur, vt in §. ſeia, cum vero eius admictatur debitor, vt poſt diē purget moram minus admittitur cum intereſt creditoris, & hoc mihi magis placet quā §.ſolutio quia creditor recipiendo debitum cenſetur quidem pœnam remittere iux.l.vlt.ſupra de eo.quod certo loco, ſed non id quod intereſt,quia petendo ſortem non poteſt pænam conſequi l.reſcriptum §.1. ſupra de pactis, ſed id quod intereſt præter debitum, nunquam quis petere prohibetur l. prædia ſupra de act. empt. Quod verò pertinet ad §. ſeia ibi actor volebat ius conſequi hortorum retinendorum, ſed nos agimus de liberando reo cui magis eſt fauendum l. fauorabiliores infra de reg. iur. Nec verum eſt quod ait Iaſ.ibi de iure conſeruando ſimpliciter agi, non ſum enim erat nata actio conditione non impleta, ſub hac enim conditione volebat Seia Titium hortos retinere,ſi vniuerſam pecuniam ſoluiſſet cum id præſtituto die Cal. April. non ſit factum agitur de reſtituendo in priſtinum Titio procuratore vt conditionem implere poſſit, & ad hortos agere, & licet dixerit Seia cum præcium omne recepiſſet ſe dominium prædiorum in Titium tranſlaturam,illa tamen dictio cum inducit, conditio-

ditionem l. quodcumque §.pen. infra eo. & ſi contrarium vult Bart. in l.1.poſt nu.9. ſupra de cond.& dem. Sed quicquid ſit etiam ſi concedam ibi conditionalem non fuiſſe ſtipulationem non tamen ſequitur quando Titius ibi ageret ad rem alterius habendam. Præterea vbi conſeruatur quod intereſt creditoris non debemus inſpicere an moroſus ius acquirat vel non quia hæc diſtinctio nihil pertinet ad creditorem qui ſuo iure condemnandus eſt indemnis, nec ad eum pertinet quo ad alter ius ex nouo acquirat, vel vetus conſeruet, aut pœnam euitet. Secundo ſubijcit Bart. in iudicijs inſpici tantum an ius actoris ſit deterius quo ad moram purgandam, quia id quod intereſt officio Iudicis petitur l. terminato C.de fruct.& lit.expenſ.vnde in ſententia Iudex debet victum condemnare alioquin poſtea nō poſſet,vt ibi etiam Pau.de Ca.refert. Locum verò Bart.vult differre inter ſe ius actoris eſſe deterius, & eius intereſſe id non admitto quia non poteſt negari ſi propter moram rei interſit actoris, ius ipſius eſſe deterius alibi dixit Iureconſ. integra nō eius iura intelligendo ipſius intereſſe in l.ſi in lege §.colonus ſupra locati. Nec obſtat quod in l.etſi poſt tres ſi quis caut. de impēſis litis non poſsit intelligi quia officio Iudicis petebatur, nā etiam id quod alias intereſt petitur iure actionis, & tamen impedit moram purgari. Infert ex prædictis Bart. quod ſi promiſiſti domū in meo prædio ædificare, & poſtquam in mora fuiſti alienem prædium amplius moram non poſſe purgari, & ideo ad id quod mea intereſt teneris, non potes enim amplius in alieno prædio ædificare quia mihi non prodeſt, ſolum in quo ædificandum erat nam amplius meum non eſt l.qui inſulā infra eo. Et hoc probatur ex l. & ſi poſt tres ſupra ſi quis caut. Tertio cum ſemel mea incipit intereſſe etiam ſi poſtea intereſſe

deſinat ius tamen meum viuit l. quæcunque 2. ſupra tit. 1. l. nudiſsime §. vlt. ſupra de ædil. ædict. Tertio id comprobatur, quia ſufficit ab initio intereſſe creditoris, & ſi poſtea deſinat l. qui autem §. illud ſupra ſi quis cautio, contrarium tenet hic Imol. nō quod mora purgari poſſit, ſed quod videatur ſtipulator alienando odium condicere quia quando Dominus alienat rem furtiuam nō poteſt amplius condicere à fure l. ſiue manifeſtus §. vlt. ſupra de cond. furt. & l. ſi ſeruus infra eo. tit. & tamen fur ſemper eſt in mora l. in re ſupra de cond. furt. ergo nec qui alienat prædium amplius aget contra moroſum Secundo quando per creditorem ſtet quo minus purgetur mora tn̄ hr̄ pro purgata l. ſed ſi alia ſupra de coſt. ſicut quando per aliquem ſtat quominus conditio impleatur, tunc habetur pro impleta l. iure ciuili ſupra de cond. & dem l 1. C. de inſti. & ſubſt. & ibi notat. l. ſi ſub vna infra eo. Tertio probatur nam ſecuta alienatio omne ius extinguit d. l. qui inſulam ſicut videmus in operis noui nunciatione l. non ſolum §. morte, ſupra de oper. no. nunc. Alia plura adducunt nouiſsimi, ſed omnia ad hæc argumenta rediguntur Imol. exiſtimat ſi neceſſariò Dominus alienauerit veram eſſe communem alias ſecus. Aut ergo habuit ſtipulator cauſam alienandi & vera eſt communis opinio, quia quiſque poteſt de ſuo diſponere vt vult l. non vſq. adeo. ff. ſi quis à parente fuer. man. nec per hoc prohibetur quod ſua intereſt petere, nec tenetur fundus debitori ſeruare vt veniat ad purgandam moram, Nec obſtat Lex, ſiue manifeſtum, quia concedo creditorem amplius non poſſe petere domū d. l. qui inſulam, ſed intereſſe rectè petet, ſicut & furti dominus etiam re diſtracta, & intereſſe petit l. quæcunque & not. Bart. in l. qui autem §. vlt. ſupra ſi quis caut. & hoc eodem modo reſpondetur ad vltimum. Non

obſtat

obſtat ſecundum argumentum adductum pro vltima parte quia procederet, niſi debitor fuiſſet in mora, tunc enim per ipſum potius quam per creditorem ſtetiſſe videtur ne ædificaretur, Aliquando nullam habuit creditor cauſam alienandi, & tunc creditur dolo malo fundum diſtraxiſſe, & nihil petet, quia malitijs non eſt indulgendum l.in fundo ſupra de rei vend. præſumitur enim malo animo vendi, ne mora purgetur, & ob id iura ei non ſunt conſeruanda probatur autem hæc præſũptio ex his quæ not.Pau.Caſtr.in l.illius C. de ſeruit. vbi ait & ſi vſque in cœlum poſſit quis ædificium ſuum tollere, ſi tamen quis hoc animo altius tollat vt vicini ædes introſpiciat, hoc facere non permittetur, & id præſumitur inquit Paul. ſi nullam ex ædificio vtilitatem ſentit, Sed ego ſẽtio indiſtinctè communem & primam opinionem eſſe veriorem, quia creditor cui eſt acquiſitum ius occaſione rei, & ſi rem alienet ius non amittit l.vlt.infr.arbo.furt.cæſ.l.lege §.ſi fundum ſupra de aqu. quot.& æſt.latè Bart.in l.tertius §.1.nu 3. ſupra de aqu. aqua plu.arcen. Alexan.in d §.mora num.7.& ibi Iaſ.in 8.no. Non obſtat quod videatur alienando ſtipulator ius ſuum remittere quia id negatur, nec enim tenebatur expectare moroſum vt moram purgaret. Ex ſecunda Bart. opp. colligo intra modicum tempus eſſe moram purgandam, pro l.ſi ita quis §.ſcia infra eo. & l.& poſt tres §.ſi quis cau.& l.ſi in lege §. colonus ſupra locati, & cap.potuit,& c.propter ſterilitatem in fin.extra locati & hoc ſuadet etiam æquitatis ratio, vnde mora detendit iuxt.l. ſi ſeruum §. ſequitur ſupra eo. Contrarium tenet Roma.& communiter Doct.per noſtram l. in verbo tandiu, Item quia opus ædificij breui nequit perfici, & licet Iaſ. dicat ꝙ ſatis eſt ſi reus opus incipiat id tñ ſupra improbaui,& pro hoc eſt l.ſi cum dies §.vlt.ſupra

de

de arbitr. Tertia fuit opinio Bart. in d. §. ſcia, quod id habeat locum in eo qui vult ius conſequi, & in actore, ſed negari non poteſt quin habeat etiam locum in reo per d. l. & poſt tres, & d. cap. potuit, & d. cap. propter ſterilitatem. Quarta fuit opinio Innoc. Alexan. Pau. Iaſ. & cōmunis qui diſtinguunt an ſit dies appoſita vel non, primo caſu mora intra modicū tempus eſt purganda, & ita procedit §. ſcia, & l. poſt tres, & d. cap. potuit, & cap. propter ſterilitatem in fin. Aut non eſt appoſitus dies, & vſque ad lit. conteſt. indiſtinctè mora purgari poterit, ita procedit lex noſtra, & l. 1. de pæn. leg. & l. ſi cum dies in fin. Nec obſtat illa l. ad fin. dum ait intra modicum tempus eſſe ſoluendum, quia illud eſt quoad tempus præſtitutum ſolutioni faciendæ auctoritate ſententiæ arbitri, non autem quoad moram purgandam, nam illa vſque ad lit. conteſt. purgatur, vt probat illa lex, quæ cū locuta eſſet de modico tempore intra quod eſt ſoluendum ſubjicit, poſſe tamen vſque ad lit. conteſt moram purgari quaſi dicat etiam longo tempore, nam ſupra de modico tempore dixerat. Non obſtat etiam text. primus in quo videtur eſſe dies intra quem ædificetur iux. l. continuus §. item ei qui inſulam ſupra eo. & l. ſtipulationes non diuiduntur §. vlt. ſupra eo. quia dies hic tacitè inerat. Non obſtat §. colonus quia non loquitur de tempore purgandæ moræ, ſed de modico tempore quo prohibuit dominus colonum frui, poteſt enim ſi eius nō interſit omnia in integrū reponere, & iſtā diſtinctionem facit l. celſus in fin. princ. in ver. contra ſupra de arbi. & l. 1. ſupra pe penu. legata. In hoc ergo tres caſus ſunt diſtinguendi, aut enim loquimur in die appoſita à lege ſub pœna, & nunquam purgatur mora, vnde nec emphyteuta purgatur, Si intra decennium non ſoluit canonem ſecundum communem opinionem de qua apud

Iaſ.

Iaſ.in l.2.q.29. C.de iur. emphy. quod tamen pertinet ad emphyteutam id apud me dubium eſt per cap. potuit,& cap.propter ſterilitatem in fin. de locato.quæ iura,& ſi intelligantur a doct.tantũ ſecundum ius can.credo tamen procedere etiam ſecundum ius ciuile per c. 1.de oper.no.nuncia, vt infra declarabo in epilogo huius materiæ, In alijs tamen caſibus præterquam in emphyteuta credo ob diem appoſitam moram purgari non poſſe, nec Epiſcopus qui non eligit intra ſex menſes cap. licet de ſuppl. negl. præl.nec Sacerdos, qui ſacros ordines intra annum non ſuſcepit C. commiſſa de elect. in 6. & cap. licet Canon. eo. tit. & eo.lib. & not. Abb.in d. cap. potuit in vlt. not. prædicta tamen iura poſſunt intelligi,vt procedat propter bonum publicum. Hinc etiam infertur, quod non petens inueſtituram intra diem,& annum amplius petere non poterit Alexan. conſ.40. viſo themate vol. 6. & facit cap. præterea primus de prohib. feud alie.per Fede .à feudo tamen non licet ad alios arguere. Bart.in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi ſupra de oper. liber. Aliquando ab homine apponitur dies, & poterit mora intra modicũ tempus purgari,& ita procedit § ſeia,& l. ea poſt tres. Aliquando non apponitur dies, & vſque ad litis conteſtationem poteſt purgari,ita procedit lex noſtra,& l.ſi cum dies in fin.Ex tertia Bar.opp.colligitur,quod vbi adeſt,dies pænæ mora purgari non poteſt,& eſt communis opinio iſtud probatur ſecundũ Bar.in l.traiectitiæ.§.de illo ſuperiori tit. ſecundo in l. magnam, C.eo. tertio in l.1. ſupra de pæn. legat. ver. habebit igitur quarto l.2. C. de iur.emphy.quinto l.celſus in prin.ſupra de arbi.ſexto, ratione æquitatis,ſeptimo in l.qui fundũ in princ.ſupra de contr.empt.Cõtrariũ tñ tenuit Petr. pro quo facit l.& poſt tres ſupra de arbi.& licet Bart. dicat. quod loquitur ibi

de

Digitized by Google

de ſtipulatione iudiciali id, tñ non ſatisfacit, quia & in iudicijs hic rigor obſeruatur d.l. celſus in princ.& quomodo id ſoluatur infra ſub j. iã.Præterea ſi ex æquitate peruenit ius purgandæ moræ cur non eadem vbique æquitas ſeruatur. Secundo id probat l. Lucius ſupra de act.empt.Tertio d.l.ſi ita quis promiſerit §.ſeia infra eo. & ſi conceditur actori vt moram purget multo magis reo id erit concedendum, ſed illa lex verè non loquitur in pœna. Quarto probatur Petri opin.in cap.potuit, & cap. propter ſterilitatem de locato, licet aliqui velint illud procedere ex æquitate canonica, & non eſt tamen conſtituenda differentia inter ius Ciuile,& Can. vbi expreſsim facta non reperitur cap. 1. de oper. nou. nunciatio. Ad contraria reſpondebat Petrus & dicebat quoad vſuram moram non poſſe purgari,ſed quoad pœnam poſſe,& ita intelligebat §.de illo,ſed quod ait de vſuris eſt contra d.l.Lucius,Item §. de illo de vſuris loqui non poteſt quia expreſsim loquitur de pœna, Item quia ſemel vult pœnam committi, at ſi eſſent vſuræ ſingulis menſibus committerentur, & ante moram, vt inquit Bartol.in l.qui ſine ſupra de neg. geſt.& aliam differentiam,inter pœnam, & vſuras ponit Bart.in l.cum ſtipulate ſupra eo, & Dec. in l.lecta in tertio no. ſupra ſi cer.peta.vnde ille text. de vſuris non loquitur. Quarto igitur dicebat Ang. Pau. Rom.& Iaſ. poſſe ſemper moram purgari,etiam pęna adiecta,modo non interceſsiſſet duplex interpellatio, & hic eſt caſus l.traiectitiæ §. de illo ſupra tit. 1. Sed interpellatio non debet facere, vt plus ſit in mora debitor quam eſſe reperiretur antea per diem venientem quia nemo poteſt plus in mora conſtitui, quam ante eſſet, argum.l.qui bis ſupra eo. & hoc vult §. de illo. Ego credo moram ſemper poſſe purgari modò non multò poſt diem ſoluatur, quia non video,

quod

Digitized by Google

quod debeat plus operari adiectio pœnæ quam operetur dies, ſi ergo appoſita die ſine pæna mora purgatur etiam quãdo apponitur pæna purgari poterit, nec quicquam facit quod dicit Iaſ. quod mera hominis diſpoſitio iſtud operetur, nam effectus moræ non conſiſtit in pæna. Sed in die, ſi ergo hominis contractus adiecta die non eſt, ita durus, vt ſi obtulerit reus intra modicum tẽpus poſt diem, rem debitam, nec etiam eſſe durus debet pæna adiecta. Nõ obſtat l traiectitiæ §. de illo, quia prætermiſsis pluribus intellectibus, qui dantur ad illam l. probat opin. contra communem ait enim interpellatum ſi moram fecerit, ideſt fuerit negligens poſt interpellationem in ſoluendo, & poſtea offerat, non purgat moram, illa dictio poſtea denotat magnum interuallum l. qui procuratorem ſupra de procurat, & quia die adiecta ſtatim poſt diem debitum eſt offerenda ad hoc vt mora purgetur, quia in d. §. de illo, ponitur caſus quo ex interuallo offertur pecunia, ideo non mirum ſi non purgatur mora, ſentit ergo illa lex quod ſi ſtatim offerretur mora purgaretur. Et quod hic intellectus ſit verus patet quia non vult dicere ibi Iureconſ. quod per interpellationem debitor moram contraxerit, iam enim in mora fuerat per diem aduentum conſtitutus, & multò magis per interpellationem, ſed intelligendus eſt, quod debitor fecerit moram, ideſt diſtulerit ſoluere, præſertim quia etiam eſt intereſſe in mora vt ceſſet, & ſtatim non ſoluat. Præterea non purgatur mora in d. §. de illo, quia intererat creditoris ne purgaretur, pæna enim ibi debebatur propter operam ſerui qui erat miſſus ad exigengam pecuniam, & illæ iam erant amiſſæ vnde cum creditoris intereſſet, mora amplius ibi purgari non potuit, Eodem modo reſpondẽtur l. Celſus in princ. nam ibi etiam poſtea, ideſt ex interuallo oblata fuerat pecunia,

ſi verò ſtatim offerretur crederem moram purgaturam iri, Nec mihi placet vt dicamus ſpeciale ibi eſſe in deciſorijs iudiciorum, quia Ireconſ.arguit ab arbitro iubente ſolui ad contractum habentem pœnam, & diem in d.§.de illo in fin. Ad l.magnam facilis eſt reſponſio,quia ibi nullum verbum de purganda mora. Ad l. 1. de pæn. dici poteſt,quod ſecundum alia iura ſit intelligenda, vel loquitur in teſtatore,qui cum adijcit diem impedit moram purgari,vt dicitur de lege cui æquiparatur §.diſponit,in auth.de nup.eodem modo reſpondetur l.2.C.de iur. emphy. quæ eſt lex quæ moram purgari impedit, quia cum adijcit pænam ſi quid ad diem aliquid factum non fuerit dic præterita, amplius mora purgari nequit, prout ſupra diffuſius eſt dictum, vel dic omninò compelli emphyteutam dimittere emphyteuſim,ſcilicet nulla melioramentorum exceptione oppoſita de qua locutus fuerat Imperator qui ait emphyteuta non ſoluens inter triennium non poſsit retinere melioramenta, ſcilicet emphyteuſim omninò reſtituat,ideſt nullis retentis melioramẽtis. Non obſtat quod æquitas repugnet,quia immo ſuadet vt intra modicum tempus mora purgetur. Non obſtat l.fundum in princ. ſupra de cõtrahen. emp. quia ibi factum erat ius actoris deterius, reſoluta enim erat conditio,& ideo mora amplius non purgatur. Communis ergo eſt concluſio, quod quando dies, & pæna contractui adijcitur, non purgatur mora, & hoc intelligunt interpretes in conuentionalibus ſtipulationibus, in prætorijs verò aliud eſt, & hoc dixerunt, vt euitarent l.& ſi poſt tres,ſed Iaſ.tuetur illam l.loqui quando non eſt appoſita pęna,ſed id quod intereſt debetur,ſed iſtud eſt diuinare præſertim cum in cæteris illius tituli legibus ſemper de pæna habita mentio fuerit,Item habet locum ſi ſciebat emphyteutam ceſſauiſſe, & ob id in pænam

inci-

Digitized by Google

incidiſſe Bart.in l.Mæius §.duobus de leg.2.& ibi Imol. ſpe.in tit.de lo:a.9.ante aliqua ver.24.Alexan. in conſ. 105.vol.3.nu.13. Teneo ergo moram ſtatim poſſe purgari prout ſupra eſt declaratum, cæterum dum dixi emphyteutam non poſſe purgare moram intelligite, modo dominus penſionem non receperit, vt not.glo.& Doct. in l.2.C.de iur.emphy. quod eſt verum ſi penſionem acceperit pro tempore futuro non pro præterito l.colonis in proprio loco. Limitat communem opinionem, vt non habeat locum in legatis, ſeù vltimis voluntatibus, quæ habent diem cauſa multiplicandæ obligationis per l. 1. ſupra de pæn. le. Dicitur autem ibi multiplicari obligatio,quia legatum annuum pro primo anno eſt purum,pro ſecundo conditionale l.4. ſupra de ann.lega.l. cum in annos ſupra quando dies legat. ced. pro primo ergo anno qui eſt purus, clarum eſt legato non ineſſe diem vnde id non pertinet ad materiam noſtram, pro ſecundo verò, & ſequentibus quia tot ſunt legata quot anni, & omnia ſunt conditionalia, ideo dicitur multiplicari obligatio, quæ ante cuiuſque anni diem naſci non potuit, quia ante impletam conditionem obligatio oriri non poteſt l.cedere diem infra de verb. ſignif.§.ex conditionali inſt.eo. quo ſtante cum quiſque annus veniens ſuam ſecum afferat obligationem, & ſimul ſuam impleat conditionem, non poteſt in mora conſtituere, quia oportet,vt prius quis ſtet in obligatione quam moram contrahat l.ſi pupillus l.eo.l.nulla infra de reg. iur. vnde dies ibi appoſita ea multiplicandæ obligationis nõ potuit in mora conſtituere, vt conſtituit dies in contractu, qui pro conditione non habetur §. omnis inſt.eo. Alia additur limitatio vt communis concluſio non procedat in contractibus bonæ fidei per d.l. Lucius de act. empt. quod communiter reijcitur, & ego quoque im-

probo, quia valet argumentũ à ſtipulatione ad contractũ emptionis in materia moræ purgandæ d. l. traiectitiæ in fin. ſupra tit. 1. Quando autem dicitur ſolutione rei moram purgari, intelligite ſi ei ſoluatur cui debetur, non ſi alij l. qui hominem §. ſi nullo infra de ſolut. Item hæc omnia quæ dixi de purganda mora locum habent, niſi interuenerit iuramentum, quod moram impedit purgari l. ſi quis maior vbi Bar. C. de tranſ. & no. Bar. in ſeq. & Bal. in l. ſi pacto quo pænam infra de pactis, & in d. l. & ſi poſt tres in vlt. col. Addo prædictis, quod non dicitur eſſe in mora, qui ſuo tempore debitum quidem ſoluit, ſed modicam ſummam retinuit argum. l. quamuis ſupra de cond. & dem. & l. Seio. C. de in integr. reſt. min. vt no. Bal in l. ædem. C. locati, ſed hoc dictum Bald. intelligitur quando erratus eſt in calculo, vt no. idem Bal. in l. pro hæreditarijs ver. 11. ex natura C. de hær. actio. & in d. l. quamuis propter enim retentionem vnius numi à contractu conditionis poteſt recedi in l. in executione §. pen. & l. ſtipulationum aliæ §. 1. ſupra eo. facit l. vlt. C. de bon. vend. pign. imped. non poſſ. & Alex. in d. conſ. 105. ant. num. 18 vol. 3. Ex tertia autem opp. Bart. colligo diem tacitam ſi eſt certa impedire exequutionem moræ, ſed ſupra iam id improbaui in die certa expreſſa, vnde idem eſſe arbitror in die tacita, per text. noſtrum vbi erat dies mutata, debitorem non arctari ad ſoluendum antequam petatur à creditore iuxt. tradita à Paul. Caſtr. in l. ſi decem cum petiero ſupra eo. ſed iſtud eſt falſum nam ſtatim debitor tenetur l. in omnibus de reg. iur. aliud verò eſt in legis obligationibus, quæ aduerſario iubente iubet fieri aliquid, vnde fructuarius licet teneatur cauere ſe vſuũ arbitrio boni viri, id tamen intelligendum eſt ſi petatur, quia ſi petita non fuerit faciet fructus ſuos, etiam ea non præſtita Bar. in l. vxoris §. de

vſufr.

Digitized by Google

vſufr.leg.Pau.Caſt.in l. vſuſructu.C. de vſufr.& in l.peto §. fratre in fin. ſupra deleg.2. ſic Iudex non impartitur officium ſuum, niſi petitus Bart. in l.4.§. nos autem ſupra de damn.infect.facit quod tradit Bart.in l. admonendi num.60. ſupra de iureiur.Hinc emanauit cautio, vt cum iudex citat, dicat ad inſtantiam Titij, Spec.in tit. de citation.§.ſequitur ver,illud no.Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio ſi vis pluſquam per l.falcid.facit l.ad peremptorium ſupra de iudi. plura ad ſupradictum propoſitum congerit Iaſ.in l.vniuerſa in princ.C.de præcib. Imp.offer.Ex quibus autem his opp.Bart.colligẽdum eſt,quod aliquando obligationi non apponitur dies, nec pæna, & vſque ad lit.conteſt.mora purgatur,ita procedit l.noſtra,& l. ſi cum dies in fin. ſupra de arbi. Aliquando apponitur dies, & non pæna, & purgatur poſt modicum tempus, quam dies venit, ita procedit §. Seia, & l. etſi poſt tres ſupra ſi quis cau. Aliquando apponitur pæna, & non dies, & purgatur vſque ad lit. conteſt. ita procedit l.qui Romæ §. Flauius infra eo. Aliquando apponitur dies,& pæna,& ſecundum communem, nunquam mora purgatur, ita intelligunt l. traiectitiæ §. de illo ſupra tit.1.licet ego aliter ſentiam. Concludo igitur omni caſu poſſe moram purgari, ſiue ſola dies ſit adiecta per §.ſeia ſiue ſola pæna per l.qui Romæ § Flauius infra eo. ſiue dies cum pœna, prout modo dixi ſi tamen ſtatim purgetur,Et ex his expedita ſit quinta,& ſext.Bar. opp. In antepen.opp.Bart. ſentit extinctam eſſe primam obligationem eius qui debet ſub pæna poſtquam fuit in mora,& ſi Iaſ. aliter interpretetur, & id vult etiam l.obligationem ferè in fin.ſupra tit.1.& Pau. Caſt. in l.ita ſtipulatus §.vlt.infra eo. Et ſi eſt in facultate ſoluendi, quod debetur ex prima obligatione ſupponitur non eſſe amplius debitum. In hoc tamen latius eſt diſtinguendum,

quod

quin aliquãdo quis debet vnum,puta fundum,ſine pæna,& tunc ſi eſt in mora ad eũdem tenetur,& propterea obligatus eſt ad id quod intereſt creditoris l. in re §. 1. ſupra de cond.fur.l.vbi §. 1. ſupra de eden. aliquando debet fundum ſub pæna,etſi eſt in mora deſijt fundum debere ſecundum Corra.& ad pænam tenetur d.l.obligationum in fin. qui licet dicat quaſi nouationem fieri illa dictio quaſi exprimit veritatem l. 1. ſupra de tranſ. ita etiam procedit d.l. ita ſtipulatus in fin. ſed ego cenſeo non fieri innouationem, quin prima obligatio transferatur in ſecundam non tamen fit nouatio, vt ſupra dixi,aliquando debet pecuniam ſub conditione ſi fundus datus non fuerit, & fundus non eſt in obligatione, nec poteſt peti,ſed vbi conſtiterit non poſſe dari,quia fortè limitatè præierit tunc pecunia debebitur d. l. ita ſtipulatus. Aliquando debetur pecunia, ſed fundus eſt in facultate ſoluendi,& tunc ſoluendo fundum debitor poterit liberari l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem mille infra de ſolut. In pen. verò opp.Bart. nititur conciliari l. & ſi poſt tres cum l.celſus de arbi.quia illa procedit in ordinatorijs,hæc in deciſorijs,& ratio eſt quia Iudex functus eſt officio ſuo l. Iudex ſupra de re iud. & ob id non poteſt ibi mora purgari, ſed hæc ratio videtur inepta, quia non ſequitur Iudex functus eſt officio ſuo, ergo mora non poteſt purgari, nam cum ſententia adhuc ſuum habeat robur, & ſi arbiter Iudex eſſe deſierit, non ſequitur quin mora purgari nõ poſsit,& §.præterea l.celſus, non reddit hanc rationem, quod ideo mora non purgetur,quia arbiter functus eſt officio ſuo,ſed aliam,quia verum eſt intra cal. datum non eſſe, vna ratio Bart. non videtur poſſe ſudſtentari,obſtat etiam d.l.celſus l.ſi cum dies in fin. eo. & Bart.ait ibi apponi diem à l. quis cum mitius agitur, ſed nunc probabo id falſum eſſe, vnde ad l.

ad l. celſus poteſt reſponderi vt ſupra dixi, vel ſi non placeat illa ſolutio Bart. dicatis, quod ibi ſumus in ſententia qua non ita facilè mora purgatur, aliud verò eſt in contractibus. Ad l.ſi cum dies videndum eſt, vt ſupra dixi ibi non eſſe diem certam, & ob id moram vſque ad lit.conteſt.poſſe purgari, & ita diſtinguit d.l.celſus in fin.princ.in ver.contra,& l.1. ſupra de pen.legat. Ex vlt. Bart. opp. colligitur mitius agi cum lege, quam cum homine quod probatur in l. ſi cum dies in fin. ſupra de arbi. vbi poteſt vſque ad litis conteſtationem mora purgari,cum lex ad ſoluendum diem præſtituiſſet, & tamen cum homo diem præſtituit paulò poſt diem tantum purgari mora poteſt l. & ſi poſt tres ſupra ſi quis caut. Secundo facit l.item veniunt §. idem rectè ſupra de peti.hær. prout hic innuit Iaſ. Quarto l. inſulam ſupra eo.iuncta l. cũ ſtipulationes. Quarto probatur quia in pænis legis vſque ad ſententiam licet pænitere, vnde ſi dominus libertum capitis accuſauerit, ita demũ amittit contra tabulas liberti bonorum poſſeſſionem ſi vſq; ſententiam in accuſatione perſeuerauerit, non ſi deſtiterit l.qui cum natu. §. accuſaſſe ſupra de bon.libert.idem probatur in l.ſeruitutem §.petijſſe eo.tit.facit l.Papinianus §.meminiſſe ſupra de inoff.teſtam. & l.alia.C.de his quib.vt indign. ſupra id probare videtur cap. potuit de locat.& cap. propter eo. tit. Contrarium tenuit Bald.in l.1.n.2.C. ſi in fraud.patr.in 1.opp. quod immò mitius agatur cum homine, quã cum lege pro cuius opinione, vigere videtur l.ſi libertus in princ.ſupra de iure patro. vbi ſi libertus faciat ſe minorem centenario,ideſt tantum ex bonis ſuis alienet, vt non permaneant apud ſe bona, quæ valeant centum aureos, quia fraudem legi fecit, quæ non vult deberi legitimam patrono in bonis liberti, qui non habet centum aureos in bonis ipſo iure nulla
eſt
Digitized by Google

eſt alienatio ſi verò non faciat ſe minorem centenario, & ita non fraudet legem, ſed patronum, vt habeat quidem legitimam, ſed minorem, valet alienatio, ſed per Fauianam, & Caluiſanam reuocatur, & ita durius agit lex quam homo, Secundo vbi diem lex apponit non purgatur mora l.vlt.C.de repud.hæred.§.pen.inſt.de bon. poſſ.& l.quamdiù C.qui admitt.l.1.§. decretalis cũ ſeq. ſupra de ſucceſſ. æd. & tamen ſi homo diem apponat, licet purgare moram d. l. & ſi poſt tres. Tertio quando lex prohibet alienari ipſo iure non valet alienatio, & tamen ſi homo prohibuerit, valet, vt no. in l.ea.l.C.de cond.ob cauſam. Quarto ſi ad tempus lex damnat aliquem ex cauſa famoſa, & elapſo tempore durat infamia l.ad tempus C. de his qui no.infam.& tamen aliud eſt ſi homo, ſeù Iudex ad tempus aliquem damnauerit l. & ſi ſeuerior, & ibi Saly.in 3.quæſt.C.eo.tit.propter hoc dicebat Bal.in loco prædicto durius agi cum homine legis miniſtro, vt eſt arbiter, quam cum ipſo homine cum aliquo conueniente, quod Bar.hic improbat, quia arbiter præſertim iure digeſtorum legis miniſter fuiſſe dici non poteſt Bart. verò tenet, quod durius ſemper cum lege, quam cum homine agatur præterquam ſi agatur de pæna intrinſeca, ideſt de actu nullo faciendo, tunc.n. potentior erit lex. Sed hoc non conuenit ſecundo, nec quarto argum. pro vltima parte ſupra poſito, pænam enim intrinſecam appello, quando actus nullus eſſe dicitur, aliæ verò pænæ vocantur extrinſecæ, vt per Bart. in l. prætor in princ. ſupra de oper. no. nuncia. ſed ego credo indiſtinctè verũ eſſe, quia cum lex in pænã diem apponit, durius ſemper cum lege, quã cũ homine agi quia plus delinquit, qui in legẽ peccat, quã qui in hominem, & ideo acerbius eſt puniendus l. reſpiciendum in princ. infra de pæn. præterea fortius debet operari lex, quam ſim-

ſimplex hominis diſpoſitio , vnde cum diem lex in pœnam apponit, videmus ſecundum communem ſententiam moram purgari, præterito die amplius non poſſe c.licet de ſupplen.negli.prælat.& c. licet canon.& c. cõmiſſa de elect.in ſexta,& c.pręterea inf.de prohib.feud. alien.per Feder.&no.Iaſ.in l.2.n.299.C.de iur.emphy. & ſupra diffuſius dixi.Nec obſtat adducta in oppoſitum & primo non obſtat l.ſi cum dies §.vlt.quia ibi non aderat dies certa, ſed arbitrio Iudicis promiſſa intra quam debet ſoluere condemnatus de quo in l. debitoribus ſupra de re iudicat. Nõ obſtat l.Papin.§.meminiſſe quia lex non improbat eum qui teſtamentum accuſat, ſed qui ob calumniam accuſat, & ideo niſi accuſantem calumniatum fuiſſe appareat, legato non punitur. Et id euidentius probatur in d.l.ſi cum natu maior in fin.cum l. ſeq. vnde & ſequentium iurium quæ pro prima opinione adducta fuere ſolutio apparet. Non obſtat l.item veniunt §. idem rectè ſupra de pet. hær. quia dominus non fuit obligatus pro ſeruo niſi condemnatus l. miles. §. vlt. ſupra de re iud. aut ſaltem lex poſt condemnationem expreſſim dat domino condemnato facultatem dandi ſeruum pro noxa, hic verò ceſſat illa facultas. Ad l.Inſulã quam hic adducit Rip. reſpondetur quod ratio cur non debeat ante biennium intereſſe debitor, illa nõ eſt,quod ex l. diſpoſitione veniat illa obligatio,quia illa lex non reddit hanc rationem, ſed quia ſtipulatio, quæ habet diem certum non eſt mutanda. Nec obſtat, quod in l. cum ſtipulatus ſim mihi ante certam diem committatur quia illud operatur adiectio, vt opus fieret arbitrio ſtipulantis,quod poteſt facere etiam ante diem committi ſtipulationem. Non obſtat l.potuit in fine de locat. Nam ſecũdum communem opinionem illud procedit de iure Can.ſed mihi durum videtur cum

vt habetur in auth. hoc amplius C. de fideicomm. elapſo anno amplius moram purgare nõ potuit, vt tenet Ang. in d. l. & poſt tres, item hæres, qui vult adire cum beneficio legis, & inuentarij, cum intra dies 30. debeat inuentarium incipere à die mortis defuncti, & quo ſciuit ſe hæredem, ſi poſtea velit inuentarium facere, non auditur, item cum mater ſaltem intra annum debeat petere tutorem filio impuberi, defuncto patre, alioquin excluditur ab eius hæreditate l. 2. §. cõfeſtim ſupra ad Tertull. & habetur in §. penult. inſtit. eo. tit. de Senatuſconſ. Tertul. poſt annum non poterit petendo tutorem, moram purgare, vt not. Bart. in d. §. cõfeſtim & Saly. in l. ſi pacto C. de pact. & Bal. in d. l. & ſi poſt tres. Tertius excipitur caſus quando facta eſt executio à debitore, quia ipſe pœnam ſoluit non poterit amplius debitum offerẽdo eam repetere l. qui ob rem ſupra de cond. indeb. vnde infero, quod ſi ſtatutum mandet eum qui poſitionibus non reſponderit, pro confeſſo haberi, ſi Iudex pronunciauerit reum pro confeſſo eſſe habendum, non poterit amplius reſpondendo moram purgare, vt not Cyn. in l. 2. §. quod ſi actor. & ibi Bart. C. de iureiur. propter caluum. præſt. & Saly. in d. l. ſi pacto, vnde non eſt differentia, an homo, vel lex exequatur, nam ſecuta executione amplius mora non purgabitur, & ideo ſi quis eligat, cum ſibi optio plurium rerum eſſet relicta, quia ſtatim lex in eum transfert dominium rei electæ. l. apud Aufidium ſupra de opt. legat. facta electione etiam ſi ignoret legatarius ſibi legatam optionem fuiſſe non poterit amplius mutare electionem. l. ſi is cui ſupra de leg. 2. Quartus excipitur caſus quando egiſſent contrahentes ne mora purgaretur, & hoc non habet dubium l. ſancimus vers. niſi pact. C. de fideiuſſ. Quintus caſus excipitur quando re contractus per modum conditionis eſſet initus, vt

promitto te liberare ſi intra menſem mihi dederis decem elapſo menſe non poteris dare l. Thais §. ſi intra ſupra de fideicom.lib. Bald.in l.vlt.C. de tranſact.& ratio eſt quia conditio implenda eſt in forma ſpecifica l. qui hæredi ſupra de cond. & dem.vnde infertur, ſi te faciam hæredem ſi intra annum ædificaueris monaſterium,elapſo anno non poteris moram purgare Bal. in l. ſi pupillorum C.de repu.d.hær.num.4. Sextus excipitur caſus quando ſuper contractu eſſet iuratum l. ſi maior vbi Bar.C.de tranſ.& ſupra expoſui.Septimus eſt quando res debita perijſſet cum amplius præſtari nequeat, nec mora purgabitur d.l. ſancimus C. de fideiuſſ. & l. ſi ſeruum §. ſequitur ſupra eo.Octauus eſt caſus quando ius actoris,vel creditoris factum eſſet deterius per l. qui fundū in princ.ſupra de contrah.empt. cætera omnia ad has exceptiones redigi poſſunt. Alij ēt caſus excipiuntur de quibus ſupra in 4. not. & plures eorum reieci. Addit hic tñ Alexan.nu.38. iure Cano.etiam in prædictis caſibus poſſe moram purgari, vt voluit Bal. in l.qui crimen in 11.quæſt.C.qui accuſ.non poſſ. quia ius Cano. æquitate nititur c. dilecti de iudi. id tamen non ſequitur Alexand.quia vbi aliquid non eſt expreſſum iure Cano.obſeruatur ius ciuile cap.1.de oper.no.nuncia.& multo magis id eſt defendendum in terminis noſtris in quibus ex æquitate proceditur,& tamen quia in caſibus ſupra adductis videtur ceſſare æquitas, moræ purgatio etiam iure Cano. non eſt admittenda. Hactenus viſum fuit,an,& quando ante lit.conteſt. liceat moram purgari.Nunc videndum eſt quid iuris ſit poſt lit.conteſt. qua in re iura videntur pugnare,nam l. noſtra, & l. ſed ſi alia ſupra de conſtit.pecu. prohibent purgari at l.inter.in fi. & l.ſi ſeruum §.ſequitur infra eo.& §.vlt.inſt.de perpe. & temp.act.videntur velle contrarium. In hac difficulta-

te

te quatuor fuere ſolu. Prima glo. in d.l.interdum in fin. vt illa iura intelligantur ſecundum l.noſtram, ſed hanc ſolutionẽ non patitur d.§ vlt.inſt.de perpet.& temp.act. Secunda fuit ſol. Petr. & Andr. Piſa. vt l.noſtra procedat vbi peto id quod intereſt, & reus vult ſoluere quod debet ex prima obligatione, ſed l.interdum, & aliæ loquuntur vbi peto quod ex prima obligatione debebatur,& illud etiam ſoluitur, ſed licet primum membrum recipiatur ſecundum eſt contra d.l.ſed ſi alia,Quare tertia fuit ſolu.Ruin.quod d.§.vlt.inſt.de perpet. & temp. act.ſit intelligen.de abſolutione,quę fit ab inſtantia,& vt iſtud intelligatur ſciendũ eſt loqui Ruin.de ſentẽtia,quę abſoluitur ab obſeruatione iudicij, & illa eſt duplex,alia quæ efficit vt iterum poſſit agi, puta quando abſoluitur reus,quia actor non comparet, vel quia male conceptus eſt libellus; vel quia falſus procurator litigauit, tunc abſoluitur reus ab inſtantia, ſeù obſeruatione iudicij, ſed iterum poterit conuenire,Alia eſt abſolutio ab inſtantia, quæ fit ideo quia reus ſoluit,& iam eſt liberatus, & poſt hanc iterum non agetur, vt hæc declarat Bart. in l. Titia nu.4.infra de accuſ.Iaſ.in l.properãdum §.& ſi quidem nu.26.& 17.C. de vend.Sed hanc,Ruin. reſponſionem Bar.non admittit, quia non ſequitur non eſſe purgatam moram vſque ad ſententiam,& eo caſu reus abſoluitur, quia iam purgata mora fuit liberatus,& ideo Bart. tranſit ad quartam ſolu. quod ante lit. conteſt. verb. ſufficit rem debitam offerre, ſed non poſt per l.ſed ſi alia ſupra de conſt. pecun. ſed animaduertendum eſt, quia illa lex loquitur de eo. qui verè,& re obtulit,quia ſi conſtituẽs offerat, & actor accipere noluit, ergo ſequitur factam fuiſſe re oblationem, idem probatur in l. interdum in fin.& eſt verius,quod re ſemper debitum ſit offerẽdum, ſiue ante lit.conteſt.ſiue poſt, vt probatur etiam in l. acceptam

ceptam C. de vſur. & in l. ſi reus paratus ſupra de procurat. Præterea ſi iura negant poſſe purgari moram lite conteſtata, nonne intelligunt etiam re facta oblatione, vnde teneo opin. Ruin. Non obſtat §. vlt. inſt. de perpet. & tēp. act. quia loquitur quando omne id quod debetur offertur creditori, & principale debitū, & id quod intereſt cum dicit ſatisfiat, cum enim nihil ſuperſit quod peti poſſit ab actore, neceſſe eſt vt reus abſoluatur, ſed nos loquimur quando reus ſoluendo principali debitum vult euitare pænam, aut ne ſoluat quod creditoris intereſt, tunc enim vſque ad lit. conteſt. tantum id facere poteſt per l. ſed ſi alia ſupra de conſt. pæn. ſed ſi ita intelligamus, non erit quærendum de purganda mora ſi quidem creditor habet quod vult, Teneo igitur ſecundam ſol. quæ fuit Petr. vt §. vlt. inſt. de perpet. & temp. act. procedat vbi dominus rem petit, & obtinet, & rem principalem petit ſecus ſi petat intereſſe, quia tunc poſt litem conteſt. moram non purgabit. Non obſtat d. l. ſcilicet ſi alia quia ibi dominus rem debitam nolebat, vt exprimitur in illo tex. ſed æſtimationem quanti, plurimi vel intereſſe. Ex regula ergo negatiuæ noſtræ l. quod poſt litem conteſt. non poteſt purgari mora. Excipitur iſte caſus quando reus rem eandemmet ab actore petitam offert, nam vſque ad ſententiam eam offerre poteſt; ſed intellige modo nondum ſit concluſum in cauſa, & ſententia, pari paſſu ambulant. Bart. in l. ſi mater §. eandem in fin. ſupra de excep. rei iud. & no. Pau. Caſtr. in l. alia in princ. C. de his, quibus vt indi, & ibi dabat hanc cautionem, ei qui vult purgare moram poſt concluſionem in cauſa vt ſe patiatur condemnari, & poſtea appellet, & tunc purgabit moram, quia appellatio reſcindit non ſolum ſententiā ante latam, ſed et omnia ante acta præter litis conteſtationē, vt hr̄ in l. ita demū, & ibi Iaſ.

C. de

C.de procur.idem tenet Bar.in l.1.num.14 ſupra de act. emp. vbi vult.in cauſa appellationis moram poſſe purgari, ſed hoc mihi non placet quia neceſſe eſt, vt renuntiet appellationi reus, tunc autem confirmabitur ſententia l. vlt. C. de temp. appell. & non poterit amplius purgari mora niſi dicamus, quod renunciat, ſi volente creditore, moram purgauerit Concludi autem in cauſa dicitur, quando vterque litigans probationibus renunciat gloſ. in §.quia verò multi in Auth.de teſtibus, & in cap.cum dilectus in fin.de fid.inſtr. Iaſ.in l.licet num.2. C.de procur.& in l. admonendi in repetitione num.51. ſupra de iureiur.Quoad ſecundam opp. Bar.præmittendum eſt in clauſula iudicatum ſolui, contineri clauſulam de defendendo, quia ſi reus non conteſtetur litem, nunquam poterit diffinitiuè condẽnari, Bart.in l. Aemilius in princ.ſupra de mino. Pau. Caſtr.in l.& poſt ædictum §.quod ſi is. ſupra de iudi. ſed tantum poteſt actor petere, vt mittatur in poſſeſsione rerũ, vel rei.Bar. in l.conſentaneum nu. 5.cap.quomodo,& quando iudex, quam ſolutis expenſis reus recuperabit auth.ei qui C.de bon. auct.iud.poſſ.idem erat olim in actore quia eo abſente circum ducebatur ædictus, & reus abſoluebatur à citatione,& iure eod.ab inſtantia, vt ait l.properandum.§ & ſi quidem C. de iudi. ſed hodie poteſt ad diffinitiuam peruenire, pro auth.qui ſemel vbi Bart.C.quomodo,& quando iudex. Reo autem poſt lit. conteſt.abſente ad diffinitiuam & olim, & hodie perueniri poteſt, quia cõtrahitur heremodicium de quo in l. cum quærebatur §. 1.infra iudi.ſol. & d.l. properandum. §. ſin autem reus. Hoc ita ſtante in l.3.in fin. infra iud.ſol. ſi pænam peto à fideiuſſore, quia reus non defenditur, & litem conteſtor, poteſt comparendo, reus facere, vt fideiuſſor abſoluatur, & ita purgat moram lit. conteſt. quod contra

kno.

l.noſtram Bart. ſol. quod id euenit quia qui vno grauatur, in alio eſt ſubleuandus l. eum qui de iureiuran. ſed actor ſentit hoc commodum, quia ſtatim committitur ſtipulatio ad omne id quod eius intereſt, ſimul atque reus iudicio non ſiſtit, quod non eſt in cæteris obligationibus in quibus factum debetur, quia in illis pro rata temporis quo non ſit, ad id quod intereſt ſtipulatio cõmittitur. Hæc ratio non placet, quia illa regula, qui in vno grauatur in alio eſt ſubleuãdus, locum habet, quando ex eadem cauſa prouenit commodum, & incommodum, vt ait Bart. & Dec. in l. ſecundum naturam infra de reg. iur. veluti quia quis eſt agnatus ſuccedit in hæreditate, æquum eſt, vt etiam ſuccedat in onere tutelæ, ſed vt reus committat pænam eſt ex conuentione, quod verò purget ex æquitate, ideo hæc regula in hoc non procedit. Secundo igitur dicit Iaſ. quod non purgat moram in l. 3. in fin. is qui cum lis eſt conteſtata, ſed alius, ideſt reus principalis, ſed & ſi hoc ſit verum purgat tamen in beneficium fideiuſſoris quia ipſe abſoluitur, vnde credo poſſe purgari moram ibi, quia quamdiù quis poteſt defendere nunquam ad pænam committitur ſtipulatio d. l. 3. §. ob cauſam habet enim reus totum triennium ad ſe tuendum l. properandum in princ. C. de iudi. Nec obſtat l. cum quærebatur §. proinde quia committitur reuocabiliter lite conteſt. clauſula de defendendo. Ex antepenul. Bar. opp. colligendum eſt eum qui debet quantitatem reſpectu certæ ſpeciei poſſe ſoluendo ſpeciem liberari l. ſi verò in fin. §. ſolut. matr. Pau. Caſtr. ibi declarat, quando quis dicatur eſſe debitor reſpectu certæ ſpeciei, & ait eum eſſe qui obligatus eſt ad prætium alicuius rei, modo id non ſit definitum nec certum, & ſequitur Iaſ. in l. Titiæ textores §. vlt. ſupra de leg. 1. & ex hac obligatione duo magni ſequuntur effectus, is quem appo-
ſui,

ſui, & Bart. refert, alter eſt quia perempta ſpecie qui eius reſpectu debet quantitatem liberatur d.l. Titiæ textores in fin. & l. quidam §. ſi tibi de leg. 1. Ex penult. Bart. oppo. colligendum eſt delinquentem poſſe purgare delictum, ſed intelligendũ eſt ſi id lex ei concedat, & ita procedit l. hoc ædicto nam prætor niſi reſtituatur res altera à Publicano, vult eum in duplo condemnari, & ita concedit, vt reſtituẽdo pænã euitet, ſed vt ſciatur an per pænitentiam delicti, euitari poſsit pœna, diſtinguendũ eſt, quod in foro poli ſemper licet pænitere capitulo inter claras C. de Sum. Trin. & fid. cath. in foro verò ſæculari, plures caſus ſunt conſiderandi, Aliquando enim quis cogitat delinquere, & non delinquit, & iure ciuili hoc pro delicto non habetur l. cogitationis infra de pœn. ſed in foro conſcientiæ, ſi conſentit delicto perinde eſt, ac ſi deliquiſſet Tres enim gradus ſunt cogitationis. Primus eſt cum in mentem venit delictum, & tunc ſi reſiſtat cogitationi, non modo id delictum non eſt, ſed laus, quia id eſt pugnare cum carne, ob quod errans eſt coronandus. Secundus gradus eſt quando quis prauæ cogitationi non reſiſtit, ſed in ea ſe oblectat, non tamen ei conſentit, & id eſt peccatum veniale. Tertius eſt ſi conſentit, & eſt mortale gloſ. in l. 1. §. pen. in ver. coniugatio de iuſt. & iur. Aliquando & ſecundo quis cogitat, & incipit facere, ſed non perficit, & ſi pæniteat abſoluitur l. qui falſam infra de fall. Si verò non perficiat quia non poſsit, punitur l. is qui cum telo C. de ſicar. l. ſi quis non dicam C. de Epiſc. & Cler. & not. eſt illam legẽ latã eſſe à Iuliano, qui Iulian. Apoſtata conceſſerat vt quiſque matrimonij cauſa ſacras virgines à cœnobijs extraheret, vt habetur in hiſtor. triper. lib. 7. cap. 4. Aliquãdo quis cogitat, & perficit, & nõ eſt locus pænitentiæ l. qui ea mente infra de fur. cum ſimilibus. Ali-

quando quis perficit, ſed non cogitat, & non punitur ſi caret culpa l. alias ſecus l. reſpiciendum §. delinquunt infra de pæn. Cyn. in d.l.ſi quis non dicam ad fin. In cæteris oppo. refero me ad ea, quæ hic tradunt interpretes. Colligendum igitur eſt non purgari moram lite conteſtata, Sed excipiuntur ab hac regula, quinq; caſus. Primus eſt quando quis offert quod petitur, vt ſupra in prima oppo. eſt dictum. Secundus eſt in caſu l.3. in fin. infra iud.ſol. Tertius eſt in l.ſi fundus. §. ſi pluris ſupra de pign.ſed illud eſt quia ſoluta pecunia debitor pignus liberat. l.ſi rem 1.§. nó omnis ſupra de pign.act.& ideo omnia quæ inde pendent reſoluuntur ſicut etiam videmus in l.in diem addicto vbi Bart. ſupra de aqua pluu. arcen. Quartus eſt caſus quando poſt lit. conteſtatam mora contrahitur, vt habetur in l.ſi maior. C. de tranſact. ſed illud eſt, quia quod id in quo mora contrahitur lis non erat conteſtata. Quintus eſt caſus in l.diuus ſupra de in integr.reſt. Quando tamen quis ignorauit ſe debitorem non purgat quidem moram elapſo tempore, ſed petit reſtitutionem in integrum ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur vt no. Bart. in l. cum filius num. 4. ver. quæro hæres ſuccedens ſupra eo. In prima quæſt. Bart. tenet duplicem moram non poſſe purgari pro quo eſt l.traiectitiæ §.de illo ſupra tit.1. & l.ſi mulier. 2. C. ad velle. & l. baliſta ſupra ad Senatuſconſ. trebell. vbi geminatus actus mulctatur ſicut etiam videmus in geminata confeſsione, quæ probat etiam extra iudicium, quod non facit ſimplex confeſsio Bart. in l. cum ſcimus in punct. vbi plura ad hæc propoſita cumulat, Alexan. C. de agr. & cenſ. lib. 10. & ſi dicatur quod litis conteſta. non continet geminatam moram, reſpondetur, quod antequam actor litem conteſtetur ſemper extra iudicium interpellat reum, & ob id duplex

mora

mora contrahitur l.quidam Iberus vbi Paul.Caſt. ſupra de ſer. vr. præd. & ob id inoleuit praxis qua vtuntur actores in libellis in quibus narrant ſe reos interpellauiſſe,& eos recuſauiſſe ſemper ſoluere,vt ibi Pau. Caſtr. declarat, quod tamen pertinet ad tex.noſtrum, at etiam in lit. conteſt. mora interuenerat elapſo die, quo potuit ædificari,vt ſupra eſt declaratum, Et ſi Alexan. conetur dicere moram pro facto interueniſſe, & lit. conteſt. pro intereſſe. Nam vt inquit Iaſ.videntur pro vno,& eodem duæ moræ interceſsiſſe. Alexan.verò hic contrarium tenet per l. 1. ſupra de penu. legat. & quia ſequeretur ſi duplex mora ante lit.conteſt. interueniſſet eam purgari non poſſe quod eſt contra tex. noſtrum. Ego verò amplius credo bis moram non poſſe contrahi, ſed ſemel tantum, quia ſicut nemo poteſt plus obligari, quod debeat l. qui bis ſupra eo. ita nec plus in mora conſtitui quam ſit cōnſtitutus, ſicut etiam videmus in fure qui non poteſt plus eſſe fur quam fuerit, quod pertinet ad rem ſublatam l.inficiando §.infans. infra de furt. & l.ei qui.eo.tit.& ideo ibi dicebat Bar.qui ſi quis hic furetur veſtem, & eam ferat Florentiam non poterit ibi puniri, quia furtum hic tantum factum fuit, & licet contrarium dixerit Bar.in l.ſi dominium §.1.eo.tit. de furt. & in l.ſi abductæ.C.eo.tit. eius tamen dictum damnatur, vt latè tradit Angel. Aret. in tractat.maleficior. in ver.veſtem cæleſtem num.51.& Bal. in d.l. ſi abducta, & ſi d. Alar. in cap. 1. de rap. dicat decem mille fures propter illud dictum Bar. ab aſſeſſoribus humani ſanguinis ſitibundis ad laqueum damnatos fuiſſe. Nec obſtat §.de illo, quia ſupra eſt reſponſum.Non obſtat,quod geminatus actus plus operetur quam ſimplex quia id verum eſt in eo, qui facit ſed hic interpellatus nihil ipſe facit, vnde quoad eum non poteſt plus operari duplex mora quam

ſimplex', teneo igitur rationem Alexan. Nam actor lit. conteſt.manum videtur inieciſſe reo, & præocupaſſe ne mora poſsit purgari,& quia contractũ fuit per lit. cõteſt. l. 3. §. idẽ ſcribit de pecu. Secunda quæſt. vt facilius intelligatur eſt præmittendum clauſulam rato manente pacto id operari,quia cum creditor,debitore in pænam incidente, aut principale debitum, aut pænam petere poſsit,vtrumque autem exigere nequeat,ſed altero debeat eſſe contentus iux.l.reſcriptum ff. ſi pacto ſupra de pact. hæc clauſula operatur vt vtrumque, & pæna, & principale debitum poſsit exigi. l. qui fidem vbi doct. ſupra de tranſact. Item opitulatur tantum ei qui conuentionem obſeruat, non ei qui negligit, vnde emphyteuta qui non ſoluit canonem, non poſſet dicere ſe ab emphyteuſi non poſſe expelli, quia eſt appoſita hæc clauſula,vt no. Bar. in l. cum pater §. libertis ſupra de leg. 2. de quo videas Iaſ. in l. cum proponas C. de tranſact. Hoc ergo ſtante videndum eſt,an prædicta clauſula impediat moram purgari,& Bar. negat per l. 3. §. 1. ſupra de eo quod cer. loco Secundo per l. ſi quis rem ſupra de arb. iuncta l. ſi cum dies infra eod. Tertio per l. ſi quis à ſocio ſupra pro ſocio iuncta l. qui Romæ §. Flauius infr. eo. Quarto,quia & ſi ambigua ſit mẽs contrahentiũ benignior tñ pars eſt accipienda Quinto per c. ponunt de loca. contrariũ l3. tenet Bal. Ang. in l. & ſi poſt tres ſupra ſi quis caut. Petr. à Bel. & Belu. per d. l. qui fidem in qua ſi liceret purgari moram fruſtra induceretur hæc clauſula rato manente pacto. Secundo ſi ſtante mora rei, actor vtrumque vult conſequi per hanc clauſulam impoſsibile eſt, vt mora purgetur, & iuramentum habeat vim clauſulæ rato manente pacto, vt not. Bar. & Bal. in l. ſi quis maior C. de tranſact. ſed. iuramentum impedit moram purgari, vt no. Bart. in d. l. ſi quis maior, ergo &

hæc

hæc clauſula,quia non obſtat l.1.ſupra de eo. quod cer. loco, quia ibi non apparet reum in mora fuiſſe, vnde eam purgat ſi aliud non impediat. Non obſtat l.ſi quis rem quia prætermiſsis aliorum reſponſionibus ibi nullum verbum de purganda mora, & licet in l. ſi cum dies in fin. concedatur morã purgari, loquitur tñ in diuerſis terminis, & ita ad rem non facit d. l. ſi quis rem præterea non erat ibi promiſſa pæna ſi res petita non fuiſſet præſtita,ſed ſi non eſſet obtẽperatũ arbitro, vnde etiam ſi res petatur non propter hoc habetur id quod promiſsũ eſt ſub pæna,vt procedũt termini noſtri.Deinde ibi,ille qui deduxit rem in iudicium eſt ille qui commiſit pænam vnde aliter non habet quod intendit, quia nollet litigare coram iudice, itaque etiam ſi habeat pænam,non habet aliud quod debebatur. Nõ obſtat l.ſi ſi quis à ſocio, nam ibi nullum verbum de purganda mora, & licet in §. Flauius concedatur purgatio moræ diſtat tamen à terminis d.l.ſi quis à ſocia,præterea ibi non habuit actor & rem, & pænam, ſed tantum id quod intereſt, quatenus excedit pænam, vnde ad rem noſtram non facit, Non obſtat argumentum Imol. quia negatur rem eſſe dubiam, moram non poſſe purgari. Non obſtat cap. potuit quia illud eſt ex æquitate canonica, vel dicendum eſt quod illud dominium directum non habere ex pacto, & ob id purgatur mora, quia mitius agitur cum lege, quam cum homine ſecundum communem opinionem. Circa ſextam quæſt. adde Bal.in l.2. num.2. ver. 7. quæritur C. quando lice. ab emp. diſce, qui vult emptorem qui noluit ſtare contractui poſſe purgare moroſitatem, aut factum etiam ſi archam dederit. Prætermiſsis alijs quæſtionib. Bar. quæ difficultate carent vt ſupra expoſitæ fuerunt, deſcendo ad octauam, & pen.quæſt. in qua præmitto ꝙ hæc verba, ſi non ſolueris,

ueris, intelliguntur ſi non ſolueris, vel quia noſis, vel quia non poſsis, iux. no. à Bart. in l. 1. num. 13. ſupra de vulg. ſub. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ſupra de lib. & poſt. & probatur in l. cum proponas. C. de hær. inſt. aliquando ſecundum mentem contrahentium accipiuntur in vno tantum ſenſu, ſi nolueris, vel in alio ſi non potueris, nam ſi apponatur pæna, ſi quis non ſoluerit, ſemper intelligitur apponi, ſi reus noluerit ſoluere, vt probatur in l. pater ſeuerinam, ſupra de cond. & dem. nam creditur apponi pæna caſu quo negligat debitor ſoluere, non autem caſu quo non poſsit, quia tunc euitaret pænam l. ſed ſi alia in princ. ſupra de conſtit. pecu. l. 2. §. 1. ſupra ſi quis cau. & l. qui commeatus infra de re milit. & l. quibus diebus in princ. ſupra de cond. & dem. Si verò non apponatur pæna, ſed debitum in alterum transferatur, veluti des mihi decem, & ſi mihi nõ dederis, des Titio, tũc quia in pænã nihil additur non eſt credendum, quod creditor velit punire negligentiam debitoris, ſed potius caſu quo ſibi ſoluere nequeat, vt ſoluat alij, & ideo tunc hæc verba ſi mihi non ſolueris ſunt intelligenda, ideſt ſi non potueris ſoluere ex mente contrahentium, & ita intelligitur l. 3. §. 1. in fin. ſupra de adim. legat. In quæſt. ergo propoſita à Bart. quando volo vt mihi decem ſoluas, & ſi mihi non ſoluas, volo vt ſoluas viginti fiſco, quia hic eſt duplex pæna, altera quia augeo obligationem, ſi mihi non ſolueris, altera quia duriorem tibi paro aduerſarium, ideſt fiſcum, hæc verba ſi mihi non ſolueris ſunt intelligenda, ſi mihi ſoluere neglexeris, quia magna pæna, vt dixi eſt appoſita, & ideo mora nunquam poterit purgari etiam in dubio propter argumenta à Bar. deducta, & quia ius quæſitum fiſco, cum mihi ſoluere quis neglexit non poteſt amplius tolli. l. vlt. ſupra de pact. l. qui Romæ §. Flauius

uius vbi Iaſ.num. 16. infra eo. Si verò non eſſet appoſita pœna,ſed dictum eſſet,ſi mihi non ſolueris,ſoluas Titio,tunc intelligo, ſi non ſolueris, ideſt ſi non potueris ſoluere,& ideo tunc mora poterit purgari,non eſt enim ius Titio quæſitum, niſi cum mibi amplius ſoluere non poteris, & ideo ceſſat ratio, quæ moram purgari impedire potuiſſet, & ita hanc quæſt.credo eſſe decidendam. Creditor autem,& ipſe moram contrahere poteſt ſi debitore ſibi offerente nolit accipere, cuius mora id operatur,quod re perempta non amplius debitor tenebitur l.qui decem in princ.infra de ſolut.l. ſed ſi alia in princ. ſupra de conſt.pecu.l.ſi ſeruum §.ſequitur ſupra eo.Secundus eſt affectus quia debitoris obligationem minuit, nam ſi de leui culpa tenebatur non niſi de dolo moram faciente creditore tenebitur l.illud ſupra de pericul. & commo, rei vend. Poteſt autem ipſe moram purgare iterum interpellando debitorem, vt ſoluat, & tunc, & modo ſuam moram purgat, & velut pilam à ſe in debitorem ſuum trãsfert d.l.ſed ſi alia. Poteſt ergo craditor & ipſe vt dixi moram purgare, ſi de conſeruanda actione agatur;l.ſi quis ita promiſerit.§.ſeia infra eo. quamquam defendi poſſet illam legem de creditore non loqui, potius enim erat debitor, quia tenebatur Seiæ Titius pecuniam ſoluere,ſi hortos redimere volebat.Quoad ius verò quærendum,& negat Bar.moram poſſe purgari per l.Thais.§.ſi intra ſupra de fideicon.miſſ. lib.qui loquitur quando ſub conditione intra certum diem implenda libertas relinquitur, & difficilius eſt purgare moram poſt conditionem, quam puro exiſtente contractu, quia conditio in forma ſpecifica eſt implenda. l. qui hæredi l. Medius ſupra de cond. & dem.ſed vbi certa dies non eſſet appoſita poſſet defendi, etiam moram poſſe purgari, quo ad ius quærẽdum per l.ſeruus §.1.& l.Sti-

T t chum

chum §.damn.ſupra de ſtat. lib. vbi ſeruus cui relicta eſt libertas cum ſeptennio ſeruierit poteſt ſi fuerit aliquo anno in fuga poſtea ſeptennio ſeruire, nam conſtat ibi determinatam diem non fuiſſe intra quam ſeruiendum eſſet, ſed ſeruus ſimpliciter iuſſus fuerat ſeruire ſeptennio vnde, quocunque ſeptennio ſeruiendo videtur teſtatori ſatisfeciſſe,& ita moram purgare poteſt. An autẽ debitor debeat ire ad domum creditoris purgandę moræ gratia vide Bart.in l.item illa ſupra de conſt. pecun. & ex his, &c.

Secus quam alii ſenſerit cõcinna facti ſpecie è tenebris vendicatur intellectus ad verſicul. Cum autem §.Nummis l. Deductæ ff. Ad ſenatus conſult.Trebellian.

QVamuis lex ipſa de per ſe ſatis aperte atque clarè cunctis pateat,& noſtra non indigeat declaratione attamen verſiculus iſte vltimus huius textus noſtri non ita facile ab omnibus intelligitur; Et ideo facti ſpeciem ad ipſius enucleationem ſtatui in medium afferre,vt omnes intelligant uerum ſenſum,ac proprium huius paragraphi noſtri,qui non ſic ita aperte percipitur vt facillimè ab alijs interpretatur. Idcirco reiectis omnibus alijs huc non pertinentibus dico,quod in hac vltima parte huius noſtræ legis, eſt pro ipſius maiori intelligẽtia, atque ſcientia animaduertendum,quod falcidia hic accipitur pro ipſamet falcidia, quæ detrahitur de particularibus legatis, & fideicommiſſis particularibus;Et caſus ita figurati meo quidem iudicio proculdubbio poteſt nempe quod Teſtator quidam, qui habebat patrimonium ducentorũ videlicet aureorum. Titium atque Sem-

Sempronium heredes inſtituit. Et in hoc patrimonio erant exempli gratia, quædam prædia valoris centum ſcilicet, & viginti aureorum, reliqua uero octuaginta in pecunia conſiſtebant ad complementum ducatorum ducentorum, quæ ſcilicet prædia prælegauit Titio; eumdemque deinde grauauit, vt reſtitueret partem hereditatis ſupradictæ alteri coheredi, à quo tamen coherede multa legata reliquit adeo quod uix erat locus ipſi falcidiæ. Sed quia iam erat ſpecies ipſa prælegata, ſequebatur deinde dicẽdum quod eius dimidiam partẽ quæ erat nimirum valoris ſexaginta retinebat iure hereditario, & ſic imputabat in quartam. Aliam vero dimidiam quã conſequebatur iure pręlegati in quartam non imputabat; Vnde quærebatur vtrum coheres ex iſta dimidia parte pręlegati poſſit ipſam falcidiam detrahere ſicut ex alijs legatis. Et reſpondit Iureconſultus, quod non poteſt detrahi, niſi in ſuperfluo prædiorum; nempè facta prius compenſatione partis hæreditatis reſtitutæ coheredi; quæ fuerat quadraginta veluti aureorum Remanerent idcirco tantum viginti, & iniſtis reſpondet tantummodo detrahendam eſſe falcidiam, & ratio decidendi fuit quia teſtator grauauit heredem cui prælegauerat reſtituere hereditatẽ coheredi,& ſic prius ei prælegauit in recompenſam vt expreſſe habetur in lege lex falcidia §. final. infra eod. hoc titul. noſtro. Ad Senatus conſult. Trebellian.& ex his ſit impoſitus finis verò intellectui huius reſponſio, &c.

l. Filium quem habentem C. famil. Erciſcund. hactenus non ſatis intellecta noua perpenſione docetur.

PRætermiſsis, ac reſecatis omnibus, quæ magis ad pompam.quam ad rem ipſam ſpectare uidentur, recenſendo multiplices nempe Iuriſperitorũ Interpretũ opiniones, deueniendo ad ipſiusmet textus intelligentiam dico,quod pro clariori notitia,huius legis eſt prænotandum,quod Teſtator quidam inſtituerat filios ſuos hæredes, & plures alios extraneos,& prælegauit fundũ vni ex filijs,& Iuſſit vt retento fundo reſtitueret hæreditatem cæteris fratribus, & quibusdã alijs extra reis, ſub quadam cònditione,vnde eueniebat; vt fundum prælegatum ipſe caperet iure hereditario, pro ea parte,qua fuit inſtitutus hæres pro omnibus alijs partibus pro quibus erãt inſtituti alij iure legati.Querebatur quomodo erat deducenda quarta, & quid erat ipſe reſtituturus Reſpondent Imperatores quod in Trebellianicam quã deducturus erat de hereditate quam rogatus fuerat reſtituere imputabit id quod in eo fundo ipſe cæperat iure hereditario: Et quoniam quasdam alias partes fundi cæperat à quibuſdam alijs coheredibus, quibus ipſe erat rogatus reſtituere; Eas ſubiungũt ſupradicti Imperatores cæpiſse vice mutua, & omne id, quod vice mutua accipitur, computatur in quartam l.Neſennius ff. ad leg.falcid. Imputabit ergo non ſolum partem ſuam hæreditariam,ſed etiam id quod vice mutua à coheredibus accepit,& ſi quid deerit deducet de hereditate, non imputatis in quartam ijs partibus fundi quas cæperat ab hijs quibus non erat rogatus reſtituere aliquid; & ſic lex iſta

hacte-

hactenus non ſatis percepta noua germenaque deciden-di ratione ſuo proprio atque priſtino nitori reſtituitur. Cætera in noſtris quotidianis repetitionibus latius eſt videre, &c. Vnde, &c.

Text. in l. Imperium ff. De Iuriſdiction. omn.iudic.præter aliorum Iuriſconſultorum opinionem non minus ſubtili, quam efficaci ratione dilucidatur, atque illuſtratur. Hinc deinde ſumpta occaſione ſeptem, & viginti quæſtiones hactenus non ſatis perpenſæ multorum ſcribentium vtriuſque Iuris interpretum opinione improbata nouo germanoque ſenſu breuiter atq; ſuccinctè examinantur, ac pertractantur.

De

l.Imperium. ff. de iuriſdiction. omn. iudic.

- Et primo Iuriſdictio
  - Latiſſima
    - Quid ſit.
    - An differat à poteſtate
  - Lata
    - Quid ſit.
    - An criminale negotium etiam reſpiciat.
  - Stricta
    - Quomodo à notione differat.
    - Vnde ſit dicta.
    - Quid ſit hæc iuriſdictio.

- Imperium
  - Latiſſimum
    - Quid ſit.
    - An à iuriſdictione latiſſima differat.
  - Latum
    - Quid ſit.
  - Strictum
    - Merum
      - Cur ſit dictum.
      - Quid ſit.
      - Apud quos nunc ſit.
      - An iudicibus propriè cõpetat, vel vſus, & exercitium.
    - Mixtum
      - Cur ſit dictum.
      - Quid ſit.

De

Digitized by Google

Quæſtiones ſingulares, quæ diſputandæ proponunt.

1 *Condere legem.*	*Iuriſdict.*nis *vel imperij meri, aut miſti, vel poteſtatis hæc ſint.*
2 *Membrum abſcindere.*	
3 *Deportare.*	
4 *Relegare.*	
5 *Bannire.*	
6 *Carceri mancipare.*	
7 *Quæſtionibus ſubijcere.*	
8 *Mulctare.*	
9 *Publicare bona.*	
10 *Veniam ætati concedere.*	
11 *Tutorem dare.*	
12 *Tutorem remouere.*	
13 *Legitimare per reſciptum.*	
14 *ſententiæ recognitio ex ſupplicatione.*	
15 *Appellationis cognitio.*	
16 *Reſtituere in integrum.*	
17 *Mittere in poſſeſſionẽ ex 2. decreto.*	
18 *Mittere in poſſeſſ. ex edicto D. Adri.*	
19 *Bonorum poſſeſſinem dare.*	
20 *Decretũ in arrogatione interponere.*	
21 *Decretum in emancipatione infantis.*	
22 *Decretum in manumiſſione,*	
23 *Decr. in alienatione bonorũ minoris.*	
24 *Diſputatio in cauſſa ſtatus.*	
25 *Cauſſæ pecuniariæ.*	
26 *Pœna corporalis loco pecuniariæ.*	
27 *Reſtituere famæ.*	

De

DE Iuriſdictione atque imperio verba facturi,& pro mediocritate noſtra pertractaturi, poſthabitis hijs quæ alias in noſtris quotidianis repetitionibus luculentiſsime, ac diffuſius diuerſis tamen in locis ſæpius pertractauimus, tam ad euidentiam generalem iſtius materiæ, quam ad eius particularem notitiam,atque ſcientiã è re viſum eſt omnia inſimul in vnum congerere ad hoc vt iuris ſtudioſi quæ alias ſparſim ſcripſimus coaceruatim accipiant donec in lucem prodeãt aliarum legum re petitiones iuxta noſtrum conſuetum morem ad partes craſsiore vt dici ſolet mineruа diſputate, & ſic prius explanare quid ſit Iuriſdictio latiſſime, latè atque ſtrictè ſumpta. Deinde vero ſecus, quam alij ſenſerint, noua perpenſione de Imperio differemus. Eſt itaque vt ex hinc exordiamur atque initium capiamus: Iuriſdictio latiſsimè ſumpta illa poteſtas,quæ priuatis perſonis aduerſus ſibi ſubiectas competit, ſicuti illa patris contra filios, & illa patroni in ſeruos, vel libertos ſicuti etiam ſumitur in l. ſerui, & filij, ff. de furt.& apertius in l. ſecunda, C.de lib.& err. liber. Et dicitur hæc iuriſdictio latiſsimè impropriè, non autem vere, & propriè,de hac iurisdictione nos nunc diſputaturi non ſumus,non enim de hac agitur in tit. de iuriſd. omn.iud.in Pand.vel Codice. Iurisdictio latè ſumpta eſt illa poteſtas, quæ magiſtratibus de publico conſtitutis competit, & de qua pertractaturi ſumus,& dicitur hæc ꝓpriè iurisdictio quæ quidẽ aliquãdo ſumitur in genere,aliquãdo verò in ſpecie ſicut adoptio l. 2. de adopt. ſicut cognatio l. inter agnatos ff. vnd.leg.ita pariter legitima hereditas generis & ſpeciei nomen obtinet l. lege obuenire de verb.ſign. iuncta l. tertia,§.de illo pro Soc. Sic denique pactum generis nomen,quandoq; ſpeciei habet l.pr.§. conuentionis de pact.& declarat Dec. in rubr.C.de edend. Iu-

risdi-

Digitized by Google

riſdictio itaque in genere ſumitur, ſicuti in l. prima, in pr. verſ. quæcunque de off. eius, cum dicitur quæcunque ſpecialiter lege, vel S.C. vel conſtitutione Principum tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur: ſumit hic Papin. iurisdictionem in genere, alioquin ſi de iuriſdictione in ſpecie loqueretur, fruſtra dubitaret an ſub illa contineretur merum imperium, quod ab ipſa iurisdictione in ſpecie omnino eſt ſeparatum; ita etiam de hac iurisdictione in genere loquitur idem Papin. in l. prima §. qui mandatam de off. eius, & communem hanc traditionẽ probant text. l. tertia de poſt. & §. ſed hoc iure Inſt. de att. tut. iuncta l. muto §. tutoris datio de tut. confert. etiam text. in l. prima, ff. ſi quis ius dic, cùm Vlpian. dixit omnibus magiſtratibus, non tamen Duumviris ſecundum ius ſuæ poteſtatis conceſſum eſt iurisdictionem ſuam defendere pænali iudicio, &c. Iurisdictionem in genere ſumit hic Vlpian. pro omni illa ſua poteſtate, & imperio, ac ſi dixiſſet conceſſum eſt Prætori tueri ſuam poteſtatem præcepto pænali, atque ita coercitione aliqua; ita pariter ſumitur iurisdictio in genere in l. prima, ſecunda, & l. ſi quis ex aliena ff. de iud. ita etiam in l. ſecunda de iuridict. omn. iud. cum dixit I. C. cui data eſt iuriſdictio, &c. ibi ſumitur pro poteſtate magiſtratus, alioquin excluderet facultatem defendendi imperij cauſſas ſibi commiſsas: & præterea exponi ſic poteſt, cui iurisdictio ideſt iuris dicendi poteſtas data eſt. De iurisdictione in ſpecie loquitur Vlpian. in l. imperiũ in verb. miſtum ff. de jurisdiction. omn. iud. cùm dixit miſtum imperium eſt, cui iurisdictio ineſt hic iurisdictionem in ſpecie ſumit, nam miſtum non conficitur, niſi duæ concurrant ſpecies, ſicuti contingit in mulſo, quod ex duabus ſpeciebus melle ſcilicet, & vino conficitur §. ſi duorum materiæ Inſt. de rer. diuis, & ideo mixtum

imperium dicitur quod partē habet ab imperio, partem à iurisdictione, quæ ſi ineſſet tanquam genus,non faceret nouam ſpeciem, ſicut in homine, cui tanquam in ſpecie ineſt genus id eſt animal, & tamen non dicitur homo miſtus. Et hæc quidem demonſtratio ſolidior eſt: quam ſint illę Dec. ad hanc rem demonſtrandam,mea opinione, quas affert in l. imperium col. pr. Charond. in libello de iurisd. & imp.nu.3.Et primò ait Dec.quod ſi verum eſſet in miſto imperio ineſſe iurisdictionem in genere, ſequæretur idem dicendum de mero imperio, ita merum imperium eſſet miſtum,quod omnino uerbis Vlpian. repugnat. Hæc Dec. conſideratio, & læuis, & cauillosa eſt, nam præſupponit qui in mero imperio inſit iurisdictio in genere, id quod falſum eſt,cùm merum imperium nullum comprehendat iurisdictionem; ſed ab ea omnino ſeperatum eſt, ſicuti ſuis locis dicemus. Secundo inquit Dec.cùm mero imperio ineſt iurisdictio paſſiuè ineſt, ideo non uidetur adaptari ad genus,quod actiuè ſpeciem continet. Eſt falſa hæc argumentatio cū verius ſit genus poſſe contineri paſsiuè ſub ſua ſpecie ſicuti genus ipſum actiuè continet ſuam ſpeciem. Exemplum ſit, homo ſpecies eſt,& tamen continet genus ſuū ideſt animal. , ita è contra,animal abſolutè pronunciatum, vt genus, continet ſpecies,vt hominem,leonem, &c. Tertiò dicebat Dec.quod ſi iurisdictio eſſet genus & imperium ſpecies,ſequeretur quod iurisdictio eſſet maior, & dignior mero imperio, cùm nobilius ſit genus omni ſua ſpecie,& propterea deberet dici miſta iurisdictio non autem miſtū imperiū.Verum reſpōdetur quod iurisdictio quæ ineſt miſto imperio,& ſi inſit tanquam genus, attamen ineſt cauſa ipſius imperij;atque ita quodammodo ei deſeruiens,& propterea non dicitur nobilior ipſo imperio cui deſeruit, arg. l. & ſi non ſint. S.

per-

perueniamus de aur. & arg. leg.& §.ſi quis tamen alienam purpuram Inſt.de rer.diu.Sicuti è contra uidemus iuriſdictionem cui deſeruit imperium,magis conſiderari quàm imperium ipſum l. prima,§.vltimo,& l.vlt. ff. de off. eius, dùm dicitur imperium quod iurisdictioni coheret, mandata iurisdictione transferri. Præterea ſtat ſimul quod genus inſit ſuæ ſpeciei, & quod ſpecies ſit eo caſu nobilior ſuo genere,exemplum in homine, qui tanquam ſpecies continet genus ideſt animal, & tamen illud genus non eſt ipſa ſpecie nobilius. Iurisdictio latè ſumpta ita definitur ab Accur. in l.prima,& ibi Bart.nu. 3.de iurisdictio omn.iud.vt ſit poteſtas de iure publico introducta, cum neceſsitate ius dicendi, & æquitatis ſtatuendæ,Quæ ſanè definitio cõtinet genus, & ſuas differentias, nam genus eſt verbum illud poteſtatis, l poteſtatis ff. de verb.ſign. vbi Alc. & probat tex.noſter,ibi merum imperium eſt habere gladij poteſtatem, & l. 2. §.populo deindè de orig. iur. Differentiæ cauſsa poſita ſunt illa verba, de iure publico ad differentiam ſcilicet illius iurisdictionis quàm habet dominus in ſeruum, & pater in filium,quę quidem iuris priuati eſſe dicuntur Hæc autem materia iuris publici eſſe dicitur l.p.§.huius ſtudij de iuſt. & iur. & l. 2.§. poſt originem de orig. iur. Præterea illa verba, cum neceſsitati, iuris dicendi, poſita ſunt ad differentiam illius iurisdictionis, quam exercet dominus in ſeruum,& pater in filium, quæ quidem neceſsitatem exercitij ſui non continet,cùm tamen noſtra hæc contineat l.de qua re de iud.l. munerum, §. iudicandi de mun. & hon. Verum aduerſus definitionẽ hanc multæ excitantur dubitationes, & difficultates. Prima quod,& illa poteſtas quam habet pater in filium, & dominus, in ſeruum, ac etiam tutores in pupillos iuris publici dicitur l. 3. de ijs qui ſunt ſu.vel al.iur. &

In t. de patr. pot. in princ. vbi de propria poteſtate ita ſcriptum eſt. Et de poteſtate domino in ſeruos probat l. manumiſsiones de iuſt. & iur. De poteſtate vero tutoris probat l. prima de tut. eſt enim tutela munus publicũ auctoritate, priuatum verò vtilitate l. Athletæ ff. exc. tut. l. prima in fi. de mun. & hon. Reſpondetur tamen huic difficultati ex ſententia, Ang. in d. l. prima de iuriſd. omn. iud. quod illa verba poſita in definitione, ex neceſsitate &c. tollunt dubitationem hanc, non enim cogitur pater ius dicere in filios, nec dominus in ſeruos, tam & ſi manus illa regia ab eorum manibus dempta non fuerit l. ſerui, & filii, de furt. l. & ſi certus §. vlt. ad S. C. Syll. extat, & illæ titul. C. de emend. ſer. qua de re Menoch. ſcripſit lib. 2. de arb. iud. caſ. 364. Secunda excitatur difficultas, pretermiſsis de induſtria alijs multis, quod iudex iurisdictionẽ habet in ſibi cõmiſſis ſuo arbitrio, & tamen iudicare non cogitur l. non quidquid de iud. Verùm præter reſponſiones. Curt. Iun. & Bologn. in dicta leg. prima num. 25. de iurisdictione omnin. iudic. reſpondert facilè poteſt, quod in Iudici arbitrio aliqua poſita ita ſunt, vt poſſit is ad ſuum libitum pronunciare, pronunciare tamen cogitur, vt declarat Men. de arb. iud. q. 41. lib. primo vbi comprobauit rationibus. Tertia excitatur difficultas ab Alc. in d. l. 1. n. 18. verſ. 4. deffinitio, ſcribit ille æquitatis verbum quod reperitur poſitum in hac deffinitione eſſe ſuperfluum, cùm ius æquitatis ipſum in ſe contineat, eſt enim ars boni, & æqui l. pr. §. ius de iuſt. & iur. Ita, & ſtatutum iniquum tenet c. omnes de conſt. & ibi Doct. Rurſus ſæpiſsimè Iudex æquitatem non ſequitur, ſed rigorem l. placuit C. de iud. Verùm huic difficultati reſpondetur quod verba poſita in definitionibus, ſuperflua dici non poſſunt, dùm eſſentiam definiri declarant, alioqui dicen-

cen-

cendum eſſet quod iuris definitio ſuperfluè contineret illa verba, boni,& æqui,cùm ſui natura ius bonum ſit,& æquum. Et cùm definitur homo quod ſit animal ſuperuacaneè diceretur animal, ſi verum eſſet quod Alc. ait, ſententiam iniuſtam eſſe ſententiam, & ſtatutum iniuſtū eſſe ſtatutum, concedimus eſſe verum, donec vſquè detegatur iniuſtitia: nam interim pro illis ſtat præſumptio, l.Herennius §.Caia de euic.cùm ſimil. Quod verò dixit Alc. Iudices perſæpè ſequi rigorem d. l. placuit, intelligitur vt quò ad ſe per æquitatem iudicare debeant, & ſi iuxta rigorem in lege ſcriptum iudicent,Iudex enim ſolicitus eſſe debet, vt pro negotiorum qualitate æquitatem ſequatur l. ſed & ſi quis §.idem habeo de relig.& ſumpt. fun. Alber.Bologn.de iur.& æquit.cap. 33. qui declarat,& ſpectatur quod fieri debet, non autem quod fit d. l. pen. de iuſt. & iur. Hæc itaquè recepta magis Accur. definitio defendi iure poſſet Et plures alias definitiones commemorare poſſem, ſed de induſtria, ne temporis tantum conteram, prætereo. Diffiniri autem præter cœteros ita poteſt; Iurisdictio latè ſumpta eſt poteſtas iuris reddendi, vel decernēdi,vel iudicandi inter diſceptantes de ciuili, & criminali negotio. Dixi etiam de negotio criminali, cùm iurisdictio late ſumpta contineat cauſas criminales ſicuti affirmarunt gl.in §. iusiurandum in fi. in verb. iurisdictione Auth de deff. ciuit.Bal. in tit. de pac. Conſt.in prin.in ver. nos Romanorum,in ver. iurisdictione Bart. hic nu. 4. Dec. num.26. Coras. Rubr. huius noſtri tit nu. 3. Duar. lib. 1.diſp. ann.cap. 53. in fi. Charond. de iurisd. & imp.num. 11. Gillot. de iurisdict. & imp. lib. pr. cap. vlt. & Gouan. lib. ſec. de iurisd. pag. prima. Ex horum itaque ſententia conſtituitur hęc iuris concluſio.Iurisdictionem latè ſumptā reſpicere, & continere cauſas criminales. Quæ ſanè tra-

ditio

ditio multis ita probatur, Primo ex l. 1. §. qui mandatam de off.eius, dum dubitat Papian. an mandata iuriſdictione à Proconſule ſuo legato, tranſeat, & merum imperium quæ ſanè dubitatio ſuperuacanea eſſet, ſi iuriſdictio latè ſumpta, vtrãq; cauſã pecuniariã.ſ.& capitalẽ nõ cõtineret. Et cõfirmatur ex d.l. 1. in princ. perpẽdẽdo verba illius textus, vt ſupra in initio declarauimus ac etiam in eo exemplo publicorũ iudiciorum. Secundo probat, l. vlt.de off. eius cùm ait Paul.quod iuriſdictione mandata tranſit imperium quod non eſt merum,hoc eſt modica cohercitio,ſinè qua iuriſdictio mandata exerceri non poſſet, ergo iuriſdictio hæc, & criminales cauſas continet. Niſi dicamus hoc in reſponſo id dici ex neceſſaria quadam conſequentia, vt ſcilicet cauſa poſſit expediri. Tertio confert inſcriptio tit. de iuriſd.omn. iud. eſt enim ſimpliciter inſcriptus de iuriſdictione, & tamen in l.imperium agitur de mero imperio, hoc eſt de cauſſis capitalibus, cùm merum imperium verſetur in grauiori maleficiorum cohercitione, l.ſolet in prin. verſ. nec enim,& l. ſi quid erit de off. proc.& probat l. 2. §.exactis deinde de orig. iur.Ita etiam legimus in C. eſſe inſcriptum titulum de iuriſd. omn. iud. & tamen in l. 5. illius de cauſas capitalibus agitur. Quarto ex l.pr. §. 1. quod quiſq;iur.qui titulus ſpectat etiã ad eum,aduerſus quem dictum fuit iniqunm ius in cauſis criminalibus: eſſet enim alioqui abſurdum, quod in cauſa ciuili tantum haberet locum, & tamen in d. §.pr.ait I.C. dari aduerſus eum qui ex ſua iuriſdictione ius dixit iniquè. Iuriſdictio ergo reſpicit cauſas tam criminales.quã ciuiles. Quinto accedit tex.in l. diuus la ſeconda ad l. Corn. de falſ. quo loco dicitur Iudicem pro ſua iuriſdictione punire eum, qui ſuſpecta inſtrumenta in iudicio à ſe producta non probauit; Ecce quod iuriſdictio ver-

ſatur

ſatur etiam circa illlam cauſam pænalem l. ſcilicet Corneliæ de falſis. Sexto confert tex. l. 2. §. deinde Cornel. Silla in fi. de orig.iur.cum Modeſtin. ait decem,& octo Prætores illos, inter quos connumerantur, & illi qui cauſsis capitalibus præerant, ius dixiſſe, ius reddidiſſe in Ciuitate Romæ. Iusdicere ergo, quod idem eſt, quod ipſa iurisdictio ad cauſas criminales refertur. Septimo ſuffragatur tex. §. iusiurandum in fi. Auth.de def. ciuit. & ibidem gl. in verb. iuriſdictionẽ Defenſor Ciuitatis exercere poteſt ea quæ ſunt iuriſdictionis ſimplicis, & tamen in d. §. iusiurandum conſtitutum eſt defenſorem non cognoſcere de his quæ iurisdictionem habent quia ad Præſidem ſpectant Iurisdictio ibi cauſas criminales, & ciuiles complectitur, alioquin ad defenſores etiam ſpectarent. Octauo huc pertinet tex.in tit.de pac. Conſt. in prin. verſ. Nos Romanorum, ibi in iurisdictione tàm ciuili,quam criminali. Nono accedit auctoritas Suetonij in vita Aug.Cæſaris c.33.qui ſcribit in hæc verba, ipſe ius dixit aſſiduè, & in nocte nonnunquam & ſi parum capere valeret lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans; dixit autem ius non diligentia modo ſumma, ſed & lenitate, ſi quidem manifeſti parricidij reum ne culeo inſueretur, quo niſi confecti afficiebantur hac pœna, ita fertur interrogaſſe, certè patrem tuum non occidiſti, &c. Vltimo rem hanc comprobat Anton. Aſconij Pediartè in comment. ad Act. 4. de prætore Siticlienſi, cuius verba adſcripſi, itaque poſt hæc duo criminuum genera proſequitur ad extremum de Eraclio ab expreſſis, honoribus, ab inuitis, de Epicrate Bideno, dequè rebus capitalibus, &c. quæ omnia ſunt de iure dicundo. Nec huic receptæ ac verę opinioni repugnat vna argumentatio qua vſus eſt Robertus Archidiaconus lib. 4. ſent. iur. cap. 22. Eguin. Baro de

iuriſd.

iuriſd. & imp. pag. 42. 43. & 44. & Vallaſc. hic n. 34. ea adducti ratione, quod apud Rom. dùm crearentur magiſtratus, tributa eis tantum fuit facultas cognoſcendi, & pronunciãdi de cauſis ciuilibus. Qui ſanè magiſtratus ob id quod ius dicebant, non ẽ iuſdicẽtis cõſequuti ſunt l. pr. ſupra hoc tit. dictiq; ſunt obtinere iuriſdictionem, quæ de ciuilibus tantum cauſſis eſt. Quod autem de cauſis criminalibus non cognoſcerent magiſtratus, vel ex eo intelligimus quod illa dicitur extraordinaria animaduerſio l. vlt. de priu. del. l. vlt. de furt. Quod quidem iudicium certam non retinebat formam, nec vlli certo magiſtratui attributa erat; Eam enim poteſtatem Pop. Rom. apud ſe tantum retinebat, & cùm de crimine erat pertractandum, quæſtores creabat, qui non obſeruato ordine cognoſcerent l. 2. §. exactis deinde regibus de orig. iur. Populo deindè aucto poteſtas hæc animaduertendi in facinoroſos homines, tributa fuit prætoribus nonnullis, ac etiam Præfecto vrbi d. l. 2. §. deinde Cornelius Sylla, & l. pr. de off. præf. vrb. & hi quidem ordinẽ illum extraordinarium obſeruabant §. pr. Inſt. de publ. iud. Non ergo iuriſdictionis verbum ad cauſas ipſas criminales adaptatur. Cœterum huic obiectioni reſpondetur, quod, & ſi certis tamen magiſtratibus permiſſa fuerit à Pop. Rom. animaduerſio hęc, nõ tamẽ indè fit quin ſub nomine iuriſdictionis latè ſumpta cõpręhendatur, nã hoc probat ille met locus Modeſt. in §. deinde Cornel. Sylla, quem ſupra explanaui. Et tex. ille eſt etiam perpendendus dum ait, pręfectum vrbi ius dixiſſe & tamen is Præfectus de cauſis capitalibus cognoſcebat Et apertius probat l. pr. §. in initio de off. præf. vrb. iũ to prin. illius tex. vbi Præfectus vrbi de criminibus cognoſcebat, & tamen in d. §. in initio dicitur. quod extra vrbem non eſt notio; illa dictio, Notio, ſumitur largè pro

iuris-

iuris dictione vt infra dicemus, ergo ſignificat Vlpianus Præfectum in vrbe ipſam iuriſdictionem exercuiſſe. Et quamquam de cauſis criminalibus extraordinaria ſit cognitio, ſeu animaduerſio, attamen ſub iuriſdictionis ſignificatione latè ſumpta continetur, ſicuti probat lex ſi in aliquam §. cùm pleniſſ. ff. de off. proconſ. & leg. cùm ait Vlpian. ad proconſules eorum partes pertinere qui Romæ, vel quaſi magiſtratus, vel extra ordinem ius dicunt, & extat integer ille tit. de var. & extraordinaria cogn. in quo de cauſis pecuniarijs agitur, & tamen extraordinaria cognitio eſt. Extat, & cognitio extraordinaria de cauſis fideicommiſſi, vt probat l. pecuniæ verbum §. actionis de verb.ſign. & ſcribit Coras. in d. §. deindè Corn. Syll. nu.25.& tamen cauſſæ hæ ſub iuriſdictionis nomine continentur l.2.C. qui pot. in pign.hab.& §. pr. Inſt. de fideic. her.& ibi explicat Balduin. & ſcribit Sueton. in Claudio cap. 23. conſueuiſſe Claud. iuriſdictionem de fideicommiſsis quotannis & in vrb. tantum magiſtratibus delegare, cùm antea à Pop. in pepetuum delegari conſueuerit. Nihil ergo repugnat quod extraordinaria ſit cognitio,& tamẽ ſub iuriſdictionis nomine contineatur. Iuriſdictio ſtrictè ſumpta à notione in ſpecie differt, eſt ſanè notio nuda quędã cauſſæ cognitio, ꝙ illis competit quibus nulla conceſſa eſt iuriſdictio l. 3. prætor in prin. de iud.& Cic.in orat. pro domo ita ſcribit, omnis notis Pontificium cùm adoptaret, eſſe debuit. Notionem pro nuda cognitione dixit Cic. cùm Pontifices nullam haberent iuriſdictionẽ ſed ipſorum munus erat animaduertere, an omnia iuſtè & legitimè fuiſſent obſeruata, & hac traditione probarunt Goucan. lib. 2. de iuriſdictione,& imp.& Connan. lib. pr. comment. iur. cap. 6. num. 4. Cùm verò notionis nomen latè, ſicque in genere ſumitur, etiam in genere,

nere, & latè iuriſdictionem complectitur l. ex omnibus de off. Præſ. l. prima, §. initio de off. præf. vrb. l. vlt. in fi. de act. & oblig. l. notionem vbi Alc. de verb. ſign. & l. placet la prima C. de ped. iud. ita etiam dicimus quod cognitionis verbum in genere ſicque latè acceptum, iuriſdictionem continet l. 3. §. cognoſcit de off. præf. vigil. l. 4. de off. eius l. prima, & l. & ſi non cognitio C. ſi con. ius, vel vtil. publ. Cùm vero cognitio in ſpecie, ſicquè ſtrictè ſumitur de ſola nuda cognitione ſumitur l. ſolent de off. proconſ. & leg. Iuriſdictionem à iure, & dictione dici aliqui ſcripſerunt, vt Greg. Haloand. qui inſcriptiones ita edi uoluit, vt cum littera C. excuderetur, dixitque componi ex iure, & dictione, Dictio uero eſt nomen verbale ſignificãs actum ſui verbi, quaſi ſit actus ipſe iuris dicendi, & ob id iuridici dicti ſunt à iure dicendo; vt docuit Eguin. Baro in Rub. C. de off. iuriſd. Alex. & apud Cic. in orat. pro Flacco in optimis Codicibus legitur iuriſdictio, cum hac littera C. Altera fuit opinio nempè Fulg. & Zas. in rubr. de iuriſd. omn. iud. & prius gloſ. §. iuſiurandum in fi. in verb. iuriſdictione in Auth. de def. Ciuit. qui dixerunt iuriſdictionem ſinè littera C. ſcribi, & componi ex iure, & ditione; eſt. n. ditio imperium, & poteſtas §. quorum vtranque uiam in proem. Inſt. l. 2. §. capta deindè Sardin. de orig. iur. & l. 2 C. de lib. & eor. liber. Et apud Vergil. in primo Aeneid.

Vaſtabat Cÿprum victor, et ditione tenebat.

& Cic. in orat. pro leg. agrar. ita ſcribit, Coercere, opprimere, & in poteſtatẽ aliquã, & ditionẽ redigere. Prætereo hic alia Cic. loca. Dicere nos facile poſſumus, iuriſdictionem ſinè littera C eſſe ſcribendam, cùm in genere ſumitur, vt cauſam meri, & miſti imperij, ac etiam iuriſdictionis ſignificet: cùm ditio ſit poteſtas illa, quæ vt generalis omnia complectitur d. l. 2. C. de lib. & eorum

liber

liber. Cùm verò in ſpecie ſumitur ſcribendum eſſe cum littera C. vt ſigni ficat iuriſdictionem illam quæ ſolum verſatur circa cauſas ciuiles,quaſi quod,vt ſupra diximus dicatur ius. Iuriſdictio in ſpecie eſt ſecundum Bar. in l. imperium num. 23. quæ Iudicis officio mercennario ad priuatam vtilitatē explicatur: nam aliquæ extant iuriſdictiones quæ expediuntur, per actiones, quæ tamen publicam reſpiciunt vtilitatem principalem,etiam in qua uis particulari, quemadmodum in interdictis, quæ ob publicam vtilitatem fuerunt introducta, vt eſt de via publica, & ne in flumine publico l. 2. §. publicæ autem vtilitatis de interd. Et tamen hæc per viam actionis expediuntur §. vlt. vbi gl. Inſt. de interd. Præterea, & ſecundo, vel ex eo reijcienda eſt definitio hæc, quod aliqua ſunt iuriſdictionis, vt cauſa ingenuitatis, & libertatis, ex Bar. & aliquorum ſententia, & tamen hæc off. Iudicis nobili expediuntur l. pr. §. per hanc de reiuend. & gl. l. ſi duo in prin.de iure iur.in glo.alteri in fi. Secunda eſt definitio Alc.in l.pecuniæ §.notionis de verb. ſign. lib. 2. paradox. cap. 8. & in d. l. imperium num. 49. cùm dixit iuriſdictionem, eſſe illam, quæ in actionibus verſatur. Verum explodenda eſt hæc definitio,cùm iuriſdictio verſetur etiam in accuſationibus l. pr. §. damus de ſuſp. tut. Præterea petere, & conſequi, ſeu dare bonorum poſſeſſionem in actione conſiſtit, & tamen non iuriſdictionis, sed miſti imperij eſt, vt probat Vlp. hic, dùm declarat quid ſit miſtum imperium. Tertia eſt definitio Duar. lib. prim.diſp. anniuerſ. cap. 53. qui dixit iuriſdictionem eſſe iuriſdicendi poteſtatem, ſiuè licentiam: quæ definitio probat in hac l. in fi. & ex d. l. pr. §.damus, ibi mandata iuriſdictione totum officium iuriſdicendi, Et ab hac definitione non multum receſsit Lorior. de iuriſd. & imp. axiom.38. cùm dixit iuriſdi-

ctionem eſſe officium iuriſdicendi iure magiſtratus conceſſum. Et Eguin. Baro ſupra in Rubr. dixit iurisdictionem eſſe publicam iuriſdicēdi poteſtatem. Et Charond. de iuriſd. & imp. num. 5. dixit iuriſdictionem eſſe iuriſdicendi licentiam, atque ita inquit legi in antiquis Codicibus in d. l. imperium in fin. ſicuti etiam legunt Coraſ. num. 27. & Vigil, in §. præterea Inſt. quibus non eſt perm.fac. teſt. Hæc itaque magis recepta eſt definitio nēpè quod iuriſdictio in ſpecie sūpta ſit poteſtas iuriſdicendi, vel dandi iudicem. Hic intelligunt omnes ius dicere eſſe de cauſis ciuilibus; nam in his dicitur quid iuris ſit, in criminalibus autem verſatur imperium, vt mox dicemus. His ſatis intelligimus iuriſdictionem in ſpecie, & ſtrictè verſari circa cognitionem, & definitionem cauſarum ciuilium. Quo circa conceſſa fuit iuriſdictio hæc illis magiſtratibus, apud quos cauſarum ciuilium cognitio, & defenſio extabat, ſicuti apud Præſides, Prætores, Præfectos vrbis; Quam ob rē etiā apud inferiores magiſtratus, vt Duumuiro l. vnica, ſi quis iuſ. dic. non optemp. apud defensores Ciuitatis §. & iudicare in Auth. de def. ciuit. & apud procuratores Cæſaris l. vlt. ff. de off. procur. Cæſ. Cœteros de induſtria prætereo. De iuriſdictione itaque latiſſimè, latè, & ſtrictè ſumpta concludimus latiſsimè ſumptam ſignificare poteſtatem conceſſam non ſolum publicis, ſed etiam priuatis perſonis. Latè verò ſumptam poteſtatem publicā oſtendere, tam circa cauſas criminales, quam ciuiles, Strictè verò acceptam reſpicere ſolum cauſas ciuiles. Imperium latiſsimè ſumptum tam priuatam, quam publicam poteſtatem continet, & ſignificat l. liber homo la ſecunda in prin. ad l. Aquil. & l. idoneo de teſtibus hinc poteſtas illa quam exercet dominus in ſeruum dicitur imperium l. 2. C. de lib. & eorum liber. & apud Plau-

Plaut. Pſeudo. Nam neceſſe, inquit, eſt hodie Sytioni me eſſe, aùt cras morte exequi, ita herus meus eſt imperioſus, ideſt ſeuerè nimis ſuum in me exercet imperium Hinc etiam imperium latiſſimè ſumptum dicitur illa poteſtas quam obtinet patronus in medicum libertum, qui ei medicinæ operas præſtare tenetur l. medicus de op. lib. vbi legitur imperantes, non autem implorantes, vt legunt Alc. lib. 7. parerg. iur. cap. 13, & Duar. lib. 1. diſp. anniu. cap. 54. & idem ſignificat quod poteſtas l. lege Iulia. ff. ad l. Iul. de vi publ. Et præterea imperium ex ſua latiſsima ſignificatione ſignificat vniuerſam ditionem, ſeu principatum l. vnica §. ſi plures ff. de part. quæ lib. damn. conc. & ita etiam ſumitur in l. prim. de conſt. prin. & l. pr. C. de ſumm. trin. & Coras. lib. 3. miſcell. cap. 17. num. 2. qui & illud Vergilianum citauit.

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane,
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

Imperium ita latiſſimè acceptum non differre à latiſſima iuriſdictione re ipſa, ſed verbis tantum ſcriptum reliquit Cantiunc lib. 2. de off. iud. q. 6. nu. 8. à quo non diſſentit Bologn. hic. num. 8. & probat l. 2. C. de lib. & eor. liber. Inquit tamen Claud. illi iuriſdictionem videri in eo differre ab imperio quod iuriſdictio ſonet in poteſtatem iure regulatam, imperium verò in abſolutam, & coactiuã. Imperium latè ſumptum definitur à Bar. hic num 5. vt ſit iuriſdictio quę exercetur officio iudicis nobili. Vallaſ. ibidem num. 3. addit ad publicam, vel priuatam vtilitatem. Verùm definitio hæc, vel ex eo recipienda non eſt, quod etiam imperium exercetur officio Iudicis mercennario, vt in accuſatione, vt docuit Bart. in. l. Iudex poſtquam num. 2. de re iud. Idem etiam in miſsione in poſſeſsionem ex primo decreto vt infra demonſtrabimus in definitione meri imperij.

Et

Digitized by Google

Et propterea ait Bart. imperium eſſe iuriſdictionem cùm tamen ab ea differat; Niſi dicamus Bart. accepiſſe iuriſdictionem in genere. Secunda eſt definitio quam attulit Bologn. in d.l. imperium num. 49. imperium eſt, ait ille iuriſdictio quæ ex ſolo motu Iudicis ſuper perſequutionem expeditur. Verum obſcura, & falſa eſt definitio hæc, nam excluduntur actiones ſimpliciter reales, ac etiam accuſationes in quibus verſatur etiam imperium late ſumptum. Tertia eſt definitio Charond. libell. de iuriſd. & imp. nu. 12. qui dixit imperium eſſe poteſtatem, & iuſſum magiſtratus, cui omnino parendum eſt. Cæterum nec definitio hæc recipienda eſt, cùm iuſſus domini in ſeruum ſit eiuſmodi, vt parendum ei omnino ſit, & tamen non eſt imperium late ſumptum. Quarta eſt definitio Lorioti de iuriſd. & imp. axiom. 15. poſt Gillot. quem commemorat, vt ſit hoc imperium iuſſus cui obtēperari oportet. Sed eadem ratione qua, & præcendens definitio confutatur. Quinta eſt definitio Goueani de iurisd. & imp. qui ita definit imperium eſt poteſtas magiſtratus faciendi ea, quæ priuatus facere non poteſt. Verùm ita definiendo hoc imperium nihil differret à iuriſdictione latè ſumpta, cùm & illa ſit poteſtas magiſtratus. Sexta itaque, & vltima definitio afferri poteſt, imperium eſt poteſtas magiſtratus iubendi, & cohercendi, quæ tam circa cauſas ciuiles, quàm criminales verſatur. Dixi eſſe iuſſum, quia imperium verè nil aliud eſt, quam præceptum quoddam à ſola voluntate imperantis pendens, & dixi verſari tam circa cauſas ciuiles, quam criminales, ob ea quæ infra explicabimus in definitionibus meri, & miſti imperij. Imperium merum cur dictum ſit ambigitur, duæ sũt præcipuæ opiniones vna eorum qui dixerunt merum imperium dici ſummũ vt quia vehementiſsimum; qua in opinione fuit Gouean.

uean. de iuriſd.&imp. poſt alios nonnullos. Et videtur ſatis manifeſte probari in l.vnica ff. de off.præf.præt.vbi poteſtas Dictatoris ſumma appellatur,& tamen poteſtas illa in animaduerſione conſiſtebat l. 2. §. populo deindè aucto de orig. iur. Et confert locus Cic.pro Cecin. ideo, inquit, quod omnia iudicia aùt diſtrahendorum, aùt puniendorum maleficiorum reperta ſunt, quorum alterum lenius eſt propterea ꝙ minus lædit; alterum eſt vehemẽtiſsimum,quod & ad grauiores res pertinet, & vim Iudicis ſeueritatemque requirit. Et forte hoc illud eſt quod dixit Paul. in l. vlt. de off. eius, cum ſcripſit modicam illam cohercitionẽ non eſſe meri imperij, ſentiens merum imperium poſitum eſſe in graui, & vehementi caſtigatione. Ita in ſimili dicimus illud eſſe merũ quod ſummum eſt,vt in l.ſi quis forte de pæn.dixit I.C. meram rationem pro ſumma ratione. Altera fuit eorum ſententia qui ſcripſerunt imperium merum fuiſse ea ratione dictum,quod admiſtam non habebat iuriſdictionem, atque ita non eſt à iuriſdictione concomitatum, Ita ſenſit Bart. in l. imperium num. 6. & apertius Abb. in c. quod ſedem col. 2.de off. ord. Hoc ſequuti ſunt Coraſ. num. 6. & lib. 3. miſcell. c. 17 num. 3. Lotiot. axiom. 4. Duar. lib. pr. diſp. ann. c.53.Char. de iur.& imp. num. 13. & Rubert.Aurel. lib.4. ſent. iur.cap.22. Quorum ſententiam manifeſtè probant l. noſtra verſ. merũ,iuncto verſ.miſtum;& l.p.§.vlt.& l.vlt.de off.eius, Ita etiam dicimus meram pænam, quæ nullam rei, aùt cuius intereſt proſequutionem continet l. vnica in fin. ſi quis iuſtè non obtemp. & §. ex maleficiis Inſt. de act. Ita merum factum dictum dicimus quod eſt ab omni datione ſeparatum l.qui res §.mihi Romę de ſol. Et mera conditio illa appellatur quæ ſine miſtura dandi, vel faciendi conſiſtit l. cum ſeruus de cond. & dem. & hæc

ſen-

ſententia mihi magis probatur. Imperium merum variè a noſtris definitur prima eſt definitio Bart. in hac l. imperium num. 6. qui dixit imperium merum eſſe iuriſdictionem quæ exercetur officio iudicis nobili, vel per actionem publicam vtilitatem reſpiciens principalem. Sed à multis reprehenditur, vt ſcribunt Alc. num. 62. Longouall. num. 12. & I oriot. de iurisdiction. & imp. axiom. 9. Primo in eo dùm dicitur hoc merum imperiũ conſiſtere in off. Iudicis nobile, quia iſtud ſinè actione exercetur l. qui per colluſionem §. pr. de act. empt. & l. 1. §. ad nutriciam de var. & extraord. cogn. Et tamen cohercitio, & alia quæ meri imperij ſunt, ſine actione, ſeu accuſatione regulariter non fit c. inquiſitionis §. 3. verſ. quinimmo de accuſ. ne ſit idem Iudex cum accuſatore contra c. qualiter verſ. ex quibus de accuſat. Secundo eſt falſum quod dictum eſt à Bar. merum imperiũ principaliter reſpicere publicam vtilitatem, nam delictorum cohercitio, quæ meri imperij eſt l. ſolet in prin. de off. procons. & leg. ſolum in conſequentiam publicam reſpicit vtilitatẽ l. ita vulneratus in fi. ad. l. Aquil. nam priuata ſunt delicta, nec omnibus accuſandi ius competit, vt inquit gl. in Rubr. off. de pop. act. quod ſanè ius competeret ſi principaliter publicam vtilitatem reſpiceret l. 3. § vlt. de nou. op. nunc. Secunda eſt definitio Ang. qui ſcripſit merum imperium definiri ab Vlpiano in hac l. imperium cùm dixit eſſe habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, vt ſcilicet ſit poteſtas cognoſcendi, & iudicandi de quibuscunq; cauſis criminalibus Placuit hæc definitio Alc. in hac l. imperium nu. 77. & lib. 2. parad. c. 7. Coraſ. hic num. 6. & lib. 3. mil. cll. c. 17. num. 8 Duar. d. lib. 1. cap. 13. Longouall. num. 49. Reb. Aureol. lib. 4. ſent. iur. c. 22. qui tamen dixit eſſe potius deſcriptionem

nem quam definitionem. Quæ ſanè definitio, vel deſcriptio, & mihi placet. Dixit Vlpian. eſſe poteſtatem, quod, eſt ſanè loco generis poſitum, cùm poteſtatis verbum, vt iam diximus, amplum ſit l. poteſtatis verbo de verb. ſign. Dixit gladij vt ſignificaret maiorem, & ſeueram ipſam poteſtatem. Habuit gladij hæc poteſtas originem ab ordinatione Aug. Cæſ. Cùm enim ille Rom. imperium aſſumpſiſset ne ſolus imperare videretur, prouincias Pop. Rom. ſubiectas diuiſit, & partē ſub ſua adminiſtratione retinuit, vt Luſitaniam, Lugdunensē, Celticam, Cyprum, & alias nonnullas: partē verò voluit ſubeſſe adminiſtrationi ipſius Pop. Rom. Magiſtratus itaque qui à Pop. Rom. ſuis in prouincijs mittebantur, ſine veſte militari, ac ſinè gladij poteſtate mittebantur, & hi appellabantur Proconſules, de quibus in tit. de off. proc & leg. Magiſtratus verò qui à Cæſare ſuis in prouincijs mittebantur, quique, vel Præſides, vel Propretores dicebantur ij veſtibus militaribus inducbantur, gladioque cingebantur. Hoc ipſum gladium quo Præſides iſti cingebantur ſignificabat poteſtatem ſibi datam eſſe animaduertendi in facinoroſos, ita manifeſtè legitur apud Dionem lib. 53. Hiſt. Rom. Eandem poſtmodum gladij poteſtatem conceſſerunt Impp. alijs magiſtratibus prouincialibus, nempè Proconſulibus l. ſolet de off. proc. l. illicitas §. qui vniuerſas de off. præſid. Iſti gladio tantum, non ſecuri, non telo, non laqueo, non etiam veneno poterāt animaduertere l. aut damnum §. pr. de pæn. id quod eſt ſecundum Aug. Cæſ. ordinationem; ꝙ etiā temporibus Imperij Caracallæ obſeruabatur, Is enim vt in illius vita Spartianus ſcripſit, cùm iuſsiſſet Papin. gladio percuti, & à Carnifice ſecuri fuiſſet occiſus, carnificem illum reprehendit his verbis, gladio, & non ſecuri te oportuit exequi iuſſum meum. Verum il-

li ijdem diui fratres, alio teli genere, vel veneno, vel laqueo, vel ſecuri hos præſides poſſe animaduertere in facinoroſos ſtatuerunt d. l. aùt damnum §. pr. verſ. Diui. Qua ex re intelligimus quod & ea crimina quę alio genere penæ quam gladij plectuntur, ad meri imperij poteſtatem pertinent, ſicuti manifeſtum eſt in parricidio, quod nec gladio, nec ſecuri alioué telo punitur ſed grauiori pœna, vt ſancitum eſt in §. alia Inſt. de publ. iud. & tamen nemini dubium eſt, quin parricidij cauſa meri ſit imperii, cum inter publica iudicia connumeretur d. §. alia: Publica autem iudicia eſſe meri imperii nemo dubitat l. pr. in prin. de off. eius; ita falſi crimen ad merum imperium ſpectat, & tamen falſarius, non gladio, vel ſecuri punitur, ſed deportatione l. prim. §. vlt. ad l. Corn. de falſ. Quocirca dicimus quod in hac definitione gladii nomine hodie intelligitur, quæcunq; pæna grauis, & capitalis, vt mortis, exilii, deportationis, ac alterius ſimilis cohercitionis, iuxta l. capitalium de pæn. & l. edicto §. pr. de bon. poſſ. Vnum, ac alterum nunc addo, quod aliquãdo leges, vt ſignificent grauiſſima aliqua pæna, certum atrox crimen vendicari, dicut iura gladio armari, vt in l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt. ſicut etiam in l. cùm vir. C. ad l. Iul. de adult. ad cuius explanationem videndi vobis Iac. Ræuard. lib. 4. var. c. 20. & Hier. Paul. in pract. Cancell. pag. 114. qui nouo ſenſu conſtitutionem illam explicant. Alterum quod nunc addo eſt, gladii pænam, aliquando etiam ſumi pro alio genere pœnæ, quemadmodum eſt illa pœna, qua quis ad gladium damnatur, quod idem eſt, ac ſi diceret ad ludos gladiatorios, & quæ pœna alio nomine appellatur ad ferrum, ita probant l. ſi quis filio §. irritum de iniuſt. rupt. & l. ſi quis mihi bona §. planè de acq. her. iuncta. l. eius qui, vlt. de teſtament. & declarat Hotoman.

man. in comment. verb. iur. in verbo gladius. Dixit etiam Vlpianus ad animaduertendum, &c. oſtendit animaduerſionis verba poteſtatem in caput, & vitam. l. ſi quid de off. proc. l. prima ſ. vlt. de off. eius l. vltima de furt. l. aut damnum §. 1. & l. reſpiciendum §. vlt. de pœn. & l. non dubito § vlt. de capt. & poſt lim. reuerſ. Cæterum aduerſus hanc definitionem multæ obijciuntur difficultates quibus diſſolutis certa erit definitio. Primo obijcit Loriot. axio. 14. quod dictio compoſita non plus ſignificat, quam ſignificent partes illæ ex quibus componitur, vt Inſt. quibus mod. re contr. obl. cum ait Iuſtin. ex his dictionibus meum, & tuum componi mutuum, nec plus ſignificant illa verba compoſita, quam ipſa ſimplicia: atqui imperium de ſe non ſignificat gladij poteſtatem l. 2. in prin. de adopt. ſed ſolum auctoritatem vt ibi, vel iuſſum vt diximus ſupra, ita nec merum de ſe poteſtatem oſtendit l. vnica in fi. ſi quis iuſdic. non obtemp. & diximus ſupra Ergo nec merum imperium ſignificabit gladij poteſtatē, Huic obiectioni reſpondetur immo merum imperium ſignificat gladij poteſtatem, ita manifeſtè ait Vlpianus hic: Et falſum eſt, quod hoc verbum merum imperium ſit vnum verbum tantum compoſitum, immò ſunt duo ſeparata, Verbum imperium eſt genus comprehendens omne imperium, quod ſanè genus oſtendit poteſtatem tam circa cauſas ciuiles, quam criminales; cum verò adiicitur merum, ſignificat ſummum, & vehemens illud imperium, quod verſatur circa cauſas criminales. Præterea falſum eſt quod dicebat Loriot. compoſita nō plus ſignificare quam ſimplicia, ex quibus fit compoſitio: nam verius eſt compoſita interdum plus, interdum quid diuerſum à ſuis ſimplicibus ſignificare Quatuor enim modis verba componuntur, vt ſcribit Quintil. lib. 1. cap. 9. Inſt. orat. Primo ex duobus integris, vt, ſuperfiui

ſubterfugi Secundo ex duobus corruptis vt pediſſequus; Tertio ex integro, & corrupto, vt maleuolus, Quarto ex corrupto, & integro vt noctiuagus; quæ ſanè compoſita vt re ipſa videmus, quid diuerſum, & quid plus ſignificant quam ipſa compoſita; ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt hoc compoſitum, ſi modo compoſitum eſt, ex duobus integris, ſignificet quid plus, & quid diuerſum à ſuis ſimplicibus. Secundo mouet dubitationem Loriot. axio. 14. quod gladii pœna vitæ ademptionem ſignificet l. aut damnum §. 1. de pęn. & hæc dicitur pæna à cæteris cohercitionibus ſeparata, l. ſolet verſ. nec enim de off. proc. atqui merum imperium dicitur de aliis cohercitionibus præter mortis naturalis pænam, ſicuti de deportatione, relegatione, & ſimilibus: ergo Vlpianus hic non definit merum imperium, ſed vnum caſum tantum, vnumque effectum meri imperii ponit. Cæterum reſpectu gladii ſignificationem ab Vlpiano latè ſumi, vt omnem pænam capitalem, ſiue de vitæ ademptione, ſiue de deportatione agatur comprehendat, Nec repugnat. l. aut damnum §. 1. de pæn. quia ibi fit diſtinctio inter vnã, & alteram pænam, & ob id nomen gladii ſumitur in ſpecie; ita etiam in l. ſolet verſ. nec enim ſumitur in ſpecie, vt quid ſeparatum ab illa cohercitione, cuius ſtatim meminit. Tertio difficultatem hanc excitauit Loriot. d. axiom. 14. quod illud verbum ad animaduertendum &c. intelligi non poteſt pro cognitione, & exequutione quando quidem animaduertere eſt iam damnatos afficere pæna ipſa. l. nõ dubito in ſi. de capt. l. 4 §. item Diuus de ſicar. In damnatos autem non cognitio, ſed exequutio verſatur l. ſi quis fortè verſ. cæterum de pæn. Et ob id animaduertendi verbum in exequutione, non autem in cognitione conſiſtit l. prima, & l. vlt. de cad. punit. Et extat exemplum in legato proconſulis, is enim poteſt de

de criminibus cognoſcere d.l. ſolet in prin.& l. vnica C. de off.proconſ.& tamen non poteſt animaduertere l. ſi quid & d.l.ſolet de off.proconſ. Ergo male dicitur merum imperium definiri,vt intelligatur de cognitione, & exequutione. Verùm reſpondetur Vlpianum vtrumque ſignificaſſe ex illo verbo, ad animaduertendum: Nam verbum animaduertere,vel in eo differt à verbo punire, quod punire dicitur ſiue iure,ſiue iniuria; animaduertere verò ritè, & rectè,ita Laur.Vall.lib.3.elegant cap.69. & Coraſ.in l.2.§.ex actis deinde Regibus num.16. de orig. iur.Ritè autẽ & rectè pæna affici quis non diceretur,niſi prius fuiſſet cognitio cauſæ, ergo Vlpianus per verbum animaduertendi, ſignificauit cognitionem, & exequutionem. Tertia eſt definitio conſiderata à Gillot.lib.2.de iuriſd.& imp.cap.5.vt merum imperium ſit iuſſus cui obtemperandum eſt, nulli iuriſdictioni, ideſt nulli cauſæ cognitioni coniunctum: & ab hac definitione non diſſentit Chaſ ond.de iuriſd.& imp.num. 15. qui dixit merum imperium eſſe puram poteſtatem, nulla immiſta iuriſdictione, id eſt cognitione. Vult ergo Gillot. merum imperium conſiſtere in ſola exequutione ſiue cauſa ſit criminalis: ſiue ciuilis; nam in ea exequutione neceſſaria non eſt cauſæ cognitio l.ſi quis fortè de pæn. Et ea eſt ratio,ne poſt cognitũ crimen,aliqua arte,& dolo,pæna effugiatur l.cum reis C.de pæn.immò à lata ſententia amplius non receditur l. Iudex poſtquam de re iud.Et hinc dicimus quod datus exequutor non poteſt adhibere aliquam cauſæ cognitionem,ſed exequi debet mandatum,vt latiſſimè diſputat Marant. in ſua prima diſput. Cæterum dubia eſt hæc definitio quia immo in mero imperio conſideratur præcedens aliqua cognitio de admiſſo crimine, alioqui non eſſet imperium iuris, atque ita iuſtum, ſed impium,& iniquum.Cognitionem

autem

autem de crimine verſari in mero imperio probat l.ſolet & l.ſi quid de off.proconſ.& clarè text.l.prima in princ. verſ.& ſi familia de off.eius.Quæ ſanè cognitio ob id nõ adhibetur in ipſa exequutione,quia iam ante commiſſam exequutionem adhibita illa fuit, alioqui exequutio malè mandata fuiſſet l.prima C.de exeq.rei iud.Et ſi exequutio nulla,antecedente cognitione,commiſſa fuiſſet, tanquam de facto mandata, eſſet nullius, aut ſaltem infimæ auctoritatis.l.ſicut proponis,& l.pen C.de exeq.rei iud. quandoquidem per carnificem potius,quam per ipſum magiſtratum exequi diceretur l. vlt. de iud.Ius autem gladii ſummum eſt, & maximis tantũ magiſtratibus conceſſum, & maxima cum prærogatiua l.prima de off.eius. Quo circa valdè abſurdum eſſet dicere, quod tanta vis, & poteſtas data eſſet ſine aliqua cognitione iux.l.vlt. C. vbi & ap. quem. Hac in re, an ſcilicet gladii poteſtas, ſeu merum imperium includat cognitionem vel non; Ego tria tempora ſoleo cõſiderare Primum quando vel lex,vel Princeps concedit magiſtratui merum imperium, ideſt gladii poteſtatem, & tunc dico includere cauſæ cognitionem Ratio eſt manifeſta,quia alioquin abſurdũ eſſet,quod tanta vis, & poteſtas data eſſet ſine cauſæ cognitione iux.d.l.vlt.C.vbi & ap.quem. Et præterea ne huic magiſtratui detur anſa delinquendi, vt mox dicam. Et rurſus quia eſſet infima auctoritas, eſſet enim potius exequutor,quam magiſtratus,ex d.l.vult.de iud. Hoc in caſu procedit eorum opinio, qui dixerunt merum imperium continere iuriſdictionem. Secundum eſt tempus,quando hic magiſtratus agit,de exequendo hoc mero imperio,ideſt hac gladii poteſtate,vt puta vult in homicidam animaduertere, Hoc etiam caſu merum imperium habet annexam cognitionem Eſt enim cognoſcendum, an homicidium fuerit commiſſum, & quomodo,

alio-

Digitized by Google

alioquin iniqua, & iniuſta eſſe poſſet exequutio ipſa contra l.prima C.de exq.rei iud.& dixi ſupra quod animaduerſio præſupponit rectitudinem quandam, quæ in cognitione verſatur. Hoc etiam caſu procedit opinio eorum qui dixerunt merum imperium comprehendere hanc cauſæ cognitionẽ. Tertium eſt tempus quo pronunciatur à magiſtratu hoc ſuum imperium, vel ab exequutore exequẽdum eſt, quo caſu imperium ſeperatum eſt ab ipſa cauſæ cognitione; nam fieri poteſt vt cauſæ cognitio adhibita ſit per alterum, quam per ipſum magiſtratum imperantem, vt eſt exemplum in d.l. ſolet in princ. Ita etiam cum exequendum eſt imperium reiicitur cauſæ cognitio d. l. ſi quis fortè verſ. cæterum de pæn. Et ratio eſt quia iam cauſæ cognitio adhibita fuit per ipſum magiſtratum qui imperauit, vel per alterum eius nomine, vt in legato Proconſulis, Et hoc in caſu procedit opinio Gill.& ſequentium, dicentium merum imperium eſſe poſitum in exequutione, quia reiicit omnem cognitionem. Quarta eſt definitio quam ego ita conſidero, merum imperium eſt poteſtas, vel iuſſus magiſtratus caſtigandi facinoroſos homines, cui cauſæ cognitio cohæret. Dixi poteſtatem, vt ſignificarem facultatem illam ſumptam in potentia, & abſtractu, antequam ſcilicet magiſtratus deuenit ad actum imperandi iubendique. Dixi vel iuſſum vt oſtenderem præceptum ipſum deductum ad actum. Dixi cauſæ cognitionem cohærere, quia verè cognitio cohæret, cum magiſtratus imperando non adhibita cauſæ cognitione, iniquè, & iniuſtè pronunciare poſſet, & nudus exequutor, atque viator diceretur, iux. d.l.vlt.de iud. Imperium merum apud quos ſit? dicam prius apud quos olim fuerit, denique apud quos nunc ſit. Illud autem ante omnia ſciendum eſt, nos aduerſus Bart. hic nu. 7. & ſequaces, nullam conſtituere diffe-
rentiam

rentiam graduum meri imperij, ex ſententia Longouall. nu. 127. & Gillot. lib. 2. cap. 7. ac Loriot. axiom. 11. Ea ratione hoc dicimus, quia & ſi aliqui ſunt magiſtratus, quod maius imperium cæteris habeant l. 4. de off. Præſ. ſicuti Conſules, & Prætores, vt ſcribit Gell. lib. 13. noct. act. cap. 13 Hoc tamen procedit, quando inter magiſtratus fit comparatio d. l. 4. & l. iudicum de iud. & plus, & minus non conſtituunt diuerſas ſpecies l. vltim. de fund. inſtr. Imperium itaque merum olim fuit Apud Dictatores l. 2. §. pop. deinde aucto, de or. iur. Apud Conſules, & Proconſules d. l. ſolet, & l. ſi quis de off. proconſ. & l. prima de ter. mot. Apud Prætores l. 3. §. deinde Cornelius Sylla de or. iur. l. 1. in prin. verſ. & ſi à familia de off. eius, & l. libellorum de accuſ. Et inter multas bonorum auctorum auctoritates vna eſt apud Plutar. in vita Cicer. cum ſcribit Licinium Macrum peculatus, & Manlium repetundarum apud Prætorem fuiſſe poſtulatos. Apud Præf. vrbi erat merum imperium l. 1. de off. præf. vrb. l. 2. de in ius voc. & l. prima §. generaliter de pæn. & l. nam ſalutem §. cognoſcit de off. præf. vigil. ac etiam in l. vlt. C. eod. vbi Præf. vigilum remittit ad Præf. vrbi eos, quos grauiter noctis tempore erraſſe reperit. Apud Præſides Prouinciarum erat etiam merũ hoc imperium l. illicitas §. ſicuti & §. qui vniuerſas de off. Præſid. & l. ſi quis fortè de pæn. His enim vt antea ex Dione lib. 53. hiſt. Rom. diximus, à Cæſ. Auguſt. data fuit Imperij poteſtas. Nec repugnant l. prima §. à præfecto de leg. 3. & l. ſi quis filio §. eius qui deportatur de iniuſt. rupt. teſt. & l. 2. de pæn. vbi Præſes non poteſt deportare, ergo nec morti tradere: nam reſpondetur ex ſententia Coraſij in d. §. qui vniuerſas in fin. Præſidem non deportare in inſulam, quam non habet in ſua Prouincia, ſi autem haberet, deportare poſſet l. inter §. 1. &

§. Præ-

Digitized by Google

§. Præſides, & l. relegatorum §. 1. de interd. & releg. Præfectum quoque Auguſtalem merum obtinuiſſe imperium probat l. prima de off. Præf. Auguſt. cùm ait hũc Præfectum habuiſſe par imperium cum Proconſule, & apertius probat l. 2. C. de off. Præf. Auguſt. Hodie merum imperium ſine controuerſia reperitur, primo apud ſupremos Principes, & apud ſumm. Pontif. Cæſarem, & Reges: nam ſicuti Pontifex, & Cæſar, vnus in ſpiritualibus, alter in temporalibus, ſunt totius Mundi Domini, iuxta l. deprecatio ad l. Rhod. de iact. qua de re poſt non nullos benè eruditos I. C. dubitauit Menoch. in conſ. 2. nu. 98. ita etiam Reges ſuo in Regno dicuntur Monarchæ, vt ait Bal. in l. exemplo C. de probat. & in rubr. quę ſint regal. in vſib. feud. Secundo merum imperium eſt apud Duces, qui in ſuis Principatibus iura Imperij obtinent, ſicut de Duce Mediolani ſcribunt Rom. ſing. 457. Ang. conſ. 217. De Duce Sabaudiæ, & alijs multis ſcripſit Menoch. d. conſ. 2 nu. 65. & ſeqq. Tertio reperitur merum hoc imperium apud illos magiſtratus, qui Prouinciis præſunt, ſicut olim erat apud Prouinciæ Præſides d. §. qui vniuerſas, & ſupra dictum eſt. Nec obſtat l. prima in prin. de off. eius, quo loci ait Papinian. merum imperium competere iis, quibus ſpecialiter à l. vel S. C. conceſſum eſt, quæ ſanè ſpecialis conceſſio hic facta non reperitur. Nam reſpondetur ſatis ſpecialem, & nominatam cõceſſionem cenſeri factam eo ipſo quod magiſtratus iſte fuit præpoſitus Prouinciæ, cui cohæret merum hoc imperium iam à ſupremis Principibus collatum, vt declarat Bar. l. prima nu. 3. C. de metrop. Berit. lib. 11. & Ang. in l. vlt. C. de præſcr. long. temp. Quarto merum imperium extat apud Magiſtratus illarum Ciuitatum, quæ vel conceſſionibus Principum, vel præſcriptionibus, ſunt imperium hoc conſequutæ, vt Rom. ex

ſententia Bar.hic nu.7. ex l. prima §.cum vrbem de off. Præf. vrb. Et Roma eſt communis patria l. Roma ad municip.atque ita caput Prouinciarum dicitur,ita etiam Brixia, Mantua, Verona, Vicentia,& aliæ nonnullæ,quę enumerantur in tit. de pac.Conſt.§. nomina, His enim conceſſum fuit merum imperium vt docuit hic Bart. nu 7.& in l.prima nu.3.de damn.inf. quem cæteri penè omnes ſequuti ſunt. Cæterum diſſentit Bal.in cap.1.de nat. feud. cuius opinio videtur ſatis probari ex verbis illius Conſtitutionis de pac.Conſt.§. 1.ibi ſicut ab antiquo habere conſueuiſtis, vel habetis: quæ ſanè verba ſunt relatiua,& confirmatiua poteſtatis, & meri imperii iura competentis his Ciuitatibus, & propterea ſi confirmat nil noui tribuit, & dum refert, fides non adhibetur,niſi de relato conſtet Auth.ſi quis in aliquo C.de eden. Verum reſpondetur quod quando verba hæc, ſicut, prout,ſecundum,& his ſimilia; quæ ſui natura ſunt relatiua, proferuntur ab eo, qui poteſt ea de re ſuper qua prolata ſunt, aſſertiuè, & diſpoſitiuè ſtant, non autem relatiuè,ita docuit Bart.in l.admonendi nu.7.de iur.iur.& declarat Dec.in d.auth.ſi quis aliquo nu.40. Ita etiam Papia merum imperium conſequuta fuit ab illo Federico Primo Aneobardo,vulgo Barbaroſſa; nam cum Ciuitas hæc conſtantiſſimè ſemper ſequuta eſſet Cæſaris partem,ab illo Comitatus dignitate, cum meri, & miſti imperij poteſtate illuſtrata fuit,vt teſtatur Bald. in cap.1.nu.5.de nat.ſucc. feud. Quinto merum imperium extat apud Ciuitates, quæ ſunt liberæ, & quæ loco Prouinciarum habentur, ſicuti de Ciuitatibus Florentiæ,Piſarum,ac Senarum ſcribunt glo. in l.vlt. C. de præſcr.long. temp. in ver. vna Prouincia,& ibidem Bar. & Ang.& Dec.hic num.34. De Municipijs,& Caſtris, & Vicis eſt dubitatio ex ſententia Bar. hic num.7. Dec.

nu.

nu.34.& Abb.in cap. quod ſedem nu. 7. de off.ord.ac Bart.in l.prima col.1.de damn. inf.& Calcan. conſ.26. nu.7. dicendum eſt nunquam obtinere merum hoc imperium ob id quod à Ciuitate ipſa moderatur l. qui ex vico ad munic.l.nulli.C.de Epiſc.& Cler.& l.3.C.de nat.lib. Si verò ciuitati non ſubſunt, tunc eam ſolam habent poteſtatem, quam olim exercebant defenſores Ciuitatum, vt probat ille titulus C. de magiſtr. munic. qui immediatè ſequitur titulum C.de def.Ciuit. Declaratur tamen vt habeat locum quando Caſtra hæc & Municipia præſcriptione,& conſuetudine acquiſiuiſſent ſibi hoc merum imperium;vt ſentit Bart.in d.l.1. in fin. de damn.inf. & conſ.169. lib.1.& confert tex.l. Vires vbi idem Bart.C.de diuerſ.off libr.12. Idem reſpondit Dec.conſ.197.num.3. cum dixit præſcriptione acquiri his Caſtris merum imperium,& cætera regalia, ſicut ius venandi. Ex ſupradictis ſequitur quod ſupremus Princeps non poteſt aliquid noui ſtatuere in his Caſtris,nec ea inuita Ciuitate,cui ſubſunt,ſeparare; Ex quo illi Ciuitati iam quæſitum eſt merum imperium,& poteſtas in Caſtris illis,ita Alex.conſ.1.lib.5.& Ruin. conſ.39. nu. 17.lib.1. Sextò,& vltimo extat merum imperium apud Rectorem Gymnaſij authent. habita C.ne fil. pro patr. Extat & apud Doctores,vt ibi eſt ſancitum:hodie tamen conſuetudine abolita hæc eſſe ſcripſit Bart. hic numer. Imperium merum quod ijs magiſtratibus, & Iudicibus competit an proprium eorum ſit,an autem ſolum exercitium,ſoluſque vſus? Recepta magis opinio eſt, eorum proprium eſſe,ita Azo. in ſumma C. hoc tit. qui hac de re diſputationem habuit cum Lothario Iureconſ. Et cũ eo tempore Henricus Germanorum Rex Bononiam veniſſet,hac de controuerſia electus eſt Iudex, depoſito prius equo apud ſequeſtrum,vt victori cæderet; Henri-

cus auditis Azone, & Lothario, pro Lothario pronunciauit, & ita Azo equum amiſit; vnde conqueritur præcitato loco Azo ſe amiſiſſe equum, licet non fuerit æquum. Hanc Azon.opinionem probarunt cæteri penè omnes,& communem eſſe atteſtatur Alc.hic nu.69. & lib.1.Parad.cap.6.Et ſi ipſe,vt ſuo loco dicemus, diſſentiat.Bellon.lib.1.ſuppur.iur.cap.1.Coraſ.hic nu.11. & Bologn. nu. 35. Primo ſententia hæc probatur in l.1.in prin.de off.eius, cum apud Pap. eſſet dubitatum, an illis magiſtratibus quibus meri imperii cauſæ commiſſe ſunt, aliis mandare poſſint? Reſpondit ille mandare poſſe, cum iuſta aliqua de cauſa impeditur, vt ob abſentiam: Si ergo hoc merum imperium nõ eſſet apud illos fruſtrà eſſet dubitatum an mandare poſſent, nam nemo dat quod non habet l. traditio de acq. rer. dom. Nec repugnat quod Alc.hic nu.40.ſcribit, Pap.reſpondiſſe hos magiſtratos habere meri imperii exercitationem, quæ vſum tantũ,non autem Dominium ſignificat Et idem legitur in l. 1. de off. Proconſ. ibi poteſtatem exercere,in l.vlt.de priuil.del. & in l.S. C. de off. Rect. Prou.Nam præter ipſum Alc. hic nu.92.reſpõdetur in magiſtratu duo conſiderari,nempè imperium in ſe reſidens,& imperium deductum ad actum, ſeù exercitium: ſicut in quolibet rei dominio cõſideratur rei dominiũ, & ipſius dominij vſus Dicimus enim argentarium ſuam exercere argentariam per ſe, & per ſeruos l. Prætor ait §.1.de eden.Nõ ergo ſequitur habet meri imperij exercitationem,ergo non habet dominium;cũ enim vtrumque habeat, vnum alterum non excludit, ita ſenſit Bellon.d.lib.ſupp.iur.1.cap.1. Et his accedit quod ſi aliter diceremus, Imperator ipſe non diceretur obtinere merum imperium,vt proprium,cum exercere illud dicatur Clem. ne Romani ad fi.de iureiur. Præterea, & ſecundo

do perpenduntur illa Pap. verba, iuriſdictionem ſuam mandant &c. pronomen ſuam dominium ſignificat l. cum ſuæ cum l.ſeq.vbi Bar.de leg.3. & idem Bart.in l. is qui ſuus ff.de manumiſſ.Nec repugnat quod pronomen, ſuam, poſſit intelligi pro vſu, vt inquit gloſ.in l.ſi fundi de cond.ind.vel pro detentione,vt ſcribit gloſ.in l.2.in prin.in ver. non quia Papirius de or.iur.& docuit Iaſ.in Rubr.de oper.no.nunc.nu.6.ita dicimus Canonicus habere prebendam ſuam ratione ſcilicet adminiſtrationis cap. tibi abſenti de præben. in 6. & declarat Dec.in cap.quia V. 8. not.de iud. Nam reſpondetur quod pronomen ſuum, ſecundum ſubiectam materiam aliquando ſignificat dominium, aliquando vſum, aliquando detentionem, & alia ſimilia, vt declarat Bart.in l. Quintus §. argento num.6.7. & 8.de aur.& arg.leg. Hic autem ex ſubiecta materia, & quia verba in dubio ſumuntur in potentiori ſignificatu l.1. §. qui in perpetuum, ſi ag.vect. vel emph. pet. dicendum eſt ſumi pro dominio. Secundo affertur textus l.3.de off.eius,ibi non tamen pro ſuo imperio agit,&c. ergo à ſenſu contrario,cum magiſtratus eſt ordin. pro ſuo imperio agit. Nec huic conſiderationi obſtat Alc. conſideratio hic nu.90.quod in d.l.3.ſumitur imperium pro ſolo iuſſu, ſeù iubendi poteſtate ſumpta in genere,iux. l. liber homo la ſeconda ad l. Aquil. atque ita interpretatur gloſ. in d.l. 3. Et hoc manifeſtius apparet ex eo quod loquitur I.C. ille de legato, in quem merum imperium non tranſit:& illud pronomen ſuum,ob ſubiectam materiam ſignificat ſolum vſum, & detentionem, vt ſupra dixi ex Bart.in d.l. Quintus §.argento nu.8. de aur.& arg.leg. Nam reſpondetur quod ſi imperium in genere eſt proprium magiſtratus, ergo & ipſum merum imperium, quod eſt ſpecies:Et pronomen ſuum,ſumitur in poten

tiori

Digitized by Google

tiori ſignificatu, vt diximus ſupra. Tertio citari ſolet l.4. de off. Præſ. cum ait Vlpianus Præſidem maius imperium habere in Prouincia poſt Principem: Et de Proconſule idem ait ipſe Vlpianus in l. & ideo de off. Proconſ. vt ergo exceptio ſit de genere regulæ. l. nam quod liquide §. pen. de pæn. leg. Dec. in l. 1. nu. 22. de reg. iur. dicendum eſt quod cum Princeps habeat imperium proprium ante Præſidem, quod ſicut in Principe proprium imperium eſſe dicitur, ita etiam in ipſo Præſide. Nec obſtat conſideratio Alc. quod in d. l. 4. imperium ſumitur pro exercitatione, & vſu; nam reſpõdetur quod immò ſumendo in potentiori ſignificatu, intelligitur pro ipſo dominio. Et quod ait Alc. illa verba non eſſe poſita ad excipiendum, ſed potius ad excludendum, vt ſenſus ſit quod Princeps habet proprietatem meri imperij, Præſes verò vſum, & exercitationem, non ſatis hoc conuenit verbis illius tex. quia verè idem imperium tribuit Præſidi, quod Principi, & ſi veniat Præſes ſucceſſiuè poſt Principem. Quarto ſuffragatur tex. in d. *l. illicitas* §. qui vniuerſas de off. Præſ. ibi ius gladij habent, verbũ habere ad ius refertur l. habere de verb. ſign. non autem ad exercitium, quod dicitur eſſe quid facti. Et idem habere in l. ſi quid de off. Proc. Et in l. prima in princ. verſ. etſi à familia de off. eius, & in l. 2. de in ius voc. habet igitur dominium non autem vſum ſolum. Nec hic obſtat quod ait Alc. hic nu. 93. & lib. 2. Paradox. cap. 6. verbum habere latiſſimè ſumi, vt etiam detentionem, & vſum rei ſignificet l. ſtipulatio iſta habere licere de verb. oblig. Et ideo quo ad Principem ſumitur pro iure ipſo, & dominio; quo verò ad magiſtratus, pro ſolo exercitio. Nam reſpondetur in dubio verba eſſe ſumenda in ſua propria ſignificatione l. non aliter de leg. 3. cum ſimil. ac etiam in potentiori ſignificatione l. prima §. qui

in perpetuum ſi ager vect.vel emph.pet. verbum itaque hoc habere pro iure, & dominio ſumi debet. Quinto adducitur l. vnica de off. Præf. Aug. vbi legitur Præfectum Auguſtalem non prius deponere imperium ſibi datum,quàm ſucceſſor venerit in Prouincia,& in l.ſolet in prin.de off. Proconſ. & in l. nemo poteſt de reg.iur. cum ait, quod nemo poteſt poteſtatem ſibi datam ad alium transferre, & in l.prima §. qui mandatam de off. eius,ibi lege datur,verbum dare ſignificat dominij tranſlationem. l.vbi autem §.vlt.de ver.obl. & in §. ſic itaq; de act. Nec obſtat quod ait Alc. hic nu.91. verbum dare hic non ſignificare dominij tranſlationem ex l.2. de iuriſd.omn.iud. & l.vlt.de off.Prætor. Nam reſpondetur verbum dare ex ſui proprietate ſignificare dominij tranſlationem à qua proprietate in dubio recedendum non eſt,vt ſupra dictum eſt. Nec repugnat tex.d. l.2.qui potius contrarium probat, cum iuriſdictio data, vt ibi, appellatur propria d.l.1. §. qui mandatam, atq; ita verbum dare ſignificat dominii tranſlationem. Et ad tex.d.l.vlt.de off.Prætor.reſpondetur ex ſubiecta materia non impropriari, ait enim ibi I. C. Prætorem non poſſe dare ſe ipſum in tutorem, ibi ſubiecta materia maniſeſtè oſtendit ſignificare non dominii tranſlationem, ſed conſtitutionem,& aſſignationem tutoris ad adminiſtrandum bona pupilli. Sic etiam loquitur l.5. de off. Præſid. Sexto ſententiam hanc præter cæteros comprobo ex d.l.1.§.qui mandatã,cum ait Papinianus, qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit proprium nihil habet,ſed eius &c.dictio,ſed ex ſui natura aduerſatur præcedentibus in totum,vt ſcribunt Bart.in l.Lucius §.quæ habebat ad Treb.in l.hoc amplius §.de his nu.1.de dãn. inf.& Gomeſ.in §.actiones autem num. 16.Inſt. de act. cum ergo ait Papinianus iuriſdictionem non propriam dele-

delegati, aduerſatiua, quam ſubiungit, ſignificat eſſe propriam delegantis, Et licet eo loci loquatur Papinian. de iuriſdictione, attamen idem dicendum eſt in mero imperio, cum diuerſa ratio reddi non poſſit: Et ſicut iuriſdictio efficitur propria magiſtratus, cui à l. vel à Principe conceditur, ita etiam proprium efficitur merum imperium, ex quo eadẽ eſt poteſtas legis vel Principis in transferendo mero imperio, quæ in transferenda iuriſdictione. Septimo ſuffragatur l. vlt. de off. Proconſ. iuncta l. 1. illius tit. in illa ſcriptum eſt Proconſulem Romam ingreſſus deponere imperium, & in iſta dicitur egreſſum Prouinciam retinere inſignia conſularia, atq; ita imperium retinere; non tamen exercere poteſtatem. Ecce ergo quod imperii exercitio ſeparatur ab ipſo iure imperii, vtrumque quorum reperitur eſſe apud ipſum Proconſulem, cum in Prouincia eſt. Non ergo in eo adeſt ſolus vſus, & exercitio, ſed etiam dominium; alioquin Prouinciam egreſſus nihil retineret. Vltimo accedit l. legatus de off. Præſid. vbi Præſes abdicando à ſe imperium nihil agit, ſed debet renunciare in manibus Principis; ergo habet dominium, & proprietatem imperii; quia ſi haberet ſolum vſum, & exercitium, poſſet ſe ſola voluntate eo priuare, argu. l. ſi vſusfruct. de iur. doc. & l. ſi quis §. differentia de acq. poſſ. His argumentis confirmata hac recepta ſententia, ſupereſt vt cõfutemus argumenta illa omnia, quæ afferũtur pro opinione eorũ, qui opinati ſunt his magiſtratibus cõpetere ſolum vſum, & exercitium meri imperij: qua quidem in opinione vna cum Lothario antiquo Iureconſ. fuerunt Alc. hic nu. 80. & lib. 2. parad. cap. 6. Purpur. in l. 1. nu. 424. de off. eius, Loriot. de iuriſd. & imper. axiom. 12. & Mod. Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 58. Primo affertur tex. in d. l. 1. in princ. de off. eius, perpendendo

dendo

dendo altero de tribus modis, & primo cum appellat exercitationem. Secundo cum ait delegatam, ſignificans vſum tantũ mandari. Tertio cum vtitur illo verbo tribuuntur, quod ſanè verbum idem ſignificare dicitur, quod verbum, concedo, vt ibidem exponit Bart. atque ita ſumitur apud bonos auctores, vt apud Cic. lib. 11. epiſt. epiſt. 27. ad Martium. Cæterum reſpondetur, & illi primæ conſiderationi iam ſupra ſatisfecimus. Illi ſecundæ dicitur in optimis Codicibus legi delatam, non delegatam, Præterea ſicuti verbum concedo ſignificat dominij tranſlationem l. vxori §. vlt. de leg. 3. & ibi Bart. & & idem in l. vlt. de donat. Bal. in l. cum virum col. 2. C. de fideic. & cõfert tex. l. prohibere §. planè quod vi aut clã, ita & verbum delatam, iux. Bar. expoſitionem. Ita quoque reſpondetur tertiæ conſiderationi, quia verbum tribuo ſumitur pro verbo dare §. iuris præcepta Inſt. de iuſt. & iur. Præterea in d. §. qui mandatam ait Papinian. merum imperium à l. dari, quod ſanè verbum dare, ſignificat vt diximus, dominij tranſlationem. Secundo affertur tex. l. ſaccularij §. ſicut præterea de extraord. crim. vbi dicitur merum imperium pertinere ad exequutionẽ Præſidis: ita in l. vlt. §. exequutores C. vt nem. priu. & manifeſtè in l. vlt. de priu. delict. ſi ergo ij ſunt exequutores, ſequitur dicendum non eſſe dominos: nam exequutor dicitur merus mandatarius, vnde delegatus dicitur exequutor l. apertiſſimi C. de iud. & cap. ſi quis contra clericum de for. comp. Verùm reſpondetur ex ſententia Alc. hic nu. 92. quod & ſi his magiſtratibus permiſſa eſt meri imperij exequutio, non tamen inde fit, quin & domini ſint, cum & ex exequutione dominus præſumatur, ſicuti dominus quis præſumitur ex poſſeſſione l. ſi coloni. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Præterea exequutoris nomen ſignificat etiam cognitorem d. cap. ſi

quis contra Clericum, & apertius in cap. ſciſcitatus vbi Dec.de reſcr.apud quam ſanè cognitorem dicitur eſſe iuriſdictio propria, vt ſupra diximus. Tertio vrgere videtur quod ij magiſtratus in iure paſſim appellantur adminiſtratores,ita in l. vnica C.ne ſine iuſſu Princ.lic. cert. iud.bona confiſc.in l.vlt.C.de mod.mulct.in l.omnes C. vt dign.ordo ſeru.lib.12. in authen. ad hæc C.de iud.§. 1.in authent.vt iud.ſin.quoq.ſuff.in l.vnica §. vlt. C. vt omn.iud.tam ciuil. quam mil. ibi iure adminiſtration. & in §.1.in authent.iuſiur.quod præſt.ab his, & alibi ſæpiſſimè.Atqui adminiſtrator is propriè dicitur,qui non habet ius in re, ſed ſolam adminiſtrationem l.in l. in fi. vbi Alc. de verb. ſign. & gloſ. in rubr.C. de adm.rer. publ. ergo ij magiſtratus non cenſentur domini huius meri imperii. Reſpondetur non eſſe à ratione alienum,quod dominus rei hoc etiam nomine appelletur adminiſtrator,nam Cic.lib.1.de inuent.dixit rem familiarem adminiſtrare,ſignificans ipſum rei dominium. Et idem de nat. Deorum,dixit Deos adminiſtrare, & regere mundum: & propterea Seruator noſter Matth.cap.20. appellat ſe ipſum miniſtrum. Et quod dicitur in d.l.vnica §.vlt. C. vt omn. iud. habere iure adminiſtration. refertur ad ipſam prouinciam, quam iure adminiſtration. obtinet, ſed imperium, & iuriſdictio, quibus illos adminiſtrant, eorum proprium eſt. Quarto perpendi ſolet l.1.de conſt.princ. cum ait quod Princeps habet omne imperium, & quod omnis poteſtas,quæ erat apud Pop.Rom.in eum tranſlata fuit. Et idem probatur ex l.1. §. cum enim antiqua C.de vet.iur.enucl.l.1. de off. Præf. prætor. & l.2.§.nouiſsimè de orig. iur. & propterea dicimus omnem iuriſdictionem, & poteſtatem eſſe apud Principem l.1. C. de legib. Atqui dominium rei non poteſt eſſe inſolidum apud duos eodem tempore l. ſi vt certo §. ſi duobus vehicu-

hiculum ff. commod. ergo ii magiſtratus non cenſentur domini. Sed reſpondetur, & facilè conceditur omnem poteſtatem, ac omne imperium ſua origine, & principaliter eſſe apud Principem, qui deinde ſuis magiſtratibus ea communicauit: nam magiſtratus hos in ſollicitudinis partem vocaſſe dicitur Princeps, iuxt. cap. valde 94. diſtin. & cap. multum ſtupeo 3. quæſt. 6. & communicatio hæc nō aliter dicitur facta à Principe, quàm illa communicatio aquæ, quam ſuis riuulis fons facit; eadem ſanè aqua eſt in riuulis quæ in fonte. Nec huic obſtat quod vna res eſſe non poſſit duorum inſolidū d. §. ſi duobus vehiculum Nam reſpondetur fieri hoc poſſe iuris intellectu, iuxta l. Mæuius §. duobus, verſ. namque de leg. 2. & confer. l. magiſtratibus ad municip. Et optimè huc facit l. 1. C. de off. Præf. vrb. vbi annot. Bart. iuriſdictionem inſolidum competere Præfecto vrbi, & Præfecto annonæ. Et hoc dicitur eſſe factum, ait Bart. cumulatiuè, non autem priuatiuè. Idem ſcripſerunt Fel. in cap. cæterum num. 4. de iud. & Dec. conſ. 3. nu. 3. Ita ergo & noſtro in caſu dicendum eſt, Principem cumulatiuè communicaſſe hoc ſuum imperium. Præterea & 2. dicimus dominiū, ſiue directum, ſiue vtile eſſe poſſe apud duos inſolidum, conſideratis diuerſis reſpectibus, & perſonis, ſicut contingit in dominio feudi; nam Princeps qui priori loco feudum conceſſit, directus dominus appellatur, & tamen eius vaſallus, & vaſalli vaſallus, qui alteri ſubinfeudauit dicitur quoque obtinere dominium: ita ſcribunt Fab. in §. adeo nu. 5 Inſt. de loc. & Mod. Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. glo. 6. num. 4. Immò & aliquando dictum dominium eſt apud vtrumque, vt de Rege Apuliæ, vna cum Dec. l. 1. n. 4. C. vnd. leg. dicemus infra Sic in noſtro caſu Princeps dum concedit ſuis iis magiſtratibus merum hoc imperium, dicitur remanere dominus directò; & illi magiſtra-

tus reſpectu ſubditorum in quos imperium hoc exercet, dicuntur pariter domini. Rurſus, & tertio dicimus apud Principem, eſſe dominium, & poteſtatem in vniuerſum, apud verò magiſtratum dicitur eſſe poteſtas particularium, ita declarant Bar. & Ang. in l. 1. §. vlt. ex illo tex. de rei uend. Iaſ. in l. 3. §. ex contr. num. 80. de acq. poſſ. Huc ſpectat quod dicimus imperatorē eſſe dominum totius Mundi in vniuerſum l. deprecatio ad l. Rhod. de iact. & ſcribit Bar. in l. apud hoſtes de capt. Subditi verò dicūtur eſſe dñi in particulari, Soc. Sen. nu. 27. de acq. poſſ. Dec. in l. 1 num. 4. C. vnd. leg. qui de Rege Apuliæ idem ait poſt Bal. ibi in fin. & communem aſſerit idem Dec. conſ. 517. in fi. Vacon. lib. 4. declar. iur. cap. 137. & Couarr. in cap. peccatum part. 2. §. 9. nu. 6. de reg. iur. in 6. Quinto aſſerri poſſe videtur hæc ratio, quod dominus dicitur arbiter, & moderator rei ſuæ l. in re mandata C. mand. & ad ſui libitum poteſt de re ſua diſponere l. ſed & ſi lege §. conſuluit de pet. her. Quod & præclarum Nerue Cæſ. reſponſum apud Fuluium Philoſtratum lib. 2. de vit. Sophiſt. comprobat ſcribit ille in Herodis vita, Acticum Herodis patrem ingenti inuento theſauro ad Cæſarem, ita ſcripſiſſe. Theſaurum domi meæ, Imperator, comperi, quid de eo faciendum eſſe iubes? Nerua qui tunc temporis imperabat, humaniſsimè reſpondit, vtere ijs, quæ inueniſti. Et cum Acticus in eadem cantione perſiſteret, ſcriberetque ſe magnitudine theſauri ſuperari, adiunxit Cæſar, abutere inuento quando tuum eſt. Noſtro autem in caſu Magiſtratus ij quibus conceſſum eſt merum imperium, non poſſunt de eo ad libitum diſponere, ſed tantum vrgente neceſſitate alteri mandant d. l. 1. in princ. de off. eius, ergo ſequitur hos Magiſtratus iure proprio non obtinere hoc merum imperium. Cæterum reſponderi poteſt, quod & ſi dominus rei poteſt ad libitum diſ-

po-

ſponere, attamen intelligitur ſeruatis iuris regulis, vt probat l.vlt. C.de pact. & l.nemo poteſt de leg.1.ita declarat Rip.lib.2. reſp. cap.25. nu.12. Et propterea dicimus quod & ſi vaſſallus poſsit de feudo tanquam dominus vtilis diſponere, attamen intelligitur obſeruata legis forma, ita Rip.d. cap.25 nu. 13. Simile tradit Bar.in l. ex meo de ſer.ruſt. præd. Reſpondetur,& ſecundo ita diſtinguendo quod aliqua ſunt, quæ ius publicum reſpiciunt principaliter, ſicuti eſt Iuſtitiæ adminiſtratio; hoc ius,& ſi Magiſtratui ſit conceſſum, non poteſt tamen pro ſui libito eo vti, cum ius publicum peruerti non poſsit l. ius publicum de pact. Hoc in caſu locum habet noſtra hæc diſputatio. Aliqua vero ſunt quo ius priuatũ reſpiciunt principaliter, ſicuti quod poſſit quis re ſua familiari vti, & ſi in conſequentiam, ac ſecundario reſpiciat ius publicum,quare dicimus quod quis principali cauſa conſiderata poteſt re ſua malè vti d.§.conſuluit,& fauori ſuo liberè renunciare l.pen.C. de pact.In conſequentiam tamen Reip. intereſt, ne re ſua malè vtatur §. pen. Inſt. de his qui ſunt ſui,vel al.iur. Sicut in conſequentiam quandam Reip. intereſt ſubiectos fieri locupletes §. 1. verſ. conſiderauimus,authen.vt Ind. ſine quoq; ſuffr.&c. Vltimo videtur vrgere l. prohibere §. planè quod vi, aut clam, vbi Præſidi cui merum imperium conceſſum fuiſſe diximus, data eſt Prouinciæ procuratio non autem conceſsio. Reſpondetur vt dixi ſupra Præſidi conceſſum eſſe ius adminiſtrandi, non autem alienandi, cum Prouincia ſua non ſit. Imperium miſtum cur dictum ſit variant Doct.vna fuit opinio Bart.in d.l. imperium nu.14. & ibidem Dec. num.5. ob id dictum fuiſſe miſtum imperium, quia participat de mero imperio, & iuriſdictione, cum miſtum, cũ duabus ſpeciebus cõficiatur; ſicuti actio miſta illa dicitur,quæ participat ex duabus ſpeciebus l.actionis,

verb.

verb. §.vlt.de act. & oblig.§.ſequens Inſt. de act. ita aqua vino admiſta efficitur vinum miſtum,argu. l.ſi eo loco §. vlt.ff.ſi ſeruit.vend. Altera fuit opinio Curt.Iun.hic nu. 101.& B ll.lib.3. ſupput.cap.5. num.3. qui affirmarunt imperium miſtum ex imperio,& iuriſdictione dici. Et ab hac opinione viſi ſunt non diſſentire Duar. lib. 1. diſp. ann.cap.57 Charond.de iuriſd. & imp.nu 19. & Coraſ. hic nu.9. Nam imperium in genere diuiditur in merum, & miſtum, Merum à iuriſdictione ſeparatum eſt, miſtum verò iuriſdictionem continet . Et horum opinio ſatis probari videtur in l. iubere hoc tit. cum dixit Vlpianus iubere,& cauere, & in poſſeſsionem mittere, imperij magis eſt &c. Ecce dixit magis imperij ſimpliciter, non autem magis imperii meri . Ita etiam legitur in l. 1 §. qui mandatam, & in l.vlt. de off. eius, & in l ea quæ ad munic. Hæ opiniones quæ in verbis variæ ſunt,in ſenſu eædem ita conciliantur , vt dicamus miſtum imperium componi ex imperio , quod alias dempta iuriſdictione remanet merum;atque ita ſi conſideratur vt imperium ſub nomine generis dicitur ſimpliciter imperium; ſi verò ſub nomine ſpeciei dicitur ſublata iuriſdictione merum , adiecta autem iuriſdictione appellatur miſtum,& horum ſententia mihi probatur . Tertia fuit opinio Vallaſch. hic nu. 223.dixit miſtum imperium eſſe quoddam compoſitum, partim ex imperio , partim ex iuriſdictione , non tamen eſſe vel imperium, vel iuriſdictionem, ſicuti apud Grammaticos participium quod capit partim à verbo , partim à nomine,non eſt verbum, nec nomen:ita participans de ſexu maſculino, & de fæminino , non dicitur nec maſculus, nec fæmina, ſed tertium quodam, ideſt Ermaphroditum. l. queritur de ſtat. hom. ita mulſum confectum ex melle, & vino non dicitur nec vinum, nec mel. §. ſi duorum tamen materiæ Inſt.de rer.diuiſ. Hæc opinio leuis

eſt,

eſt, quia nec Vlpianus, nec interpretes ſcripſerunt eſſe ſimpliciter imperium, vel ſimpliciter iuriſdictionem, ſed dixerunt eſſe miſtum imperium, ſeruato nomine imperij, tanquam nomine digniori. Quarta fuit opinio Alc. hic nu.161.qui dixit non dici ob id miſtum, quod capiat partem ab aliquo, ſed ratione ſimilitudinis, quia quo ad quod eſt ſimile mero imperio,quo ad quod eſt ſimile iuriſdictioni,ſicut in ſimili ſumitur miſtum in l.2.in fi. ad l. Aquil. Non placet hæc opinio, cum verius ſit miſtum imperium capere partem ex imperio, & partem ex iuriſdictione exemplum eſt ſecundum Vlpianum hic, in danda bonorum poſſeſsione verſatur miſtum imperium:nam quatenus agitur de re pecuniaria, iuriſdictio in ea verſatur, quatenus verò adeſt iuſſus, dum iubet Prætor illum poſsidere, ac etiam dum coherceet impedientes, verſatur imperium,vt ſuo loco dicemus. Imperium miſtum multipliciter à noſtris definitur. Prima eſt def. Bart. hic nu. 16.cum dixit merum imperium eſſe iuriſdictionem, quæ officio iudicis nobili expeditur ad priuatam vtilitatem. Hanc definitionem multis argumentis reijcit Loriot.axio. 27. Secunda eſt definitio Alc. in cap. quod ſedem nu. 49.de off.ord.& lib.2.parad.cap.8. qui dixit miſtum imperium eſt, cui iuriſdictio ineſt, hoc eſt quod conſiſtit in his, quæ neque ſimplicis iuriſdictionis ſunt, vt actio, neque imperii meri,vt accuſatio, ſed perſequutionis l.pecuniæ §.actionis, & l.poteſtatis de ve b. ſign. Cæterum & definitionem hanc, quam nec ego probo, improbauit Loriot.axio 28. Tertia eſt definitio Gillot. lib.2. de iuriſd. & imp. cap.11. qui dixit miſtum imperium eſſe quod cum iuriſdictione coniunctum eſt. Hanc definitionem viſi ſunt probare Coraſ.hic nu.2.vbi Alc.nu.168. & Gouean. idem Coraſ. lib.3.miſcell. cap.17. nu.15. & Rob.Aur.lib.4. ſent.iur. cap.22. & hæc mihi quoq; pro-

batur

batur . Dicitur imperium huic coniunctum iuriſdictioni altero de duobus modis , vno quia cohæret l.1.§. vlt.de off. eius , ideſt quia imperium ſine illo actu iuriſdictionis exerceri , atque explicari non poteſt l.vlt.de off. eius , & ideo iuriſdictione conceſſa illud imperium tranſit l. 2. hoc tit. quod quidem intelligitur pro modo iuriſdictionis l. vnica in princ. ſi quis ius dic , & hoc caſu non dicitur imperium miſtum. Secundo modo dicitur eſſe coniunctum , quia iuriſdictio dicitur ineſſe miſto imperio , hoc eſt per quod res adiudicatur , præcedente tamen cauſæ cognitione , & iuſſu ipſo, ſeù cohercitione ſubſequente. Neque huic interpretationi obſtat quod obijcitur à Charon.de iuriſd. & imp.nu. 79. cum ait dationem bonorũ poſſeſſionis eſſe miſti imperij , vt hic ait Vlpianus , & tamen in ea non verſatur cohercitio etiam modica. Nam reſpondetur, immò in danda bon. poſſeſſione verſari cohercitationem ſaltem modicam in potentia,& habitu, & ſi non ſemper in actu; cum impediens eum qui poſſeſsionem eſt conſequutus,à Prætore coherceri poſsit. Cæteras definitiones de induſtria prætereo. Dubitari hinc contingit apud quos olim fuerit hoc miſtum imperium , & apud quos nunc ſit ? Conſules olim miſtum imperium obtinuiſſe certum eſt, & inter alios annot. Gouean. hic ex l.2. ff. ex actis de orig. iur. quo loci Põp.ait,poteſtatẽ habuiſſe Cõſules cohercendi, & carcerandi. Prætores quoq; obtinuiſſe miſtũ imperiũ manifeſtè probat l. 1.ſuper eod. vbi Vlpianus, ius dicentis , hoc eſt,Prætoris,iux.l.ſi filius qui de vulg. & pup.eſſe latiſsimum , & in danda bon. poſſeſsione verſari. Quæ ſanè bon.poſſeſſ.miſti eſt imperij ait Vlpian.in d.l.noſtra,& in l.iubere eod.tit. & ſuo loco dicemus.Idem apertius probat l.4.§.ſi fortè de damn.inf. iuncta d.l.iubere. Præſides prouinciarum miſtum imperium affirmauit exer-

cuiſſe

Digitized by Google

cuiſſe Gouean.vbi ſup.& manifeſtè probat l.3.l.4.& l.de omnibus de off. Præſid. Defenſores Ciuitatum obtinuiſſe mixtum imperium ſcripſit Bar.hic nu.22.ex §.nulla in authent.de def.ciuit. quem tamen text. contrarium probare ſentit ibi Accur. in ver.iuriſd. Quo circa à Bart. diſſentit Coraſ.hic nu.29. ex l.ea quæ ad munic. dum ait Paul.Magiſtratus municipales tractare ea non poſſe, quæ imperij magis ſunt, quã iuriſdictionis imperij magis eſſe ea dicimus, quæ miſti imperij ſunt; & tamen inter hos Magiſtratus municipales connumerantur defenſores ciuitatum l. vnica ſi quis ius dic. & l.vlt. C. de iud. Idem clarè probat tex.in l.4. §. ſi fortè de damn.inf. Nec dubitationem mouet quod defenſores ij poſſent modicè caſtigare §.audient in authen. de def.ciuit. Nam reſpondetur ex ſententia Coraſ.nu.29.hic,& in l. Magiſtratibus nu.12. eod.tit. quod modica hæc caſtigatio illa eſt, quæ nec meri imperij eſt, neque cohæret iuriſdictioni, ſed quid aliud ab illis diuiſum, & quæ cauſis pecuniarijs equiparatur l. vlt. de fer. & hanc obtinebant defenſores iſti. Nunc apud quos ſit miſtum imperium dubitant Doct. vna fuit opinio Bart. hic nu. 16. competere illis, quibus competit,& merum imperium, ex tex.in §.audiẽt vbi glo.in authen.de defenſ.ciuit. Et præterea ſi ijs permiſſæ ſunt cauſæ meri imperii, quæ maiores cæteris ſunt, molto magis conceſſæ videntur cauſæ miſti imperii, quæ ſunt minores, iuxta l.non debet cui de reg.iur. Verum opinio hæc iure non probatur,nam tex.d.§.audient,dum loquitur de defenſore ciuitatis ſignificat vt ſupra dixi, apud eum non fuiſſe cauſas meri imperii, & conſequenter ex Bart.interpretatione,nec miſti. Nec etiam repugnat argumentum ex l. non debet cui, quia in materia hac iuriſdictionis,& imperii non procedit l.ſolemus §.latrunculatores de iud. & declarant Dec.in d.l. non debet

Bbb nu.5.

nu.5.verſ.3.regula,& Soc.in l.1. num.17. quis & à quo app. Secunda fuit opinio Vallas, hic nu.225. qui ſcriptum reliquit miſtum imperium concedi tantũ hodie minoribus magiſtratibus ex l.ea quæ ad munic. Cæterũ generalis,& obſcura nimis eſt traditio hæc,cum nõ explicet qui modo ſint ij minores magiſtratus, Et præterea d. l. ea quæ ſolum ait magiſtratibus municipalibus non eſſe conceſſa ea quæ magis imperii ſunt; non tamen ex hoc infertur quod cæteris omnibus magiſtratibus maioribus conceſſa hæc ſint. Tertia fuit opinio Longauall.hic nu. 141. qui dixit miſtum imperium eſſe apud illos magiſtratus,qui de cauſis ciuilibus cognoſcere poſſunt, Ea vſus eſt ratione Longauall. quia regulari iure permiſſum eſt, magiſtratus ſuam iuriſdictionem tueri, & exercere, pænali etiam præcepto adhibito l. vnica ſi quis ius dic. Excipiuntur hic aliqui magiſtratus inferiores,quales ſunt defenſores ciuitatum, ſeù duumuiri; nam & ſi habeant ij iuriſdictionem §.nulla in authent.de def.ciuit.attamen pœnale hoc præceptum adhibere non poſſunt. Poteſtas latiſsimè latè, & ſtrictè ſumitur latiſsimè dum ſignificat, & poteſtatem patris in filium,& domini in ſeruum; l. poteſt. verbo de verb. ſign. ita in latiſsima ſignificatione ſumitur cum dicimus aliquid eſſe in poteſtate noſtra, hoc eſt nobis licere, datam nobis eſſe licentiam l.à Iudice C.de iud. iuncta l.noſtra in fin. in ea l. dicitur Iudicem datum, Iudicem dare non poſſe; & tamen hic appellatur licentia,ibi iuriſdictio eſt Iudicis dandi licentia. Ita etiam ſumitur in l.1.ex quibus cauſ.man. Poteſtas latè ſumitur vt ſignificat merum, & miſtum imperium, ac iuriſdictionem pro mero imperio ſumitur in d.l.2.§. ex actis de orig. iur. quo loci ait Pomponius in Dictatorem collatam fuiſſe omnem poteſtatem, & ibidem ſubiicitur, potuiſſe illum animaduertere in homines facinoroſos,quod

merum

merum imperium ſignificat idem probatur in l.lege Iulia ad l. Iul. de vi. pub.dum ait l. Iulia de vi publica teneri, qui cum imperium poteſtatemuè haberet, ciuem Rom. aduerſus prouocationem necauerit, verbaveritue. Pro miſto imperio ſumitur in l. ſi quis miſſus, ne vis fiat ei, vbi ſi quis miſſus in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi cauſa non admittatur, poteſtate eius inducendus eſt qui eum miſit: poteſtas ibi appellatur mittendi, & inducendi in poſſeſsionem, cum tamen Vlpianus hic verſ. miſtum dixerit, mittere, ſeù dare bon.poſſeſsionē eſſe miſti imperij, & apertius in l. iubere inf. eo. Poteſtas verò ſtrictè ſumitur pro ea facultate, in qua nō verſatur, nec animaduerſio, nec inter contendentes cognitio, & definitio, ſicuti eſt poteſtas condendi legem, vt in l. 1. de conſt. prin. & in §. ſed quod Principi Inſt. de iur.nat. in l. 1. §. cum enim C. de vet. iur. enucl. & hæc aliquando appellatur auctoritas, vt in l. 2. C. de off. eius qui vic. alt. iud. & habetur Matth.cap. 21. neque dico ego qua poteſtate, vel auctoritate hæc facio, de quo ſuis locis dicemus. His expeditis ad declarationem iuriſdictionis imperij, & poteſtatis, ad ſingulares quæſtiones progrediemur.

Quæſtio itaque prima erit. An condere legem ſit meri, vel miſti imperij, vel poteſtatis?

VNA fuit opinio Bart. hic nu. 8. eſſe meri imperij, & cum Bart. receptam eſſe opinionem teſtatur Purpur. nu. 208. Quæ ſanè opinio falſa omnino eſt, cū condere legē non ſit exercere gladij poteſtatē, & in aliquem animaduertere quod proprium eſt meri imperii, vt hic. Secūda fuit opinio Dec. hic nu. 40. qui dixit eſſe meri im-

perii liberi, & abſoluti: quæ quidem ſub hac diuiſione Vlp. non continetur. Eſt pariter falſa hæc opinio, cum non reperiatur aliud merum imperium quã hoc, de quo apud Vlpianum hic: Non enim l. aliqua ſcriptum reperitur extare hoc merum imperium liberum,& abſolutum. Tertia fuit opinio,& quidem vera,eorum qui ſcripſerunt condere.l. eſſe poteſtatis, & permiſsionis, ita Iaſ. in l.oẽs populi in 2.lect.nu.7.de iuſt. & iur. & Longau. hic num. 140. Alc.nu.100. Ziſ.num.12.& Coraſ.nu.32.& idem placuit Rim.Iun.in rubr.C.qui adm.nu.49. & Gillot.lib. 2.de iuriſd.& imp. cap.21. Quæ ſanè ſententia primo fulcitur ex l.1.de conſt.princ.vbi oĩs poteſtas quæ in populo erat,tranſlata fuit in Principem,& ſolus ipſe ius habet condendi legem l.vlt. C. de leg. Secundo accedit antiquis Iureconſ. datam fuiſſe reſpondendi de iure facultatẽ, quæ reſpõſa legis vim obtinuerũt §.reſpõſa Inſt. de iur.nat.& tam en ſi Iureconſ. nec imperium, nec iuriſdictionem exercere poterant. Ex quo ſequitur facultatatem hanc ferendi legem fuiſſe ſolius poteſtatis. Præterea, & tertio populi, & collegia, tametſi priuatarum perſonarum ſint, legem ſuis de rebus ferre, & ſancire poſſunt d.l.omnes populi, vbi Iaſ. in 2.lect. nu.7. & 37. & tamen ii populi, & collegia iuriſdictione, & imperio carent. Quarto in condenda, & promulganda lege nemo punitur, atque ita gladii poteſtas non exercetur; non etiam inter contendentes ius redditur, non ergo condere legem eſt meri imperii, non miſti, non etiam iuriſdictionis, ergo ſolius poteſtatis eſt.

Quarto

Quæro ſecundo. An membri abſciſsio ſit meri, vel miſti imperij?

ET eſſe meri imperii affirmarunt vno ore omnes, vt gloſ. 3. hic, & Bart. num. 8. verſ. 2. eſt imperium Iaſ. nu. 24. Dec. 42. Purp. 221. & Vallaſ. 157. Primo ex ratione adducti ſunt, quid merum imperium eſt ipſa gladii poteſtas ad animaduertendum in facinoroſos, vt ait Vip. hic: Atqui per membri abſciſsionem animaduerti dicitur in facinoroſos, ergo membri abſciſsio eſt meri imperii. Secundo ſententiam hanc probat l. 2. vbi glo. C. de off. eius qui vic. alt. ger. vbi gloſ. interpretando tex. illum ſcribit, Rectori Prouinciæ eſſe permiſſam iuriſdictionem communem citrà vltimum ſupplicium, & membri abſciſsionem; ergo ſicuti vltimum ſupplicium eſt meri imperii, ita & membri abſciſsio. Tertio melius probat tex. §. ad hæc prohibemus in authent. de collator. & Nouell. 128. Quarto accedit quod animaduerſio dicitur de quauis pæna corporis afflictiua l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſc. & Cler. & in l. nemo in fi. C. de ſumm. Trin. & in l. 1. §. vlt. de off. eius, in l. 1. C. de emend. propinq & in l. Prætor edixit §. quid ergo ſi quis de iniur. & in l. vlt. de furt. Dubitari hinc contingit, an hæc membri abſciſsio cenſeatur pœna capitalis, vel non? Eſt diſputatio iſta ſummè vtilis, nam ea eſt vtilitas prima, quia damnati pœna capitali teſtari non poſſunt l. eius qui §. 1. de teſtam. quo circa ſi membri abſciſsio erit pœna capitalis, is cui manus erit abſciſſa teſtari non poterit, ita Dec. hic nu. 42. Secunda eſt vtilitas ſi cauetur ſtatuto falſarium, vel homicidam pæna capitali eſſe plectendum, ſtatuto erit ſatisfactum ſi manus ei amputetur, & ὡ ſcit l. 1 aprotes

res C. de Epiſc.& Cler. Tertia eſt vtilitas ob tranſlationem quæ de cauſa capitali fieri conceditur. l. tranſigere. C. de tranſ.& ideo ſi membri abſciſsio capitalis pæna eſt, de ea etiam tranſigi poterit; qua de re copioſè ſcribunt Interpretes in d.l.tranſigere. Sed ad rem. Recepta magis Doct.opinio eſt, membri abſciſsionem non eſſe pænam capitalem, Hanc probarunt Bar.& Aret.quos commemorat Dec.hic nu.42.quos & ipſe ſequitur,& ibidem Curt. Iun. num.84. Vallaſ.158.& Alc. 126.in fi.idem in l.licet la ſeconda nu.3.de verb.ſign.& in l.tranſigere num.15. C.de tranſ. Primo afferri ſolet tex. in §.vlt. in authent. vt nulli iud. quo loci ait Iuſtin.membrorum diſſolutionem eſſe grauiorem pænam abſciſsione vtriuſque manus ſed membrorum diſſolutio, vt puta, quæ fit per torturam, non dicitur pæna capitalis §. ſi verò ignoti vbi Bar.in authent.de teſt. ergo nec mutilatio, arguendo à fortiori, authent.multo magis C.de Sacroſ. Eccl. Cæterum reſpondetur ex ſententia Alc.hic nu.121. rem tamen apertius declarando, dicimus itaque §. vltimum eſſe intelligendum de ea membrorum diſſolutione quæ eſt principaliter ad pænam non autem in conſequentiam, ad exequutionem alicuius actus, nam cum per omnia mēbra illa fieri dicatur, & cum reparabilis non ſit, capitalis pæna eſſe dicitur. Diuerſum eſt in d.§.ſi verò ignoti, qui loquitur de membrorum ſimplici diſſolutione, hoc eſt de tortura, quæ adhibetur ad eruendam veritatem, & ob id non poteſt dici pæna capitalis, cum tortura ibi non conſideretur vt pæna. Secundo affertur, & quidem melius l.2. de pub. iud. quo loci Paul. ſcribit pænam capitalem eſſe triplicem, mortis, amiſsionis ciuitatis, & amiſsionis libertatis; nā duabus his poſtremis pænis, ita caput è ciuitate eximitur, ſicut & morte ipſa naturali; ecce quod inter pænas capitales non enumerat cohercitionem; &

præte-

præterea non capitalem pænam eam eſſe ſubiungit, quæ vel pecuniaria eſt, vel aliquam corporis cohercitionem habet. Neque huic argumento repugnat Alc. conſideratio num. 122. cum ait in d.l. 2. non enumerari taxatiuè omnes pænas capitales, quaſi quod aliæ non reperiantur cum verius ſit alias eſſe, vt eſt pæna irrogationis infamiæ. l.licet la ſeconda de ver. ſign. Nam reſpondetur, vt infra dicemus vberius d.l.2.contrarium probare. Reſponderi itaque melius poteſt pænam abſciſſionis membri non potuiſſe contineri ſub d.l.2.cum eo iure cognita, ſancitaque non eſſet, vt ſcribunt Alex. in d. l. tranſigere nu. 6, & Alc. nu. 15. Et licet l.12.tab. inuenta eſſet pæna talionis, quæ & membri abſciſſionem continebat §. pæna Inſt.de iniur.attamen eam prætores ſuſtulerunt, vt ſcribunt Gell.lib.vlt.noct.act.cap.1. & Eguiuar.Baro, & cæteri Recent.in d.§.pæna, & Bart.in l.pen.§.ad crimen nu. 3.de publ.iud. & Menoch.lib.2. de arb.iud.caſ.322.nu. 3. Tertio adduci ſolet hæc argumentatio damnatus de crimine capitali teſtari non poteſt l.eius §. 1.vbi Bart. de teſt.l.Gallus §.& quid ſi tantum de lib.& poſt.vbi Doct. omnes. Atqui ille cui membrum aliquod fuit abſciſſum, vt manus, teſtari poteſt l. qui manus de teſt.ergo membri abſciſio non eſt pæna capitalis. Verum reſpondet hic Alc.nu.122.& prius Curt. Iun.nu.84.d.l. manus loqui de amiſsione manus ex infirmitate, non ob pænam. Et manifeſtè interpretationem hanc probat l.2. de teſt.& dubitandi ratio in d.l.qui manus erat, quia videbatur dicendum teſtamentum illud non ſubſiſtere, ex quo hæredis inſtitutionē ſua manu nō ſcripſerat teſtator, vt à lege requiritur §.ſed his omnibus Inſt. de teſt. Ratio vero decidendi eſt, quia poteſt teſtator manu aliena ſcribere, cum ipſe infirmitate impeditur l.iubemus §. oportet C. de teſtam.& authent.ibidem ſubſeq.. Altera eſt præcedenti

denti

denti cōtraria opinio affirmatiua, quam probarunt Dyn. vt recenſet Bar. in d.l.2.nu.12.de pub. iud. Caſtr. & Alexan. in d.l. tranſigere, & ibidem Curt. Iun. nu. 23. Primo affertur tex. in cap. 1. §. ſi quis alium de pac. ten. in vſib. feud. coniuncto illius conſtitutionis princ. in quo ſancitum eſt, quod ſi quis aliquē vulnerauerit, manu mutiletur, & Iudex ſicut (ait text.) ſupra dictum eſt iudicare debet, illa dictio ſicut ſignificat omnimodam ſimilitudinem l. ſicut C. de lib. cauſ. ſicuti ergo ille homicida capitali pæna punitur, ita & ille qui vulnerauit. Verum reſpondet Alc. nu. 123. in ſi. dictionem ſicut, referre ſimilitudinem eius quod in prin. ſancitum eſt de duello committendo vel non. Et præterea dicebat Alc. dictio, ſicut, non ſemper eandem ſimilitudinem demonſtrat. l. ſi cum exceptione §. quatenus verſ. ſicut interdictio quod met. cauſ. & ſcribit Bar. in l. Iulianus de her. inſtituend. Rurſus præter Alc. dicimus tex. illum contrarium probare, nam has pænas ita diſtinguit capitalem ſcilicet, & membri abſciſſionem, capitali plectitur homicida, membri abſciſſione qui vulnerauit, conſtat ergo membri abſciſſionem capitalem pænam non eſſe. Et dum ſubdit tex. quod ſicut ſuperius dictum eſt, iudicetur, refertur vel ad publicationem bonorum, vel ad purgationem ex duello committendo. Secundo adducitur hoc argumentum illa dicitur pæna capitalis ob quam mors ſequitur l.2.de publ. iud. at per abſciſſionem membri mors affertur illi membro cap. ſicut 1. quæſt. 1. cap. quemadmodum 23. quæſt. 7. & ſcribit Abb. in cap. pactiones de pact. quod abſcindens ſibi mēbrum dicitur ſui homicida, ergo mēbri abſciſio pænam capitalem infert. Cæterum reſponderi facilè poteſt præter Alc. nu. 124. quod & ſi illius mēbri abſciſſi mors ſequitur, non tamen inde fit quod dicatur pæna capitalis ſecundum d.l.2.de pub. iud. quæ vel de morte ipſa natu-

raliter

Google

liter, vel de ciuili loquitur. Nec ad rem hanc pertinent tex. d. cap. ſicut, & d. cap. quemadmodum nam cap. ſicut appellat manum aridam, manum mortuam quo ad ſe, non tamen infert pœnam eſſe capitalem totius corporis, ita etiam loquitur tex. d. cap. quemadmodum. Tertio citari ſolet text. in §. ad hæc prohibemus in authent. de collator. vbi æquiparatur abſciſsio membri morti ipſi naturali, nempè vltimo ſupplicio. Verum reſpondet Bart. in d. l. 2. nu. 12. de pub. iud. æquiparari quo ad iuriſdictionem Iudicis, non quo ad pœnam ipſam. Quæ tamen interpretatio dubia eſt, quandoquidem iuriſdictio Iudicis ab atrocitate pœnæ commenſuretur iux. l. vlt. de off. præf. vigil. Reſpondet ſecundo Alc. hic num. 125. d. §. loqui de ea membri abſciſsione, quæ grauiſsima eſt, & quaſi morti æqualis, non autem de ſimplici abſciſsione manus. Quæ ſanè explanatio huc non pertinet, tum quod diſputatio noſtra non eſt de ſola manus amputatione; tum quia & manus amputationem grauiſſimam eſſe pœnam credimus. Reſponderi rectius fortè poteſt tertio Iuſtinianũ ibi prohibere illarum magiſtratuum Viceſgerentes poſſe inferre membri abſciſsionem ſicut nec etiã inferre poſſe voluit mortem, ſeù vltimum ſupplicium, cum & illa membri abſciſsio grauis ſit pœna: ſed quod & membri abſciſsio pœna ſit capitalis vel non, à Iuſtiniano non deffinitur, immò illa recenſet tanquam ſeparata, vt oſtendit diſiunctiua, aut l. aut damnum de pœn. & quod dictio, aut ponatur inter diuerſa probant. l. quia abſente, & l. exigendi C. de procur. Quarto adducitur l. vnic. C. de ſuper exact. lib. 10. iũcto §. coges in authent. de mand. princ. quæ eſt nouella 17. in §. compellel. in ea l. ſancitum eſt exactores qui plus debito exegerunt, capitaliter puniendos eſſe, & tamen in d. §. coges ſancitum eſt, quod manus eis abſcindatur. Sed reſpon-

Digitized by Google

det Alc. hic nu. 126. caſum d. §. coges eſſe diuerſum à caſu d.l. vnicæ, nã in illo non agitur de pœna exactionis qui plus debito exegit, ſed de eo qui antapocas nõ reddidit, quorum pœna ſæuior eſſe videtur, ea qua plectitur plus debito exigens. Præterea & ſecundo reſponderi facilè poteſt d.l.vnic. loqui de pœna illius exactoris, qui in delicto perſeuerat, vt ibi apertè dicitur, & ſimile ſtatuitur in l.capitalium §. ſolent de pœn. Text. verò d.§. coges de pœna exactoris, qui ſemel ab initio non paret mandatis ſui ſuperioris. Quinto, & vltimo adducitur l.licèt la ſeconda, de verb.ſign. quo loci habetur pœnam capitalem irrogare infamiam. Atqui membri abſciſsio ſaltem de facto irrogat infamiam, ergo pœna capitalis dicitur. Cæterum præter Alc. reſponderi poteſt d.l.licèt potius probare contrariam opinionem, dum ait latinè loquentibus capitalis cauſa dicitur cauſa exiſtimationis; Attamen cum agitur de pœna capitali, intelligitur de pœna, quæ vel mortem, vel ciuitatis amiſsionem infert, inter quos non connumeratur membri abſciſsio. Quid ergo dicendum? Placet mihi, vt paucis dicam quod ſententiã, hæc ſententia, vt diſtinctis, atque ſeparatis aliquot caſibus opiniones has conciliemus, Dicimus ergo tres eſſe gradus pœnarum, primus eſt, qui continet maximas pœnas, quæ capitales propriè dicuntur, & vltimum ſupplicium afferunt, veluti damnatio ad furcam, viui crematio, capitis amputatio l. ſi quis fortè §. vlt. & l. aut damnum §. 1. l.capitalium, & l.qui vlt. de pœn. Huc quoque refertur damnatio ad gladium l.eius qui §. vlt. de teſta. & l.ſi quis filio §. irritum de iniuſt. rupt. teſt. quæ pœna quid ſit ſupra expoſui. Ita etiam damnatio ad beſtias prædictis locis inter pœnas has capitales refertur, ſicut & in l.ad beſtias de pœn. de cuius loci interpretatione egregiè ſcribunt Alc. lib. 2. parerg. cap. 28. & lib. 9. cap.
vlt.

ult. Tiraq. de pæn. leg. & c. cauſ. 50. & Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 9. num. 6. Hoc de gradu pænæ, non eſt pæna abſciſsionis membri, vt re ipſa patet. Et hoc in caſu procedit opinio illa communis. Secundus eſt gradus qui eſt de pænis morti proximis, quales ſunt ſeruitus, metalli coerctio, in inſulam deportatio. Hæc eſt quaſi capitalis non autem verè, & propriè capitalis, non enim ita damnatus capite plectitur, hoc eſt non traditur morti naturali, & pæna capitalis eſt, vt mox diximus, propriè cum mors naturalis ſequitur, alioquin ſi ad capitis, & ſtatus mutationem reſpicimus, metalli pæna eſt maxima capitis diminutio, quoniam adimit ciuitatem, & libertatem l. aut damnum §. eſt pæna de pen. Et hæc differt à præcedenti in eo quod præcedens propriè dicitur capitalis, quia ea damnatus verè caput amittit, hoc eſt vitam, ſicq; naturaliter moritur, atque ita caput ciuiliter amittit, Id quod diſertè aſſeruit Paul. in l. 2. de pub. iud. ibi quia caput de ciuitate eximitur, & Vlpianus l. 2. in prim. de pæn. Ita & Madeſt. d. l. licet la ſeconda de verb. ſign. De hoc pænæ gradu non eſt membri abſciſsio, cum verè caput de ciuitate non eximatur, atque ita non moritur ciuiliter; & hoc pariter in caſu procedit communis opinio. Tertius eſt gradus pænæ, qui & ſi non infert mortem nec naturalem, nec ciuilem, ob ſui tamen grauitatẽ, capitalis appellari ſolet, ſicut eſt cohercitio corporis, relegatio ad tempus, fuſtium caſtigatio, nota infamiæ. l. aut damnum l. veluti l. relegati, & l. capitalium §. 1. de pæn. & licet la ſeconda de verb. ſign. Hoc de gradu intelligitur eſſe membri abſciſsio, cum ob ſui grauitatem hoc nomen mereatur, impropriè tamen pæna capitalis dicitur. Itaque hoc in caſu intelligi poteſt l. qui manus de teſtam. intelligendo eam loqui de eo qui ob ſui de-

lictum manum amiſit, ſicut ex alijs præcedentibus reſpōſis interpretari facilè poteſt. Et dubitandi ratio eſſe potuit, quia videbatur pænam capitalem paſſus, & conſequenter effectus inteſtabilis d.l. eius §. 1. eod. tit. Sed contrarium fuit deciſum, & ratio eſt, quia non eſt illa propriè capitalis, ſed impropriè, quæ non reddit ea pæna affectum, inteſtabilem.

Quæro Tertio. An deportare ſit meri Imperij?

SCiendum eſt prius quid ſit deportare, & quid relegare, quod explicat Men.lib.2.de arb.iud.caſ. 330. Hoc ex poſito dicimus eſſe meri Imperij, affirmant Bart. hic nu.9.Dec.46.Alc.133.& Purp.num.238. Primo ea ratione, quia hæc pæna ſemper inter capitales numeretur l.ſed & ſi in princ. ſi quis caut. & l. edicto ff.de bon.poſſ.iuncta l. 1.§.ij.quibus de leg.3.& l.2.§.1. de pen.Idem probat l.2.de pub.iud.l.2. & l. capitalium de pæn. Atqui pænæ capitales meri Imperij ſunt, ergo & deportatio eſt meri Imperij. Secundo accedit quod deportatus loco mortui habetur l.1 §.vlt.de contra tab. l.lex Iulia in fi.ad l.Iul. repet. §. cum autem Inſt. quibus mod.ius patr.pot. toll. cum itaque mortis pæna meri ſit Imperij, vt clarum eſt, ſequitur dicendum idem eſſe de deportatione. Cæterum dubitationem facere videtur, quia Præſes qui merum Imperium obtinet, & ad mortem naturalem damnare poteſt l. illicitas §. qui vniuerſas de off.Præſ.deportare non poteſt l. 1.§. ij qnibus de leg.3.l. 2. de pæn.l. inter pænas de interd. & rel. Non ergo deportare eſt meri Imperij, ſed potius maioris poteſtatis. Huic dubitationi ſatisfacit Bart.in l. relegatorum

rum

rum de interd.& rel.ex illo tex.Et prius gloſ. in d.§. qui vniuerſas, Præſidem Prouinciæ deportare non potuiſſe, quia inſulam non obtinebat;quod ſi contigebat eam vel habere, vel iure ſuo, vel ſibi à Principe concedi, deportare poterat d.l.relagatorum §.1.& tex.in l.1.§.relegandi de off. Præf. vrb. & hanc interpretationem probauit Alc. hic nu. 133. & alias ſupra retuli eiuſdem opinionis fuiſſe Coraſ. Præterea, & ſecundo reſponderi poteſt,vt & alias ſupra declarauimus in hac materia iuriſdictionis, & Imperij non licere argumentari,poteſt ille magiſtratus quod eſt plus, ergo quod eſt minus l.ſolemus §. latrunculator de iud.Soc.in l.1.nu.17.qui,& à quib.Dec.in l. non debet cui nu.5. de reg. iur. & in ſpecie noſtra ita docuit Cuiac. in l. ſi quis filio §. ſed & ſi quis de iniuſt. rupt.teſt.& ſi ergo potuerit Præſes quæ meri ſunt Imperij, non tamen ſequitur ergo potuit etiam deportare. Cæteras interpretationes Alber. & aliorum prætereo, legi illæ poſſunt apud Curt.Iun.in hac l.Imperium num. 93.Purp.nu.238.Bol.nu.75.

Quæro quarto. An relegare ſit meri Imperij?

RECepta eſt Doct.opinio eſſe meri Imperij, ita gloſ. in l.nulli C.de ſent.& interl.omn.iud.& in §.relegati Inſt.quib.mod.ius patr.pot.ſol.Communem eſſe teſtantur Purp.hic num.243.Vallaſ.170.& Bol 78. Ea ratione motus eſt Bar. quia relegatio expeditur oſt. Iudicis nobili,& reſpicit publicam vtilitatem, ergo eſt meri Imperij iuxta ipſius Bar. definitionem. Verùm leuis eſt argumentatio, cum facilè negare poſſimus veram eſſe definitionem Bart. ſicut à cæteris penè omnibus eſſe reiectam

iectam ſupra oſtendimus. Secundo itaque & rectius probatur hæc opinio ex ratione, quod relegationis pæna capitalis ſaltem impropriè dicitur l. hos accuſare §. idemque dicendum de accuſ. Dicitur ſanè impropriè capitalis, ex quo relegatus retinet libertatem, & ciuitatem l. 4. de interd. & releg. Cum tamen grauis ſit pæna, & maxima caſtigatio, ſequitur dicendum eſſe meri Imperij. Et præterea accedit quod pæna relegationis enumeratur inter pænas legis Iuliæ §. item lex Iulia Inſt. de publ. iud. eſt autem clarum quod pænæ l. Iuliæ ſunt meri Imperij l. 1. in princ. de off. eius. Hinc intelligimus malè ſenſiſſe eos, qui ſcripſerunt. relegare non eſſe meri, ſed miſti Imperij, qua quidem in opinione fuerunt Specul. relatus à Bart. & Dec. hic nu. 47. Primo ea ratione moti ſunt, quia hæc relegationis pæna non connumeratur inter pænas capitales, ſicut apparet ex l. 2. de publ. iud. & l. edicto de bon. poſſ. & alijs in locis ſupra commemoratis. Non ergo eſt meri Imperij. Cui quidem argumento facilè eſt reſpondere, quod & ſi inter pænas verè capitales non connumeretur, attamen ſaltem impropriè capitalis eſt ob eius grauitatem, cum corpus ipſum grauiter coherceat, & ideo meri Imperij eſſe dicitur. Tertio affertur tex. l. 4. & l. relegatorum §. hæc eſt differentia de interd. & rel. quæ probat relegatum non amittere ciuitatem, nec libertatem, non ergo eſt meri Imperij. Verùm facilè reſpondetur, quod & ſi non amittat ciuitatem, nec libertatem, non tamen inde ſequitur quin non ſit meri Imperij, cum & aliæ ſint cohercitiones quæ meri Imperii ſunt, ſicut aliquem torquere, vt infra dicemus, & tamen illæ non priuant eum ciuitate, & libertate, qui illis affligitur. Quarto, & vltimo affertur tex. l. abſentem §. 1. de pen. quo probatur pænam relegationis æquiparari pænæ pecuniariæ, quemadmodũ ergo

pæna

Digitized by Google

pæna pecuniaria non eſt meri imperii, ita nec relegationis. Cæterum reſponderi poteſt immò ibi non æquiparari pænam relegationis pænæ pecuniariæ, ſed relegationem maiorem eſſe ſentit Vlpianus dum dixit abſentem poſſe damnari pæna pecuniaria, & vſque ad relegationem. Rurſus dicere poſſumus æquiparationem illam in ſolo factam eſſe, quod ſicuti pecuniaria reuocari poteſt, ita & pæna relegationis, non tamen inde fit quin relegatio ſit pæna grauis, & conſequenter meri imperii. Et præterea admitto quod æquiparetur abſolutè pænæ pecuniariæ, non tamen eſt clarum ipſam pecuniariam non eſſe meri imperii, multi enim exiſtimant eam eſſe meri imperii, vt ſuo dicemus loco.

Quæro Quinto. An bannire ſit meri Imperij?

HAec iuris quæſtio nō ſatis commodè deffiniri poteſt, niſi prius cognoſcamus, quæ ſit hæc pæna, qua quidem in re variæ ſunt Doct. opiniones. Prima eſt eorum qui ſcripſerunt bannnire eſſe in exilium mittere, ita ex Recent. ſcripſit Petr. Plaz. lib. 1. epit. delict. cap. 36. nu. 1. & Hotom. in comm. de verb. iur. in ver. bannitus. Verum obſcura, & nimium generalis eſt declaratio, cum exilium ſit nomen generis, ex quo deportationem, & relegationem complectitur, vt ſcripſit Hotom. in verb. exilium. Secunda fuit opinio eorum qui dixerunt bannire eſſe relegare, atque ita bannitos relegatis æquiparare, ita multi tradūt in l. 1. de her. inſt. Sed vt ſtatim dicemus magis cōniter reijcitur hæc opinio. Tertia itaque eſt opinio crebior, bannire eſſe deportare Bar. in d. l. 1. de her. inſt. in fi. & communem eſſe aſſeruit Rip. in l. ex facto §. ex facto nu. 14. ad Treb. & Purp. hic nu.

249.

249. Quarta, & verior eſt opinio Marii Salomon. in l. omnes populi nu.24. de iuſt. & iur. bannire non eſſe in exilium mittere, nec deportare, nec relegare, ſed eſſe vocem quandam Gotticam, quæ idem ſonat quod proſcribere. Dicebantur proſcripti damnati, quorum nomina ſcribebantur in tabulis, quæ pro roſtris publicè appendebantur, ab eo quod proſcribere ſit publicè ſcribere. l. ſed & ſi pupillus §. proſcribere de inſt. act. & l. cum in plures §. locator horrei loc. quem locum declarat Gouean. lib. 2. lect. var. cap. 23. Quo circa, ait Salom. cum banniti voce præconis, vel magiſtratus pronuncientur damnati, & in album damnatorum relati, proſcripti cenſentur. Eſt ergo bannire, pœnam qua delinquens feriendus eſt, ſi in magiſtratus manibus inciderit publicare. Et propterea cum variis pœnis affici ſoleant hi banniti, quandoque relegationis, quandoque deportationis vel ſimili, ob id, interdum deportatis, interdum relegatis comparantur, vt in ſpecie poſt Alber. Gand. in tract. malef. docuit Rip. in d. §. ex facto nu. 14. Et inde fit vt ſemper cenſeatur eſſe meri imperii, quemadmodum in ſpecie ſcripſerunt Vallaſ. hic. nu. 178. & Purp. 249. Ex duabus præcedentibus queſtionibus iam ſatis hoc intelligimus.

Quæro Sexto. An carceris pœna ſit meri Imperij?

HAc in quæſtione aliquot caſus ſunt diſtinguendi, Primus eſt cum ad cuſtodiam carcer adhibetur in pecuniaria, quo in caſu, & Bart. & reliqui omnes quos ſtatim referam, concedunt non eſſe meri imperii, & hic caſus non habet dubitationem. Secundus eſt caſus quando carcer adhibetur ad cuſtodiam in cauſa criminali, hoc

in

in hoc caſu ſunt opiniones vna eſt Bart.hic num.8. verſ. ſed iuxta, qui dixit non eſſe meri imperij: Ea ſola ratione motus eſt quod magiſtratibus inferioribus hoc permiſſum eſt, ſicuti defenſoribus Ciuitatum §. audient in authent. de def. ciuit. & l.Diuus de ſer. fug. & tamen ij mero imperio carent. Cæterum Vallaſ.hic num.162.& Purp.225. reſpondent non eſſe bonam conſequentiam, competit hæc facultas minoribus magiſtratibus, ergo non eſt meri imperij: nam modica cohercitio meri imperij eſt, & tamen minoribus magiſtratibus permiſſa eſt, l.vlt.de off.eius. Quæ conſideratio falſa eſt, cum illud imperium, de quo in d.l.vlt.non ſit merũ. Reſpondetur itaque d.§. audient loqui cum defenſor carceri includit delinquentem,vt ad Præſidem tranſmittat, atque ita potius nudus exequutor eſt, & ideo non mirum ſi necnon facit ob vim imperij. Et tex.l. Diuus loquitur,in priuatis, qui de Præſidis licentia delinquentes perquirit, & propterea ad meri imperij cauſ. non facit. Altera eſt opinio Bal.Sal.& ſequacium, quam communem eſſe aſſerunt Dec.hic num.45. & Vallal.162.ac Purp.225.qui ſcripſerunt hanc cohercitionem ad cuſtodiam ob delicti cauſam, eſſe meri imperij. Id quod probant ex l.1. de cuſt.reor.vbi Proconſ.cognoſcit an carcerari quis poſſit ob delictum; & idem iudicatur de cauſa præparatoria, quod de præparata l.ordinarij C.de rei vend.& eandem ſententiam probat tex. in §. ſi verò etiam in authent. de exhib.reis, dum negat Iuſtinianus hanc poteſtatem tranſire mandata iuriſdictione. Et olim præhenſio hæc Trib. Pleb. & Conſ.ſolis permiſſa erat,vt ſcribit Gell. lib.13. noct.act.cap. 12. Tertius eſt caſus quando carcer adhibetur ad pœnam, id quod contingit aliquando vel ad tempus, vel in perpetuum, cum eſt ad tempus, permiſſa eſt carceratio l.de alcæ luſ.& aleat,l.3.§. tutores de ſuſp.

tur.& l.2.§.Diuus de iur. fiſ. Cum verò eſt perpetuus carcer,à iure ciuili in hominibus liberis improbata eſt. l. aut damnum §. ſolent de pæn.l.vlt. de cuſt.reor. & ſcribunt Ang.& Imo.in l. ſi quis mihi bona §.1.de acq. her. In ſeruis verò permiſſi eſt l.incredibile, & l.ſeruus C.de pæn.Iure vero Pontif. pæna hæc carceris perpetui conceſſa eſt aduerſus quemcunque cap. contra Idolorum 26.queſt.5.& cap.quamuis de pæn.in 6.& ſcripſit Men. de arb.iud.lib.1.cap.89.ad fin Cum itaque hac de pæna perpetui carceris loquimur, dicendum eſt eam eſſe meri imperij, ita Barr.hic, quem & cæteri ſequuti ſunt. Et primo affertur hæc ratio quod ij ita ad carcerem perpetuum damnati, æquiparantur damnatis in metallum l. aut damnum §.ſolent,& §.vlt. de pæn. Atqui damnare in metallum eſt meri imperij, cum ſpecialiter Præfecto ſit conceſſum, quod merum imperium ſignificat l.1.de off.eius,iuncta d.l.aut damnũ §.Præfecto planè,ergo carcerare perpetuò meri imperii eſt. Præterea, & ſecundo accedit quod pæna ob quam libertas amittitur eſt meri imperii l.illicitas §. qui vniuerſas de off. Præſ. & l. 2.de publ.iud. Atqui damnatus ad carcerem perpetuũ dicitur amittere libertatem l.2. de lib. hom. exhib. & l. poſt C.de lib.cauſ. ergo &c. Et propterea rectè iam diximus hunc æquiparari damnato in metallum,qui pænæ ſeruus efficitur l.quidam de pæn.l. in metallum C. de bon. proſcr. Rurſus, & tertio facit, quod hæc carceratio dicitur æquiparari perpetuo exilio l.omnes C. de pæn. quod ſanè exilium eſſe meri imperii ſupra diximus. His infertur damnatos perpetuis carceribus, cenſeri pæna capitali damnatos ita Bar.in l.2.num.9. de pæn. Alex.& reliqui in l. tranſigere. C. de tranſ. & propterea factionem teſtamenti amittunt,ita Bart.in l. eius qui §.1.de teſtam.& multa congerit Marſil.ſing.565.dubitarunt, &c.

Quæro

Quæro Septimo. An ſubijcere reum quæſtionibus, quam torturam vocant, ſit meri imperij?

HAc in quæſtione Bar.hic num.10.in fin.diſtinguit tres caſus. Primus eſt quando tortura pænæ cauſa, & nomine indicitur, hoc caſu dicitur meri imperii, cum ſit atrox pæna, qua membra, artuſque ipſi penè diſſoluuntur, iuxt.tex.§.vlt.in authent.vt nulli iud. Ea autem quæ graue infligunt pœnā meri eſſe imperii certum eſt, l.ſi quid erit de off.Proconſ.& leg. & diximus ſupra. hunc caſum admittunt omnes. Secundus eſt caſus cum tortura adhibetur ad eruendam veritatem, in ea cauſa, quę meri imperii eſt, vt quia ageretur de inducenda pęna capitali: Hoc etiam in caſu conueniunt Bart. & cęteri omnes torturam eſſe meri imperii. Ea affertur ratio pręter alias, quia ſiue conſideremus cauſam ipſam principalem, ſiue hanc acceſſoriam, vtraque continet grauem corporis caſtigationē, quā meri eſſe imperii diximus. Et diximus ſupra quod idem iudicamus de cauſa præparatoria, quod de pręparata l. ordinarii. C. de rei vend. niſi diuerſa ſit ratio, vt infra dicam. Tertius eſt caſus quando tortura adhibetur ad eruendam veritatem in cauſa, quę iuriſdictionis eſt, vt pecuniaria, exemplum ſit in caſu l.Diuus de quęſt.vbi ſerui in cauſis ciuilibus torqueri poſſunt ad eruendam veritatem; Idem in homine libero, cum cauſę ciuili eſt admiſſum aliquod crimen, vt in cap. 1.de dep.& tradunt Alex.cōl.7.nu.7.lib.Marſil. in d.l.Diuus nu. . Hoc in caſu ſunt opiniones. Prima fuit Bar.hic nu.10. in fi.torturam ipſam eſſe ſimplicis iuriſdictionis, ſicuti ipſa eſt cauſa principalis: illum ſequuti

ſunt Alber. Curt. Iun. nu. 95. Sopia 42. Alc. 135. & Bologn. nu. 79. Primo ea ratione mouentur, quia non conſideratur id quod eſt, ſed propter quod eſt. l. & ſi non ſint §. perueniamus de aur. & arg. leg. Atqui tortura iſto caſu non eſt propter ſe, ſed ob exercitium iuriſdictionis, atq; ita eſt quid acceſſorium ad ipſam cauſam principalem; ergo conſiderari debet ipſa cauſa principalis, cuius naturam ſequi debet hoc acceſſorium l. cum principalis de reg. iur. cap. acceſſorium eod. tit. in 6. Verum reſponderi poteſt in pęnalibus locum non habere regulam l. cum principalis, ſed principale, & acceſſorium conſiderantur vt duo ſeparata, ita probat tex. in l. mulcta de cond. & dem. vbi Soc. nu. 1. & 2. multis comprobat. Præterea, & ſecundo reſpondetur per acceſſorium non ſequitur naturam ſui principalis, quando diuerſa eſt ratio, vt declarat Dec. in d. l. cum principalis num. 3. Hic autem diuerſam eſſe rationem clarum eſt, cum cauſa ipſa ciuilis, ſicque pecuniaria, inferat aliquam corporis caſtigationem cohercitionemque cum tamen tortura ipſa caſtigatio grauis, quippe quę membrorum infert diſſolutionem, quæ grauior eſt pæna abſciſſionis vtriuſque manus, iuxta §. vlt. in authent. vt nulli iud. Secundo affertur tex. in §. ſi vero ignoti, in authent. de teſt. quo loci Iuſtinianus concedit, & adminiſtratoribus, & locorum defenſoribus facultatem ſubiiciendi teſtes quęſtionibus vt veritatem detegant. Eſt autem certum, vt alias diximus locorum defenſoribus, & inferioribus magiſtratibus permiſſam non eſſe gladii poteſtatem, ſicque meri imperii cauſas, ſi hoc ſubiicere quęſtionibus teſtes in cauſis pecuniariis eſt miſti imperii, ergo eſt iuriſdictionis. Cęterum reſpondetur non eſſe bonam argumentationem, nec conſequentiam, defenſores Ciuitatum nō habent merum imperium, ſed defenſores poſſunt ſubij-

cere teſtes quęſtionibus, ergo hęc tortura non eſt meri imperij,ſed iuriſdictionis. Hanc conſequentiam falſam eſſe omnino ſtatim demonſtrabimus. Tertia fuit opinio eorum, qui exiſtimarunt torturam etiam hoc in caſu eſſe meri imperij: in qua opinione viſus eſt eſſe idem Bart. in l.cum ſeruus de cond.ob cauſ.& in l. interdum §. qui furem de furt.quem ſic refert,& ſequitur Dec. hic num. 47.& Rim.Iun.450.ij enim dixerunt torturam abſolutè, atque ita quouis in caſu,eſſe meri imperii. Primo moti ii ſunt ex l. defenſores nihil C. de def. ciuit. quo loci defenſoribus Ciuitatum non conceditur hæc facultas ſubiiciendi reum quæſtionibus, ergo ſubiicere quæſtionibus meri eſt imperii, qui alioqui permiſſum hoc eſſet his defenſoribus ad eruendam veritatem, pro cauſæ pecuniariæ deffinitione. Verum reſpondet Dec.vbi ſupra d.l.defenſores loqui quando tortura eſt loco pænę,non autem quando adhibetur ad eruendam veritatem in cauſa pecuniaria. Ita enim eadem l.defenſores, prohibentur defenſores iſti indicere mulctam pecuniariam, quæ pænæ loco eſt l. 2. C. de ſportul. qua de re infra dicemus. Quæ ſanè reſponſio comprobatur ex d.§. ſi verò ignoti in authent. de teſt. Nam huic reſponſioni repugnat conſideratio Dec. cum dixit ob id videri dubitabilem ſuam hanc reſponſionem, quod neceſſe minimè fuerit in caſu d. l. defenſores, prohibere defenſores indicere torturam loco pænæ, ex quo certum erat illos caruiſſe ea facultate imponendi pænam, ex §. & iudicare, & §.audient in authent. de def. ciuit. Non inquam hoc obeſt quandoquidem conſtitutio illa authent. de def. ciuit.eſt longè poſterior ea l.defenſores. Nam l.defenſores promulgata eſt ab Impp. Valent.& Theod. & Archad, multos annos ante editam à Iuſtiniano conſtitutionem d.authen.de def.ciuit. Secundo adducitur tex.

in §.vlt. authent. vt nulli iud. quo loci dixit Iuſtinianus membrorum diſſolutionem eſſe grauiorem pænam abſciſſionis vtriuſque manus. Atqui manus abſciſſio meri eſt imperii, ergo & tortura meri imperii eſt. Huic argument. reſpondet Bol.nu. 79.d.§. vlt. loqui de membrorum perpetua diſſolutione, non autem de tortura, quæ dum adhibetur cum moderamine, iuxta l.de minore §.tormenta de quæſt.non diſſoluit actus, vel membra. Quæ ſanè interpretatio recipienda non eſt, cum negari non poſſit quin tortura hæc contineat grauem corporis cohercitionem, quæ meri imperii creditur l. ſi quid erit de off.Proconſ.& diximus ſupra. Rectius itaque reſponderi poteſt, in caſu d.§.vlt. illam membrorum diſſolutionem eſſe ad pænam, non autem pro exercitio iuriſdictionis, de quo nos loquimur. Tertio igitur eſt opinio quam nos nunc excogitauimus, vt tortura quæ hoc in caſu adhibetur, non ſit nec meri imperii, nec iuriſdictionis, ſed potius illius imperii, quod ab Vlpiano in l. vlt. de off.eius, non merum appellatur, ideſt miſtum. Et de quo etiam loquitur Papinian. in l.1.§.vlt.ff.eod. cum enim conceſſa, vel mandata eſt iuriſdictio, cenſentur permiſſa, & ea, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt l. 2.de iuriſd. omn. iud. & propterea tranſit mandata iuriſdictione cohercitio illa modica, quę imperii quidē eſt, ſed non meri d.l.1.§.vlt.& l.vlt. de off.eius. Et hoc ipſo imperio vtuntur defenſores ciuitatum, atq; ita inferiores Magiſtratus, dum de cauſa pecuniaria, ſecundum eorum iuriſdictionem cognoſcunt d.§.ſi verò ignoti. Et quamquam tortura hæc ſit cohercitio ſatis grauis, attamen lex eam adeo grauem eſſe non exiſtimauit, quin adhiberi poſſit à magiſtratibus his, qui iuriſdictionem exercere poſſunt.

Quæro

Quæro octauo. An mulctam indicere ſit meri imperij?

PRiuſquam hanc propoſitam quæſtionem explicem, ſciendum eſt inter pænam,& mulctam differentiam eſſe, nam pæna dicitur tam de pecuniaria, quam de corporis afflictiua; mulcta verò ſolum de pecuniaria dicitur l.aliud §.inter mulctam,& l.ſi qua pæna de verb.ſign.& mulcta inde eſt dicta, vt ſcribit Varro lib. 19. rer. hum. quod cum olim pecuniaria peccati pæna vna tantum exigi ſoleret, vt ouis, aut bos; mulcta ſeù multiplex poſtea exigi cæperit,& vinum,atque oleum addi. Erat autem olim maxima mulcta 30.bouum,& duarum ouium, minima autem vnius ouis,vt Gell. lib. 11. noct. act.cap. 1.poſtea verò. l.Alterum cœptum eſt in pecunia mulctari, & oues ſingulæ, denis æris, boues centum æſtimaræ, vt ibi teſtatur Gell.Hodie mulcta arbitraria eſt d.l. aliud §.inter mulctam , legitimum tamen modum egredi non debet d.l.ſi qua pæna . Et hic ipſe modus definitus,atq; ita determinatus eſt in aliquibus magiſtratibus, qui iure ordinario Prouincias moderantur, ad duas vncias auri Proconſules Comites Orientis, & Præfecti Auguſtales, cæterique magiſtratus illuſtres ad 6.vncias. Cæteri verò Spectabiles ad tertium vſque mulctare pôterunt l.vlt. in princ.C.de mod.mulct. & l.vlt. C. de ſport. Ius autem dicendæ multæ non omnibus magiſtratibus datum eſt, ſed iis tantum quibus publicè iudicium (vel vt in aliis Codicibus legitur) publicum iudicium exercere poſſunt l. 2.§.vlt.de iud.ſicut magiſtratibus vrbis Romæ, & Præſidibus in Prouinciis d.l.aliud.§.vlt.de verb. ſign.Nam hi publicum iudicium habent, hoc eſt poteſtatem cum imperio

perio l.2.de in ius voc.l. cum prætor §.1.de iud. magiſtratibus verò municipalibus permiſſam minimè fuiſſe hanc facultatem indicendi mulctam, vt Duumuiris, Defenſoribus Ciuitatum, ac cæteris municipalibus, probat lex vnica ſi quis ius dic. Et ſi incõtumaces aliis remediis vti poſſint.l. contumacia de re iud.ne ſua iuriſdictio eludatur, iuxta l.vlt. de off.eius.Ita nec ii quibus demandata eſt iuriſdictio, mulctam indicere poſſunt l.2.§. vlt. de iud.etſi poſſint alia iuriſdictione vti d. l. contumacia de re iud.& l.1.§.vlt.de off.eius, & cap.ex literis de off.deleg Niſi ſit Principis delegatus cap.de cauſis §.vlt. de off.deleg.& præſertim contra exequutores, qui plus debito exigunt.l.vlt.C de ſport. Non etiam arbitri indicere poſſunt mulctam,niſi ex compromiſſo à partibus permiſſum hoc ſit; ſic intelligendus eſt tex.l. non ex omnibus §. 1. de rer.arbitr. Qua de re aliqua ſuo loco dicemus. His expoſitis ad propoſitum.q. reuertimur, dicimuſque receptam eſſe interpretum opinionem indicere mulctam meri eſſe imperii,ita Bart.hic nu.12. & Rim. Sen.num.27. Curt.Iun.99.Sap.45.Vallaſ.nu.181.in fi. Purp.269.His addo Soc.in l.1.nu.84. qui, & à quibus, & Iacobin. in inueſt. feud. in verb.cum mero, & miſto imperio nu.8.Primo adducitur tex.l.vnica ſi quis ius dic quo loci reſpondet Vlpianus Duumuiris permiſſam nõ eſſe hanc facultatem indicendi mulctam, eſt ergo meri imperii,quia alioquin,& his permiſſa eſſet. Verum euitari poteſt hæc argumentatio cum aliqui Codices habeant, omnibus magiſtratibus non tantum Duumuiris, atque ita & Duumuiri ipſi in ea poteſtate indicẽdi mulctam includuntur. Non exiſtimauerim tamen eſſe recedendum à communi lectione,quam probauit,& Ant. Aug.lib.3.emend.iur.cap.6.in fi. Euitari itaque poteſt facilius argumentatio hæc, ſi dicamus non eſſe bonam

con-

conſequentiam Duumuiri mulctam indicere non poſſunt,ergo mulcta eſt meri imperii : Nā fieri poteſt quod his denegata fuerit hæc facultas, & tamen mulcta non ſit meri imperii. Erant quidem Duumuiri ſummi magiſtratus in Coloniis, & Municipiis, ſicut Romæ Conſules l. 1. de alb ſcrib. & l. Duumuiri. C. de decur. lib. x. & his cum publicorum negotiorum mandabatur vt locatio vectigalium, pecunię publicę tractatio l. in honorariis §. vlt. de act. & oblig. ltē & tutores dare poterāt l. ius dādi de tut. & cur. dat. ab iis, & l. 1. §. ſi inter de mag. conu. Et rurſus cognoſcere poterant de elect. arbitri controuerſia l. vlt. C. de iud. Poterant, & iubere cauere de dān. infecto l. 4. §. duas de damn. inf. & iuriſdictionem etiam exercere potuiſſe probat reſponſum Vlp. in d. §. duas cum dixit, duas res magiſtratibus municipalibus Prętor iniunxit, actionem, & poſſeſſionem, cætera iuriſdictioni ſuæ reſeruauit. Dixit Vlp. permiſſam fuiſſe his actionem, ideſt legis actionem, & apertius probat locus Paul. lib. 2. ſent. quem ad rem hanc citauit Cuiac. in l. Duumuirum C. de decur lib. 10. Qui autem l. actionem obtinēt, ij, plena iuriſdictione fungūtur l. magiſtratum de adopt. l. 2. & 3. de off. Proconſ. & idem probat ipſe Vlpianus in d. l. vnica ſi quis ius dic. cum dixit omnibus magiſtratibus, non tamen Duumuiris permiſſum eſſe iuriſdictionem ſuam pœnali præcepto defendere. Hic fruſtrà exciperet Duumuiros Vlpianus, niſi & ipſi iuriſdictione fungerentur : fruſtrà etiam eos collocaſſet inter magiſtratus, qui verè dicebantur illi, qui iuriſdictionem exercere poterant, vt Prætores & ſimiles. Veruntamen carebant hi Duumuiri mero, ac miſto imperio, ſicuti probant l. 4. §. ſi fortè de damn. inf. & l. ea quæ ad municip. Non ergo ſequitur Duumuiri mulctare non poſſunt, ergo mulcta eſt meri imperij; nam miſti eſſe poſſet, cum &

eo careant. Rurſus vel ex eo deſtruitur conſequentia, quod fieri poteſt, vt aliqua quæ meri imperij ſunt, permiſſa fuerint Duumuiris, ſicuti deinde faſces ab Impp. conceſſæ illis fuerunt l. Duumuirũ C. de decur. lib. 10. & tamen non fuerit conceſſa facultas mulctandi. Præterea & alia ratione euitatur hæc argumentatio, quod ius dicendi mulctam datum fuit his, quibus publicũ iudicium eſt l. 2. & §. vlt. de iud. publicum autem iudicium habere dicebantur ſoli magiſtratus Romani l. 2. de in ius voc. l. cum Prætor la prima de iud. & mox dicemus: Non ergo ex eo mulctare poterant Duumuiri, quia mulcta eſſet meri imperij, ſed quia non erant Pop. Rom. magiſtratus, quibus ſolis permiſſum fuerat mulctam indicere. Secundo affertur tex. in d. l. 2. §. vlt. de iud. quo loci dixit Vlpianus ius indicendi mulctam competere his quibus publicum eſt iudicium, non autem alijs, niſi ſpecialiter is fuerit permiſſum, ergo mulctam indicere eſt meri imperij, alioquin & cæteris magiſtratibus, qui ius dicunt, cõpeteret. Præterea dixit mulctam poſſe irrogare illos, quibus eſt publicum iudicium, quod ſanè iudicium publicum ad merum pertinet imperium l. 1. de off. eius, §. item lex Iulia Inſt. de publ. iud. Cæterum reſpondet Longoual. hic nu. 163. in d. §. vlt. ſolum deffiniri mulctam eos poſſe irrogare, qui ius dicere poſſunt, iuxt. l. aliud §. inter mulctam de verb. ſign. Non tamen ſequitur mulcta ſolum indicitur ab ijs qui ius dicunt, ergo eſt meri imperij: quia & Duumuiri, & defenſores ciuitatum ius dicunt de aliquibus cauſis, & tamen mulctam indicere non poſſunt, cum non ſint in numero magiſtratum Pop. Rom. Præterea facilè dici poteſt Vlpianum in d. §. vlt. voluiſſe ſolum declarare, ius indicendi mulctam eſſe ex publico, iuxta l. 2. C. de ſport, & ob id imponi non poſſe à quouis priuato, ex quo non ſequitur quod ſit meri impe-

imperii. Nec obſtat illa conſideratio de publico iudicio, quia non eſt ſenſus illorum verborum, vt dixi in argumento alioquin repugnaret l.vn.ſi quis ius dic. cum dicit Vlpianus omnibus magiſtratibus datam eſſe hanc facultatem. Tertio citari ſolet text.l. vlt. C. de mod. mulct.vbi ordinariis tantum magiſtratibus, atque ita maioribus, qui meri imperii poteſtatem habent mulctandi poteſtas data videtur, ergo mulctare eſt meri imperii. Verum d.l.vlt.non ſolum maioribus, ſed & minoribus magiſtratibus tribuit facultatem indicendi mulctam;nam vt etiam ſupra admonui,magiſtratus illuſtres,ſicque maiores ad ſex vncias auri, Spectabiles ad tres alii ad duas mulctare poterant. Quarto adducitur tex.l.2. C. de ſport. vbi maioribus tantum magiſtratibus videtur conceſſa hæc facultas indicendi mulctam. Cæterum reſponderi poteſt quod immo ibi nulla adhibetur iudicum differentia, ſed indiſtinctè omnibus magiſtratibus, videtur tributa hæc facultas. Secunda opinio eſt,quod immo indicere mulctam non ſit meri imperii, ſed potius iuriſdictionis, & hæc quidem opinio his argumentis defendi poſſe videtur. Primo ex l. non ex omnibus de rec.arb. vbi arbitri, qui ſolam notionem, non autem iuriſdictionem obtinent, mulctam indicere non poſſunt. Verùm facilè reſpondetur arbitros,non id pro ſuo iure, iuriſdictione, qua carere diximus,facere,ſed cum ex cõpromiſſo ea facultas indicendi mulctam data eſt, cum nil vltra poſſint,quam quod eis ex compromiſſo datum eſt l.non diſtinguemus §.1. de off. arb. Nec illa dicitur propriè mulcta,ſed pæna,vt tradit Bar. in l.arbiter certo die de arb.Exiſtimauit etiam Alc.hic nu.154.d.l.non ex omnibus,non de mulcta,ſed de iuramẽto in litem quod aduerſario defertur,id quod prius annot.glo.in d.l.non ex omnibus. Præterea dici poteſt arbitrum, ibi contu-

macem cohercere alio remedio quam mulctæ iuxta l. contumacia vbi gloſ. de re iud. Secundo vrget text. l. 2. qui & à quo app. quo loco reſpondet Venul. legatum Proconſulis poſſe mulctam iudicare, & tamen is non habet gladii poteſtatem, l. ſolet in prin. de off. Proconſ. Verùm reſponderi fortè poteſt ex ſententia Gouean. in d. l. 1. ſupra eod. & lib. 1. lect. var. cap. pen. d. l. 2. loqui de mulcta læui, quæ eſt loco cohercitionis, quam legatus adhibet, vt ſuam iuriſdictionem exercere poſſit, iuxta l. vlt. de off. eius, grauem tamen mulctam ſolus Proconſul indicebat d. l. ſolet de off. Proconſ. Hæc tamen interpretatio dubia eſt, quia appellatio in caſu d. l. 2. admittitur, quæ appellatio ſignificat mulctam illam eſſe ad pænam, non autem ob contumaciam iuxta l. & in mulctis C. de app. Verè enim locus non eſſet appellationi ſi ob ſolam contumaciam mulcta illa indiceretur, & ad modicam cohercitionem iuxt. l. 1. C. quor. app. non recip. Hanc difficultatẽ ſentiens Gouean. dixit d. l. 2. quis & à quo, non concedere appellationem, ſed ſine appellatione Proconſulem cognoſcere de legati iniquitate; quemadmodum ſic obſeruari ſolet in cæteris interloquutoriis iniquè à legato prolatis. l. arbitrio vbi Bal. col. pen. verſ. in gloſ. magna qui ſatiſd. cog. & Franch. in cap. dilecto quæſt. 27. in fi. de app. Cæterum conſideratio hæc vera non videtur, non enim eſt ſatis certum, quod ibi Proconſul cognoſcit de iniquitate ſententiæ ſui legati, ſine appellatione, nam reſponſum illud d. l. 2. eſt de ipſa appellatione in initio enim de ipſo appellationis remedio loquitur, & clauſulam quæ ſubiicitur illi principio coheret, & ob id, & clauſula ipſa de ipſo remedio appellationis intelligi debet. Hoc idem indicat titulus ipſe ſub quo collocata eſt illa lex. 2. iux. l. Imperator de in diem adict. & tradit Alex. in l. 1. 3. not. ſi cert. pet. Et propterea

ſi vera

ſi vera eſſet Gouean. interpretatio, dicendum foret d.l. 2.debuiſſe collocari ſub tit.quæ ſent.ſin. app. reſt. Reſponderi itaque reſtius poterit in caſu d.l. 2. legatum Proconſ. potuiſſe mulctam indicere cum ei fortè ſpecialiter permiſſum fuerit à ſuo Proconſule; non enim hæc eſt grauis animaduerſio,quæ mandari legato non poſſit, iux.l.ſolet de off.Proconſ.cum verò mulctato viſum fuerit,legatum exceſſiſſe modum irrogandi,ab ejus ſententia appellauit. Tertio huic opinioni videtur ſuffragari, quod olim ediles mulctam indicere poterant, vt ſcribit Gell.lib.10.noct.act.cap.6. Ita pariter, & Tribuniſplebis data fuit hæc mulctandi facultas,vt idem Gell.lib.7. cap. 19. Et tamen vterque eorum meri imperii poteſtate carebat. Reſponderi facilè poteſt quod cum mulctandi vis, & facultas competat illis, quibus ſpecialiter fuit conceſſa d.l.2.§. vlt. de iud. & d.§. inter mulctam; dicendum eſt mirum non eſſe,quod edilibus, & Tribuniſplebis hæc facultas competeret, vtpotè eis ſpecialiter permiſſa; tametſi gladii, ſiue meri imperii poteſtas data nō fuerit.Præterea ex explanatione Bud.ad l 2 §.vlt. de iud. dicere poſſumus apud Trib. plebis non fuiſſe liberam facultatem indicendi mulctam. Illi ſanè ſolum mulctam indicebant, quam poſtea populi ſuffragiis, vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, id quod & de ipſis ædilibus dicendum exiſtimo. Tertia eſt opinio quam nunc præter alios conſideraui,vt duos caſus diſtinguamus, Primus eſt quando mulcta dicitur, & irrogatur à magiſtratu, cui ea facultas eſt conceſſa, vt ſuam iuriſdictionem tueatur,iuxta l.vnic. ſi quis ius dic. Et hoc caſu non eſt meri imperii,ſed illius imperii,quod non merum appellat Vlpianus in l.vlt. de off. eius, cum verè hic ſit conceſſa mulctæ irrogatio, ne eludatur iuriſdictio. Quæ ſententia vel ex eo comprobatur quod ait Vlp.

Vlp.in d.l.vnica omnibus magiſtratibus, exceptis Duumuiris permiſſum eſſe irrogare hanc mulctam, id quod factum eſt, vt ſuam tueantur iuriſdictionem. Et tamen eſt certum non omnibus magiſtratibus datam fuiſſe gladij poteſtatem, ſicque meri imperij, vt ſupra diximus. Hoc in caſu procedere poteſt opinio aduerſus communem. Secundus eſt caſus quando mulcta irrogatur ob delictum, hoc caſu exiſtimarem eſſe meri imperij, ſicut animaduertere in delinquentem meri eſſe imperij alias diximus. Et pro delictis poſſe indici mulctam probant l. & in mulctis. C. de app.& l.ſi qua pœna de verb.ſign. vbi glo.vlt.quæ per multa iura in hanc ſententiam commemorant,& præſertim tex.l.2. C.de Epiſc.aud. Similia ſunt huic caſui quæ diximus ſupra de carcere, & tortura, quæ ſi irrogantur ad pœnam delicti meri ſunt imperij, ſi ob iuriſdictionem exercendam imperij non meri dici debent.

Quæro nono. An publicare ſit meri Imperij?

ET meri eſſe Imperij ſcripſerunt Bald.in l.3. de off. Pręf.vigil.Rim.Sen.hic nu.26.& Alc.nu.140 .Idem affirmauit Purp.in l.1.nu.646.de off.eius. Primo eo argumento moti ſunt, quod pœna hæc eſt, & quidem grauis,cum amiſſio bonorum æquiparetur quidem mortis pœnæ l.propter litem de excuſ.tut. vbi Bart. & idem in l.4.in fi.de cond.ob tur. cau. & confert tex.in §. item propter litem Inſt.de exc. tut. Cum ergo pœna mortis, vt notiſſimum eſt, ſit meri imperij, ita & pœna hæc publicationis bonorum. Secundo ſuffragatur quod pœna l.Iuliæ eſt meri Imperij l.1.in princ.de off.eius: atque

pœna

Digitized by Google

pæna illa aliquando eſt publicationis bonorum ſ. Item l.Iulia Inſt.de publ. iud. ergo bonorum publicatio meri eſt Imperij.Tertio apertius probatur in l.vnic. C. ne ſin. iuſſ. Princ. lic. cer. iud. conf. cuius reſponſi verba hæc ſunt. Nulli iudicum liceat (exceptis ijs, qui in ſumma adminiſtrationis poſiti ſunt poteſtate) proſcriptionis tempeſtate totius ſubſtantiæ aliquem proſcribere, niſi ad noſtras aures hoc ipſum referatur, Hæc ibi, qua ſanè conſtitutione apertè demonſtratum, ad ſolum Principem vel ſummos magiſtratus; qui vt exponit ibi gloſ. exercent imperium, pertinere bonorum publicationem. Hæc ſententia locum habet ſiuè loquamur de bonorum publicatione iam à l.conſtituta, atque ſancita pro aliquo perpetrato crimine, ſiue de publicatione non ſancita, ſicut duplicem hanc bonorum publicationem diſtingunt Azo in ſumma C. ne ſin. iuſſ. Prin. & glo.in d. l.vnica quos ſequuti ſunt commemorati à Menoch. de arb iud.lib 1. quæſt. 93.nu.4. vbi inter alios retulit Iaſ. in hac l.Imperium nu.24. cum enim irrogata eſt iam à l. publicatio hæc bonorum, quicunque magiſtratus, qui de eo crimine cognoſcit, & ſententiam fert,eam quoq; pænam publicationis infert, ſeù potius declarat, & exequitur. Cum verò non eſt à l. ſancita, maior poteſtas nempè illa Principis requiritur d.l. vnica, & ideo cauſa ipſa criminis meri eſt Imperij,ita & hæc,& ſuperior bonorum publicatio meri Imperii cenſetur.

Quæro

Quæro decimo. An concedere veniam ætatis ſit meri Imperij, vel miſti, vel poteſtatis?

HAc in re tres ſunt opiniones noſtrorum interpretum. Prima fuit Bart.hic num.17.qui dixit eſſe miſti Imperii, quod tamen maximum eſt, ex quo ſolus Princeps veniam hanc concedit l. 2. C. de iis qui ven. ætat.imp.& Bart.ſequuti ſunt Iaſ.hic nu.27. & Dec. nu. 54.Curt.Iun.10.& Purp.291.Ea ratione motus eſt Bar. quia conceditur off.iudicis nobili ad priuatam vtilitatem iuxta Imperii miſti definitionem. Quæ ſanè ratio reiicienda eſt, cum vera minimè ſit illa definitio miſti Imperii,vt diximus. Secunda fuit opinio Bald. hic col.3. qui dixit eſſe meri Imperii, quæ opinio omnino falſa eſt, cum nulla hic verſetur caſtigatio, & animaduerſio corporis,quod eſt proprium meri Imperii,vt diximus. Tertia itaq.& verior eſt opinio Alc.& Coraſ.hic,ille nu.181 iſte nu.33.quã viſus eſt probare,&Gillot.lib.1.de iuriſd. & imp. cap.11. ſcripſerunt concedere veniam ætatis eſſe poteſtatis, & rectè quidem, nam in hac ipſa conceſsione non verſatur nec Imperium, quod eſt animaduerſio in facinoroſos, cum nullum hic facinus perpetratum ſit; non etiam verſatur iuriſdictio, tum quia nulla lis, nullaque cõtentio inter litigantes dirimitur: tum etiam quia ex parte concedentis,nempè Principis, nulla eſt neceſsitas concedendi veniam hanc, cum pro ſua voluntate poſsit concedere, vel non concedere, iuxt.l.Princeps de legibus, quæ libera facultas non conſideratur in ius dicente, qui de cauſis pecuniariis iudicare debet, nam eius munus coactum eſt.l. munerum §. iudicandi de mun.& hon.& l.de qua re de iud.

Quæro

Digitized by Google

Quæro vndecimo. An dare tutorem ſit meri, vel miſti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis.

IN hac diſceptatione tres ſunt interpretum opiniones. Aliqui exiſtimarunt eſſe Imperii miſti. Aliqui ſimplicis iuriſdictionis. Aliqui ſolius poteſtatis. Hæc poſterior opinio vera eſt, & omnino retinenda: & hodie etiam magis recepta. Hanc comprobabo, deinde aliarum opinionum argumenta diſſoluam. Eam igitur ſententiam probarunt glo. in l.pen.de off. Proconſ.& l. 1.de tut. & cur.dat. ab iis. Sal.in l. cognitio de off.eius. Caſtr.in l.1.ſupra hoc tit.& ibi Curt. Iun.num.43. Alc. 35.Bol.33. & Eguin. Baro in prin. Salomon. in l.1.nu. 4 de off eius Longauall.hic nu.135. & Coraſ.num.31. idem lib. 5. miſcell cap.24. Gouean. lib.2. de iuriſd. & Imp. Vacon.lib.6.declar. iur. cap. 236. Charond.de iuriſd.& imp.nu 18.Loriot.axio.9. Plaut.in l.1.in prin. in 1. declar.nu.92. de off.eius, & Gillot.lib.2.de iuriſd. imp.cap.13.nu. 5. Primo adducitur text.l. muto.§. tutoris datio de tut.quo loci Vlp. ita ſcribit, tutoris datio neque Imperii, neque iuriſdictionis eſt, ſed ei ſoli competit,cui nominatim hoc dedit,vel lex,vel S.C. vel Princeps, dum dixit neque Imperii, neque iuriſdictionis negatiuè loquitur, ſolet negatiua negare omnem potentiam, & plus negat quam affirmatiua affirmat l. hoc genus de cond. & dem. dum ergo negat eſſe imperii, nec iuriſdictionis, dicitur primo negare eſſe miſti imperii, cum miſtum componatur ex ipſo imp.& iuriſdictione, vt l.noſtra in verb.miſtum. Negare etiam dicitur eſſe meri Imperii, nam ex quo remouet genus, id eſt Imperium

perium, dicitur etiam remouere ſpecies, ideſt merum Imperium, quemadmodum cum negamus eſſe animal, dicimus negare eſſe hominem, vel equum, vel quid ſimile, & propterea perpenduntur illa verba, quæ ſubiungit Vlpianus ſed ei ſoli competit cui nominatim hoc ei dedit vel lex &c. illa dictio, ſed, ſtat ſecundum ſui naturam, aduerſatiuè, & ſignificat dare tutorem non pertinere ad illos magiſtratus, qui vel de cauſis pecuniariis ius dicunt vel gladii poteſtatem, hoc eſt merum Imperium obtinēt: ſed ad illos tantum ſpectare quibus ſpecialiter fuit data hæc facultas, atque poteſtas. Secundo comprobatur, quod in datione tutoris conſiderari non poteſt, nec imperium merum, vel miſtum, nec iuriſdictio: nam merum Imperium, quod eſt in caſtigatione, & animaduerſione poſitum, vt iam diximus, in dando tutore non verſatur; Nec etiam iuriſdictio quæ exercetur inter contendentes, cum nulla hic ſit contentio, ſed volenti, ac petenti datur. Non etiam verſatur Imperium miſtum, quod & Imperio, & iuriſdictione componitur, vt alias declarauimus, cum ipſa ſimplicia hic non eſſe demonſtrauerimus. Tertio accedunt tex. in l. pen. de off. Proconſ. & l. 1. de tut. & cur. dat. ab ijs, quibus in locis dixit Vlpian. legatum Proconſulis poſſe dare tutorem, & tamen certum eſt legatum hunc carere Imperio, immò & iuriſdictione, niſi ei à Proconſule mandetur l. legati de off. Proc. & ſi enim creatis à Pop. Rom. Proconſulibus aſſignarentur legati, qui cum illis in Prouinciā proficiſceren tur; non tamen legati iuriſdictionem prius aliquam obtinebant quam in ipſam prouinciam perueniſſent, & à Pronconſulibus mandaretur, quod in d. l. legati declarat Coraſ. &c. Quarto confert tex. l. 3. & l. vbi abſunt §. 1. de tut. & cur. dat. ab iis, vbi magiſtratus municipales poſſunt dare tutores. Idem probat l. 1. §. ſi inter de mag. con-

conuen.& tamen illi carent Imperio l. ea quæ ad munic. & l.4.§,ſi fortè de damn.inf. quibus in locis reſponſum eſt ab eod, Vlp. magiſtratus municipales, non poſſe iubere,cauere,mittere in poſſeſsionem, vel dare bon.poſſesſionem , quæ tamen Imperii ſunt , id eſt miſti Imperii vt hac l. & l. iubere infra eodem . Quinto vrget magis tex. d.l. vbi abſunt in princ.cum dixit Decuriones poſſe dare tutorem, & tamen certum eſt Decuriones, nec Imperium , nec iuriſdictionem obtinere , cum magiſtratu non fungantur l.honores §.1.de mun. & hon.l.pupillus §. Decuriones de verb.ſign.Ex ordinatione enim Decurionum magiſtratus creabantur d.§. honores,& l.2.§.2. de decur. & eor. fil. declarat Hotom. in comment.de verb.iur.in verb.Decuriones. Hæc itaque opinio iure,& ratione firmata retinenda eſt. Secunda fuit opinio eorum qui exiſtimarunt dationem tutoris eſſe miſti Imperii,qua in opinione fuerunt Bart.in l.1.num. 6. ſupra eod.Alex.& alii,& ibidem Rim.Sen.nu.3. aſſeruit communem eſſe . Idem affirmauit Vallaſ.hic num.234.quæ ſanè opinio reiicienda eſt quippè quæ nec lege , nec ratione probatur . Primo adducitur tex.in d. l. muto §. tutoris datio de tut. dum Vlpianus dixit dationem tutelæ non eſſe,nec iuriſdictionis, nec Imperii, ergo miſti, nam quando lex dicit,Imperii, intelligitur meri,& quando dicit iuriſdictionis, intelligitur mimimæ, atq; ita ſimplicis,ita intelligunt gloſ.& reliqui in l.iubere infra eod. & ideo glo.in d. §. tutoris interpretatur illa verba , nec iuriſdictionis , nec Imperii , ideſt nec iuriſdictionis tantum, nec Imperii tantum, ergo miſti Imperii, cui iuriſdictio ineſſe dicitur . Verum reſpondetur ex iam dictis, non eſſe bonam conſequentiam,non eſt Imperii,nec iuriſdictionis , ergo miſti Imperii eſt ; nam cum neget Vlp. eſſe Imperii , intelligitur de Imperio in genere , hoc eſt

tam de mero, quàm de miſto. Dixit itaque non eſſe Imperii, nec iuriſdictionis, & ſtatim ſubiungit, ſed ei ſoli competit, cui lex, vel S. C. vel Princeps nominatim conceſsit, ſignificans, vt ſupra diximus, eſſe poteſtatis. Secundo affertur tex. in l. nec mãdante de tut. & cur. dat. ab iis, quo loci dicitur dationem hanc tutoris delegari à Præſide non poſſe, ergo datio tutoris eſt miſti Imperii, cum ea quæ ſunt miſti Imperii, iuxta communem Doct. opinionem delegari non poſsint, vt per ſcrib. in l. 1. de off. eius. Cæterum reſpondet Hier. Tort. cuius meminit Alc. in d. l. 1. nu. 34. ſenſum d. l. nec mandante eſſe quod alius tutorem dare poterit, nec mandante præſide, ideſt dato, quod Præſes non mandet, atque ita illa dictio, nec determinat verbum, mandante, quod eſt ei proximum: Qui tamen ſenſus reijciẽdus omnino eſt, cum verè illi reſponſo repugnet. Reſpondet ſecundo loco Alc. in d. l. 1. nu. 134. ſtare ſimul quod datio tutoris ſit iuriſdictionis, & tamen delegari non poſſit, ſicuti videmus cauſam ſtatus, vel cauſam pecuniariam excedentem ſummam 300. aureorum delegari non poſſe, tametſi iuriſdictionis ſint l. placet. C. de ped. iud. Reſpondetur tertio, & melius mea quidem opinione, non eſſe bonam conſequentiam, datio tutoris delegari non poteſt, ergo eſt miſti Imperii, quia ſic etiam poſſemus dicere eſſe meri Imperii, cum certum ſit meri Imperii cauſas delegari non poſſe l. ſolet in prin. de off. Proconſ. eſt ergo ſenſus d. l. nec mandante, quod datio tutoris mandari alteri non poteſt, à Præſide, cui in Prouincia competit poteſtas dandi tutorem, cum ei ſpecialiter data fuerit hæc facultas d. l. muto §. tutores; ea autem quæ ſpecialiter conceſſa ſunt, non poſſunt mandari l. 1. in prin. de off. eius. Tertio citari ſolet text. l. 1. de tut. & cur. dat. ab his, vbi datio hæc tutoris conceditur maioribus

bus magiſtratibus, ergo eſt miſti Imperii. Reſpondet Alc in d.l. 1.nu. 134. non eſſe bonam conſequentiam, competit maioribus ergo eſt miſti Imperii: Nam videmus cauſas pecuniarias excedentes ſummam 300. aureorum concedi ſolis maioribus magiſtratibus, item & cauſas ſtatus eiſdem permitti, & tamen iuriſdictionis ſunt d.l.placet C. de ped.iud. Reſpondetur ſecundo falſum eſſe quod ſolis maioribus magiſtratibus cõpetit hæc facultas dandi tutorem, quia immò, & inferioribus, immò etiam iis qui carent iuriſdictione, & Imperio.l. 3. l.vbi abſunt de tut. & cur. dat. ab his, & diximus ſupra. Et præterea ſecundum argumentationem prædictam poſſet concludi, dationẽ tutoris eſſe meri Imperii, quod omnino falſum eſt. Quarto perpenditur tex.l. 1. ſupra eod.quo loci Vlpianus inter cauſas miſti Imperii, nempè dationem bon.poſſeſsionis, & mittere in poſſeſsionem, enumerat & dationem tutelæ, vt ergo æqualis fiat determinatio, iuxta reg.l. iam hoc iure de vulg. & pup. dicendum eſt dationem tutelæ eſſe miſti Imperii. Reſpondet Alc. in d. l. 1. quod cum Vlpianus æquiperat dationem tutoris cum licentia dandi Iudicem, probat contrarium, nempè quod immò datio tutoris ſit iuriſdictionis, ex quo licentia dandi Iudicẽ iuriſdictionis eſt, hac in l.in fi. Hęc interpretatio reiiciẽda eſt, quia alioquin repugnaret l. muto §.tutoris, vbi Vlpianus negat dationem tutoris eſſe iuriſdictionis. Reſpondetur itaque ſecundo. Senſum d.l. 1. eſſe dationem tutoris, ſi petatur à Prætore, expediri non virtute actionis, ſed mero Iudicis officio, & ideo datio tutoris non exercetur à Prætore eo nomine, quod ſit iuriſdictionis, ſed quia ei ſpecialiter, nominatimque fuit conceſſa.l. 1. muto § tutoris Quinto, & vltimo conſideratur ratio hæc, cuius naturæ eſt datio, cuius eſt, & reſolutio. l. prout quiſque de ſolut.

lut. Atqui reſolutio tutelæ miſti eſt Imperii, cum ſpecialiter certis magiſtratibus ſit conceſſa l. 1. §. damus de ſuſp.tut.l.1.§. ſuſpecti ad turp.ergo & ipſa datio tutelæ eſt miſti Imperij. Verùm reſpondet Alc. in d.l. 1. nu. 134.verſ.non obſtat ſextum, quod tunc demum reſolutio eius eſt naturæ, cuius eſt ipſa datio, quando ijſdem fit modis. l. ab emptore de pact. & d.l. prout quiſquā ſecus ſi alio modo fiat, & alios operetur effectus, ſicuti contingit in caſu noſtro, vbi tutor remotus ob ſuſpicionem efficitur infamis: requiritur ergo maior induſtria in remouendo, quam in dando tutore; cum in remotione verſetur famæ periculum, quæ vitæ æquiparatur l.iuſta de man.vind. Verſatur etiam periculum pupilli, ob cuius cauſam eſt diligentiſſimè animaduertendum, ne ex illa tutoris remotione ei parentur inſidiæ, iux. §. ſuſpectus Inſt.de ſuſp. tut. Et præterea adiungit Alc. ſi ita argumentari liceret dicendum pariter eſſet, teſtamentarium tutorem dari à patre ex miſto Imperio, quod omnino falſum eſt. Reſponderi etiam poteſt in remotione tutoris verſari iuriſdictionem, & Imperium iuriſdictio verſatur in cognoſcendis iuſtis cauſis ab accuſatore, ſeù actore propoſitis, atque ita inter contendentes Iudex cognoſcit, ac iudicat, quod iuriſdictionis eſt proprium Imperium quoque verſatur dum iubet magiſtratus tutori, vt ab adminiſtratione deſiſtat, quod niſi faciat, caſtigare eum poterit, quæ duo ceſſant in datione ipſa tutoris, ſicuti ſupra diximus. Tertia fuit opinio eorum qui ſcripſerunt dationem tutoris eſſe iuriſdictionis, qua in opinione fuit Petr. Bellapert.quē refert, & ſequitur Iuuen. Vrſin.in hac l.in fi. Primo hoc argumento, magiſtratus municipales tutores dare poſſunt l.3. & l.vbi abſunt de tut. & cur. dat.ab his.l. Aemilius in prin.de adm.tut.& l.2. §. ſi meri Ad S.C.Tert. Atqui magiſtratus municipales

pales exercere non poſſunt ea, quæ miſti ſunt Imperij.l. ea quæ ad municip. & l.4. §. ſi fortè de damn. inf. ergo datio tutoris non eſt miſti Imperij, ſed iuriſdictionis. Reſpondet Alc.in d.l.1. nu. . quod immò magiſtratus municipales poſſunt exercere ea quæ ſunt miſti Imperij: Nec repugnat d.l.ea quæ, quia loquitur in caſibus in quibus magis elucet Imperium,quam iuriſdictio. Quæ ſanè interpretatio reijcienda eſt, cum verè loquatur ibi I.C. de cauſis miſti imperij, ſicuti exempla, quibus vtitur, declarant, cum dixit magiſtratus illos municipales, non poſſe iubere cauere dare bon. poſſeſſionem, quæ miſti ſunt Imperij,vt hic,& ſuo loco dicemus. Secundo affertur tex.in l.pen.de off.Proc.& l.1.de tut. & cur. dat.ab his, quibus in locis reſponſum eſt, legatos Proconſulis poſſe dare tutores, cum tamen legati illi, nec meri, nec miſti imperii cauſas cognoſcere, & diffinire poſſent,l.nequaquam ſ.vbi decretum, & l.ſolet in prin. de off.Proconſ.ergo dare tutorem eſt iuriſdictionis. Verùm facilè reſpondetur vt ſupra dixi, conſequentiam non eſſe bonam cum dicimus, legatus Proconſulis poteſt dare tutorem, ſed legatus caret mero, ac miſto Imperio,ergo dare tutorem eſt iuriſdictionis, qua legatus fungitur; Nam dare tutorem permiſſum eſt, & ipſis legatis nominatim d.l.1.de tut.& cur.dat. iuncta d.l. muto.§.tutoris; & ſi ergo legatus caret mero, & miſto Imperio, non tamen ſequitur dare tutorem eſſe iuriſdictionis,ſed poteſtatis. Tertio adducunt plura iura,in quibus ſcriptum eſt, magiſtratũ pro ſua iuriſdictione,& ſecundum ſuam iuriſdictionẽ dare tutores, vt in l. 3. in prin.de poſtul.l.3.§ ſed & ſi fortè iud. ſol.l.2.C. de off. eius qui vic.alt.ger.& apertius in ſ.ſed hoc iure Inſt. de attil. tut. ergo &c. Reſpondetur primo quod in prædictis locis iuriſdictio latè ſumitur pro poteſtate, ſicut ſupra

pra diximus in præl ud. Aliquando ſumi, & ſenſus erit, quod magiſtratus dant tutorem; iuxta poteſtatem ſibi à l. conceſſam. Reſpondetur ſecundo, illa verba pro ſua iuriſdictione, vel ſecundum ſuam iuriſdictionem habere hunc ſenſum, vt referantur ad eos, & qui dantur tutores & quibus dantur, nempè quod magiſtratus dare debent tutores illos, qui ſub ſua iuriſdictione ſunt, non autem exteros l. 1. l. 3. l. Diuus Marcus, de tut. & cur. dat. ab his; ita & pupillis qui & ſua in prouincia oriundi ſunt, & vbi habent ſuas facultates l. vnica C. vbi pet. tut. vel ſaltē aliquam eorū maiorē partē: ſic d. §. ſed hoc iure explicauit ibidem Baldo uin. & Bell. lib. 1. ſupp. iur. cap. 2. Eſt igitur concludendum veram eſſe primam illam ſententiam, quod datio tutoris ſit poteſtatis, quæ à S.C. & à Principibus multis conceſſa fuit nominatim, & primum Tribunis plebis anno 443. ab vrbe condita M. Valerio, & P. Decio Conſſ. auctor eſt Theophil. in Inſt. de Attil. tut. Deinde Prætoribus Vrbanis, vt idem auctor ſcribit: poſt modum Conſulibus, quod à Claud. Cæſ. factum fuiſſe teſtatur Suet. in Claud. cap. 23. Conſtituti deindè fuerunt ab Antonino Philoſopho Prætores tutelares ſicut memoriæ proditum eſt à Iulio Capitol. in vita ipſius Antonini, & ab Alex. ab Alex. lib. 2. dier. genial. c. 15. & à Cælio Rhodeg. lib. 75. lect. antiq. c. 30. in fi. & tū eadem poteſtas data fuit legatis Proconſulum, & Præſidum iuridici Alexandriæ, ac magiſtratibus municipalibus d. l. 3. & l. vbi abſunt de tut. & cur. dat. ab his l. pen. de off. Proconſ. l. 2. de off. iurid. Alexan. & d. §. ſed hoc iure. Inſt. de att. tut. Et ex his, &c.

Quæro duodecimo. An remouere tutorem ſit meri, vel miſti Imperij?

ET miſti eſſe Imperij ſcripſit Bar. in l. cognitio in prin. de off. eius, & in l. 1. §. ſuſpecti ad Turp. quem reliqui penè omnes ſequuti ſunt, & communem eſſe opinionem teſtatur Vallaſ. hic num. 238. Idem ſcripſit Eguin. Baro Inſt. de ſuſp. tut. in prin. Idem Coraſ. d. l. cognitio, Ea ratione primo vſus eſt Bart. quia off. Iudicis nobili expeditur ad priuatam vtilitatem; id quod miſto Imperio conuenit, ſecundum miſti Imperij definitionem ab ipſo Bart. traditam. Verùm facilè reſpondetur quod cum vera non ſit illa definitio miſti Imperij, quam attulit Bart. non etiam eſt vera hæc argumentatio. Affertur ſecundo, quod cognitio ſuſpecti tutoris, remotioque ipſa ſolum cognoſci poteſt pro Tribunali à Præſide l. 1. §. ſuſpecti ad Turp. ergo eſt miſti Imperij, alioquin, & ab inferioribus magiſtratibus municipalibus cognoſci poſſet. Reſponderi poteſt argumentum non concludere, quia hac conſideratione ita ſpecta, dici poſſet eſſe & meri Imperij, poſtquam illius cauſæ non niſi à maioribus magiſtratibus cognoſci, & diffiniri poſſunt. Tertio itaque & rectius dici poteſt ſuſpecti tutoris poſtulationem, atque accuſationem miſtā, quandā naturam obtinere, ſicuti de quærela inofficioſi teſtamenti ſcribunt gloſ. in l. Papinianus in prin. de inoff. teſtam. Cagn. in rubr. eod. tit. nu. 4. Nam & priuatum pupilli commodum, & vindictam publicam reſpicit: Et licet aliquando grauius, aliquando mitius puniatur l. 1. §. ſolent de off. Præf. vrb. & l. 1. §. ſuſpecti ad Turp. non tamen eius natura immutatur. Cum itaque remotio ipſa ab adminiſtratione, reſpiciat

 cauſam

Digitized by Google

cauſam pecuniariam ẽt, habeatque pænam, & coercitionem admiſtam, dicendum eſt miſti eſſe Imperij. Secunda fuit opinio Abb. in cap. venerabili de off. deleg. qui exiſtimauit hanc ſuſpecti tutoris remotionem eſſe meri Imperij: Ea motus ratione, quod grauis tutori remoto infertur pæna, nempè infamiæ, & propterea non niſi à Præſide cognoſci poteſt d.l.1.§.ſuſpecti ad Turp. Tertia fuit opinio Bar.in d.§.ſuſpecti, quam & ſequutus eſt Niger in d.l.cognitio n.1.de off.eius. Diſtinguitq; Bar.duos caſus, primus eſt quãdo tutor remouetur propter dolum vt puniatur, hoc caſu rectè procedit opinio Abb. vt ſcilicet hæc remotio ſit meri Imperij, nam tunc ſolus Præſes Prouinciæ cognoſcit.d.§. ſuſpecti. Et Romæ ſolus Præfectus vrbi l.1.§. ſolent de off. Præf. vrb. Secundus eſt caſus quando tutor ſimpliciter remouetur ob ſolam pupilli vtilitatem, cum ſcilicet tutor non eſt idoneus adminiſtrare tutelam; nam tunc ciuiliter agitur, & propterea dicitur miſti Imperij, & hoc caſu procedit prima illa magis recepta opinio. Hæc diſtinctio non videtur retinenda, cum verum minimè ſit ciuiliter agi poſſe in remotione ſuſpecti tutoris, immò ſemper cauſa cenſetur criminalis l.1,§.1.de ſuſp.tut. Nec iure aliquo cautum apparet quod ad tutoris remotionem ciuiliter agi poſſit; nã repugnat ratio illa Bart. quod in cauſa hac remotionis ſuſpecti tutoris interuenire poſſit Procurator.l.non ſolum.§.vlt.de procur.cum tamen procurator in cauſis criminalibus non admittatur l.ſeruum quoque §.publicè eod.tit.Nam reſpondetur quod immò & multis in cauſis procurator admittitur in cauſis criminalibus ſicut quando pro illo crimine indicitur pæna vſque ad relegationem, vt tradunt multi congeſti à Menoch de arb.iud.lib.1.quæſt.80.nu.86. Non etiam vera eſt ratio perpenſa à Bart. ſic agi poſſe ad tutoris remotionem, vt

nil

nil aliud quis petat, niſi priuatum cõmodũ,& vtilitatem pupilli,atq; ita ciuile videatur omnino negotium. Nam reſpondetur quod etiam ſi proponens quærelam remotionis tutoris expreſsè profiteatur,nolle tutorem infamem fieri; nihil agit,ſed infamia omnino ſequitur.l.2. de ſuſp.tut.Immò nec Iudex ipſe efficere id poteſt, cum facti quidem quæſtio,in poteſtate iudicantis ſit, iuris verò auctoritas in poteſtate legis l.1.§.1. ad Turp. & l.ordine ad municip. Remouendi autem ſuſpectos tutores poteſtatem habent permulti, ſi à lege ipſo iure ſit, iuxt. l.eum qui C.de ſuſp.tut.Conceditur etiam legato Proconſulis l.1.§.damus de ſuſp.tut. & Inſt.eod.tit.in prin. Si verò ſit remotio mediante ſententia, hanc faciunt ſolùm Præſes in prouincia,& Præf.vrbi Romæ d.l.1.§.ſolent de off.Præf.vrb.& l.1.§. ſuſpecti ad Turp. vbi Bart. ſic declarat,Coraſ.in d.l.cognitio in princ.

Quæro decimo tertio. An legitimatio per reſcriptum ſit iuriſdictionis, vel miſti Imperij, vel potius poteſtatis?

PRima fuit opinio eorum qui ſcripſerunt eſſe miſti Imperij.Hac in opinione fuerunt Bart.hic nu.17 & Purp.nu.29.Alc.186.viſus eſt idem ſentire, idem ſcripſit Bal.in l.geſta C. de re iud. & motus eſt Bart. ex text. illud ibi afferre Imperio, & §.pen.ibi Imperatoris munificentiæ,in authen.quib.mod.nat.eff.ſui,qui non probat vt inferius dicemus. Secunda fuit opinio Abb. in c.per venerabilem qui fil.ſint leg.quod legitimare per reſcriptum ſit ſimplicis iuriſdictionis.Eſt ſanè voluntariæ iuriſdictionis ſicut adoptio, & emancipatio à quibus licet argumentari, vt explicat Bart.l.vlt.C. de emanc.lib. Verùm

rùm reijcienda eſt hæc opinio cum iure cautum non reperiatur,quod hæc legimatio ſit ſimplicis iuriſdictionis, & de adoptione, ſeù arrogatione, & emancipatione dictum eſt;intelligitur eſſe iuriſdictionis voluntariæ, ideſt poteſtatis, ſumpto nomine iuriſdictionis in lata ſignificatione,vt diximus in præludijs. Tertia itaque fuit opinio eorum qui cenſuerunt, & rectè quidem, hanc legitimationem eſſe ſolius poteſtatis, & facultatis, ita Longouall.hic num.140.& Coraſ.33. idem ſcripſit Cagn.l. vlt.nu.26.eod. tit. Et primò affertur ratio, quia in legitimatione nulla adeſt cohercitio corporis, non ergo eſt meri Imperij; Non etiam adeſt contentio in iudicio, ergo non eſt ſimplicis iuriſdictionis, ac per conſequens non eſt etiam miſti Imperij,ergo ſolius poteſtatis. Præterea, & ſecundo accedit quod Comitibus Palatinis cōpetit hæc legitimandi facultas, & id poſſunt quod ipſemet Princeps, vt tradunt omnes in l.Gallus. §. & quid ſi tantum,de lib.& poſt.Soc.Sen. conſ.63.nu.2.lib.3.& alios refert Men.conſ.20.nu.14.lib.1. Et tamen certum eſt hos Comites Palatinos carere iuriſdictione, & Imperio. Rurſus, & tertio affertur tex. in d. §. illud, & §. pen.auth. quibus mod.nat. eff.ſui,in d.§. illud ſancitum eſt, quod pater qui vult filium naturalem legitimum facere, offerre debet preces Imperio, ideſt Principi, ſicut melius in Cod.Haloand.Nouell.89 §.ſed & illud, legitur,maieſtati imperatoriæ,ſignificans hanc eſſe poteſtatē reſeruatam ipſi Principi, qui pro ſua voluntate, & munificentia facit:ſicuti liberalitatem, & munificentiam Imperialem appellat tex.in d.§.pen. Atqui ita hic nulla verſatur iuriſdictio, quæ poſita eſt in adiudicando vnicuique quod ſuum eſt,ſicut dictat ipſa iuſtitia diſtributiua.

Quæro

Quæro decimo quarto. An cauſæ appellationum ſint miſti Imperij, vel iuriſdictionis.

HAc in diſputatione conſiderandi ſunt duo caſus, qui in cauſis appellationum ſolent confici, vnus eſt ipſius actus appellandi, & admittendi appellationem Alter eſt cognitionis, atque ita proſequutionis, diffinitioniſque appellationis. Ille primus actus qui fit à parte appellante a ſententia contra ſe lata, reſpectu ipſius appellantis eſt manifeſtum non eſſe nec miſti Imperii, nec iuriſdictionis, cum ſit actus perſonæ priuatæ. Actus verò qui fit ab ipſo Iudice admittente appellationem, non ēt eſt miſti Imperii, cum nullā contineat cohercitionem, ſed eſt ſimplicis iuriſdictionis, cum ſolum cognoſcat, an ſit admittenda, vel non appellatio, & aliquando eam admittit, & aliquando reiicit. Qua ex re intelligimus minus rectè ſenſiſſe Bologn. hic nu. 101. qui exiſtimauit hunc actum eſſe miſti Imperii. Et eo magis huius opinio reiicienda eſt, quia & ipſe conſentit cum Comenſi, de qua ſtatim dicemus, quod vbi cauſa principalis eſt ſimplicis iuriſdictionis, ita quoque ſit ipſa cognitio appellationis. Et tamen vult Bologn. abſolutè hunc actum admiſſionis appellationis eſſe miſti Imperii. De ſecundo actu appellationis dicendum nunc eſt, nempè an cognitio cauſæ appellationis ſit miſti Imperii, vel iuriſdictionis? Et dicendum eſt quod ſi cauſa principalis fuit miſti Imperii, vt puta, ſi appellatum eſt à ſententia de danda bon. poſſesſione, quàm certò ſcimus eſſe miſti Imperij, vt hic, ipſa cauſa appellationis erit pariter miſti Imperij, Ita è contra ſi cauſa principalis eſt meri Imperij, vel ſimplicis iuriſdictionis, ſic etiam erit ipſa cauſa appellationis. Hanc ſententiam quæ mihi ſummopere pla-

Digitized by Google

placet. probarunt Com. l. 1. §. ſolet quan. app. ſit. & ibidem Ang. & Aret. & Caſtr. in l. vlt. C. de ped. iud. Socc. l. 1. nu. 89. quis, & à quo app. Iaſ. hic nu. 29. in fin. & prius Caccialup. nu. 60. deinde Bol. nu. 101. verſ. ſi verò conſideratur. His accedit Præpoſ. in rubr. extra de app. col. 17. Prima ea ratione adducti ſunt, quod appellatio non mutat naturam cauſæ principalis, ſi ergo cauſa principalis erit ſimplicis iuriſdictionis, ita & appellatio. Illud antecedens quod ſcilicet non mutetur natura probatur in l. cũ quid; iud. ſol. vbi fideiuſſor qui promittit in prima inſtantia, tenetur & in cauſa appellationis ſi fideiuſſit pro eo quod fuiſſet iudicatum à Iudice primo, & ſuo ſucceſſore; ad quod non teneretur ſi cauſa eſſet diuerſa. Idem apertius probat tex. l. 1. an per alium cauſa app. agi poſſ. quo loci manifeſtè reſpondit Vlpianus quod cauſæ appellationis agi poſſunt per procuratorem, quando & in prima inſtantia per eum tractari potuerunt, & ibi Ang. ſcriptum reliquit, quod ſi cauſa principalis eſt ſummaria, ita quoque ſummaria eſt cauſa appellationis, & Ang. ſequutus eſt Fel. in cap. cum te primo not. de off. del. Confert. l. inuitus. C. de procur. vbi Doct. præſertim Iaſ. col. 2, ſcribunt quod generalis procurator cauſæ, tenetur proſequi appellationem, cum ſit eadem cauſa. Secundo accedit quod magiſtratus municipales non poſſunt ea exercere quæ ſunt miſti Imperii. l. 4 §. ſi fortè de damn. inf. l. ea quæ ad munic. & tamẽ poſſunt cognoſcere cauſas appellationum cum appellatum fuerit à ſententiis Iudicum à ſe datorum. l. 1. & vlt. quis & à quo app. quæ iura locum habent etiam in magiſtratibus municipalibus cum generaliter loquantur, & magiſtratus illi appellentur qui Iudices dederunt, vel iuriſdictionem mandarunt, quod & municipalibus conuenit. Nunc ſupereſt vt diluamus, & confutemus rationes, & argumenta eorum

qui

qui opinati ſunt cauſas appellationum eſſe ſemper miſti Imperii, qua ſanè in opinione fuerunt Bart. l. 1. §. ſolent col. 1. quando app. ſit Ang. in l. & quia in ſi. hoc tit. Alex. in hac l. nu. 33. qui eiuſdem opinionis recenſet Bald. in rub. extra de off. del. & hanc quoque probauit Purp. hic nu. 308. Primo ea ratione moti ſunt, quia hæ cauſæ expediuntur off. Iudicis nobili ad priuatam vtilitatem, quod miſto conuenit Imperio, ſecundum definitionem miſti Imperii à Bar. traditam: quæ ſanè ratio non viget, cum, & iã ſæpius diximus, q̃ deffinitio illa vera non ſit. Secundo adducitur, quod cauſæ appellationum iure ciuili inſpecto delegari non poſſunt glo. in l. eos C. de app. & ſi ſecundum ius Pont. delegari poſſunt, vt glo. inquit in d. cap. ſuper quæſtionum §. intentionis de off. del. ergo cauſæ appellationum ſunt miſti Imperii, quæ delegari non poſſunt. Verùm reſpondetur quod poſſunt delegari etiam ſecundum ius Cæſar. ſicuti probari creditur in authent. ad hæc. C. de iud. ſecundum glo. interpretationem, cum ait Iudicem appellationis poſſe quidem totam ipſam cauſam appellationis delegare, partem verò illius nõ, & ibi aliqui eã recipiunt. Quæ interpretatio mihi non placet. Idem etiam probatur in l. præcipimus. §. huic ſaluberrimæ. C. de app. vbi conſtitutum eſt, quod cauſæ appellationis deuoluuntur ad Præfectum pretorij, qui aliis Iudicibus cognoſcendas delegare poteſt. Nec dicendum eſt d. §. huic ſaluberrimæ loqui in Principe, quaſi quod in inferioribus magiſtratibus diuerſum ſit: nam reſpondetur quod ex quo non apparet Principem ſpecialiter id ex ſua perſona velle cognoſcere dicitur voluiſſe vti iure communi ordinario iuxta l. digna vox. C. de legib. Et præterea cum hoc ſit clarum iure Pont. cap. interpoſita §. illud de app. Idem eſt dicendum in iure Cæſareo, cum in dubiis lex Ciuilis non de-

digne-

dignetur imitari ſacros Canones cap.1. de oper.no.nūc. Tertio affertur argumētatio hæc, reſtitutio in integrum, & appellatio æquiparantur.l. præfecti de minor. Atqui reſtitutio miſti eſt Imperij. l. ea quæ ad munic. ergo & appellatio. Sed facilè reſpondetur, quod & ſi in aliquibus à pari procedant d.l.præfecti, non tamen in omnibus facta eſt æquiparatio, ita quod ſumi debeat argumentum de vna ad aliam, iuxta tradita ab omnibus in cap.tranſlato de Conſtit. vbi Dec. & tradunt Alexan.l.ſi quis maior nu. 10.C.de tranſ. & Iaſ.in l.2.nu.19. de iureiur. concedimus igitur à pari procedere quo ad effectum impediendi iudicatum d.l.præfecti,& l.1.C.ſi adu. rem iud. quemadmodum etiam dicimus de ſupplicatione, quæ iudicatum ſuſpendit, & reſcindit ſicut ipſa appellatio authent. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. off. Non tamen hinc ſequitur, vt appellationis cognitio ſit miſti Imperii,vt fortè ſunt reſtitutio & ſupplicatio,de quibus ſuis locis dicemus. Quarto, & vltimo affertur hæc ratio quod quando lata eſt ſententia, & ſi cauſa ſui natura eſt iuriſdictionis, attamen aſſumit poſtea auctoritatem ſententiæ, de cuius correctione deinde agitur:quæ ſanè correctio adeo eſt in cōſideratione, vt ob illam non poſſit appellari niſi ad ſuperiorē l.præcipimus.C.de app. & §.vlt.auth. de app. Verùm facilè reſpondetur quod & ſi in appellatione tractatur de correctione ſententiæ, non tamen mutatur natura ipſius cauſæ principalis, vt demonſtrauimus. Diffiniri etiam hic poteſt, & illa iuris q.quæ huic noſtræ affinis eſt, An cauſæ nullitatis ſententiarum ſint miſti Imperii, vel iuriſdictionis? Et eſſe miſti Imperii ſcripſerunt multi commemorati à Iaſ. hic nu. 30.Purp.309. & Bol.102.qui aſſeruerūt hanc eſſe cōmē opinionem. Ego tū exiſtimo, vt paucis dicam,quid ſentiā, veriorem eſſe opinionem illam quam ſentit Iaſ. nu.

30.

30.in fi.cum dixit eſſe diſtinguendum, vt dictum fuit ſupra de cauſis appellationū hoc eſt quod ſi cauſa principalis eſt miſti Imperii, ita etiam miſti Imperii erit cauſa nullitatis, ſin verò cauſa principalis eſt iuriſdictionis, ita etiam iuriſdictionis erit cauſa nullitatis. Ea eſt ſolida huius ſententiæ ratio, quod nullitas à pari procedit cum ipſa appellatione immò dicitur quædam appellatio; nam in appellatione ineſt quodammodo nullitas.l. quædam mulier fam. erciſ.l. Carmelia Pia de iur. patr. & tradunt Alex.in l.4.§.condemnatum nu.14.de re iud. & ibidem Rip.num.26.cum dicunt nullitatis exceptionem,ita impedire exequutionem ſententiæ, ſicut impedit appellatio. Hinc fit qui ſicuti attenta appellatione pendente reuocantur tot.tit.nil in nou.app.pend.ita pendente cauſa nullitatis, vt ſcribunt Bar.in l.1. col. C.de ſecundum tab. & ibi Iaſ.nu.1. Hinc. Abb.in cap.dilecto num. 8. de app. & ibidem Franc.nu. 23. & apertius Bald.in l. ab exequutione num 13.C.quer.app. non recip.quem ſequutus eſt Aret.conſ.75.col. vlt.verſ.præterea, ſcripſerunt nullitatem dici,& nominari poſſe appellationem. Idem ſentit Bar.in l.1.nu.11.C.quan.prou.non eſt nec. quemadmodum ergo appellatio non mutat, vt ſupra diximus,naturam cauſæ principalis,ita nec ipſa nullitas.

Quæro decimo quinto. An recognitio ſententiæ ex ſupplicatione ſit miſti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis?

VNA fuit opinio eorum qui ſcripſerunt eſſe miſti Imperij,qua quidem in opinione fuerunt Bart.hic nu.8.& alij commemorati,& ſequuti à Curt. Iun. num. 106.Vallaſ.229. Purp. 301. Alc. 198. & eandem opin.

probauit idem Caccialup.num.54.Et ea ratione adducti ſunt , quod ſoli Principi conceditur recognoſcere ſententiam,ex ſupplicatione authent. quæ ſupplicatio C.de precibus imp. off. Inmò nec Præf. prætorio, tametſi ſupremum obtineat magiſtratum , recognoſcit ſententiam ex ſupplicatione ; ne contingat eum eſſe Iudicem ſuæ cauſæ aduerſus tex.l. qui iuriſdictioni infra eod. & l.1. C.ne quis in ſua cauſ.ſib. ius dic. Libellus quidem ſupplicationis porrigitur Præf. prætorio, ne à ſe latam , vel ab alio ſententiam exequutioni demandet , ſed recognitio ipſa à ſolo Principe fit.l.1. C. de ſent.Præf. præt.ſic etiam intelligendus eſt tex.l.ſi quis aduerſus. C. de precibus imp.off.Et ideo in d.authent. quæ ſupplicatio ſolum agitur, de libello offerendo ipſi Præf. prætor. ſicuti etiam eius Conſiliariis , ſeù Aſſeſſoribus offerri poteſt, vt ibi,& apertius in Nouell.119.vt donatio propter nuptias.§. aliud ad hæc , ex qua deſumpta fuit d. authent. quæ ſupplicatio . Verùm ratio hæc non concludit, cum non ſit bona conſequentia , recognitio ſententiæ ex ſupplicatione eſt reſeruata Principi , ergo eſt miſti Imperij; Nam videmus l. condendæ facultatem , eſſe Principi reſeruatam l.vlt.C. de legib. & tamen non eſt miſti Imperii,ſed ſolius poteſtatis , vt diximus ſupra quæſt.1. Secunda eſt opinio,quod recognitio hæc ſit ſimplicis iuriſdictionis quam quidem defendi fortè poſſe ſcribit Alc. hic num.198. Primo ea ratione quod ſicut appellatio ſuccedit loco cauſæ principalis , & illius naturam non immutat.l.cum apud iud. ſol.l. 1. an per al.cau. app. ita etiam ſupplicatio appellationis loco ſubrogatur d. l. ſi quis aduerſus.C.de Præc.imp.off. Cum autem ſubrogatum ſapiat naturam eius , in cuius locum ſubrogatur l. eum qui §. qui iniuriarum ſi quis caut. dicendum eſt recognitionem eſſe eiuſdem naturæ cuius fuit cauſa appel-

latio-

lationis. Atqui cauſa appellationis poteſt eſſe ſimplicis iuriſdictionis,ergo & recognitio hæc. Verùm reſpondet Alc.loco præcitato, in hac iuriſdictionum materia, non ſemper ſubrogatum ſapere naturam eius,in cuius locum ſubrogatur,vt docuit Abb.in cap. ſuper quæſtionum §.ſi verò de off.del. ex illo tex. Et poſt Alc.in cap. quia nu. 6.de iud. Menoch.de arb.iud.lib.1. quæſt.54.num.32. Præterea reſponderi poteſt,argumentum non concludere,cauſa reductionis eſſe ſimplicis iuriſdictionis,ergo vel iuriſdictionis, vel miſti Imperij, vel etiam meri, ſicuti eſt ipſa cauſa principalis, & quemadmodum de ipſa appellatione diximus. Tertia eſt opinio quam præter alios in medium nunc profero, vt diſtinguamus duos caſus, ſicuti duo ſunt actus in ipſa recognitione ex ſupplicatione. Primus eſt actus, atq; ita caſus, quando ipſe Princeps accepto libello ſupplicationi admittit, atque ita concedit reuiſionem,recognitionemque ſententiæ. Hic actus non eſt nec iuriſdictionis, nec Imperij; ſed poteſtatis, cum ſit gratia quædam & liberalitas Principis, & quid ipſi Principi tantũ permiſſum d.l.1.C.de sẽt.Præf. prætor.Secũdus eſt actus ipſius reuiſionis,& recognitionis hic eſt vel iuriſdictionis, vel miſti Imperij,ſicut eſt ipſa cauſa principalis. Ea eſt ratio quia etſi multis hæc recognitio, ſeù reuiſio, quantum ad ſuos effectus reſpectu initii differat ab appellatione, vt declarat Iaſ. in l.ſi quis aduerſ.C.de precib.imp.off. & alii commemorati à Menoch.lib.1.de arb.iud. quæſt.70. nu.23. vt eſt illa differentia quod appellatio ſuſpendit exequutionem ſententiæ,recurſus verò,ſeù reuiſio non ſuſpendit; attamen quantum ſit ad ipſius recognitionis proceſſum & ſimilia illa reuiſio recognitionis regulariter ſecundum terminos appellationis,vt tradit glo.not.in d.l.1.C.de ſent. Præf. præt.quam ſingularem dixerunt Marſil.ſing.88. ſtatutũ,

Digitized by Google

&c.& alij à Menoch.relati d.quæſt. 70. num. 27. Non enim reuiſio immutat naturam ipſius cauſæ principalis, ſed ſolum efficit, vt hic reuiſor de ea cognoſcat, & iudicet, ſicuti cognoſcere, & iudicare debuit ille primus, vel ſecundus Iudex. Quemadmodum ergo appellatio eſt miſti Imperij, vel iuriſdictionis, quando cauſa principalis ita fuit, ſic & hæc ipſa recognitio ex ſupplicatione.

Quæro decimo ſexto. An reſtituere in integrum ſit miſti Imperij, vel iuriſdictionis.

ET eſſe miſti Imperij affirmarunt Bart. hic num. 19. Dec.56.Cur.Iun.109.Sap.51.Vallaſ.230. Coraſ. 30. & Bol.96. idem ſcripſit Loriot. de iuriſd. & imp. axiom.29.in ſin. & horum ſententia mihi pariter probatur. Primo affertur l. ea quæ in ſi.ad munic.quo loci reſpondet Paul. magiſtratus municipales non poſſe facere ea quæ ſunt magis Imperij, quam iuriſdictionis, atque ita quæ miſti Imperij ſunt, ſicuti interpretes omnes exponunt. Affert exemplum Vlpianus vt reſtituere in integrum; & fortè ea eſt ratio, quod reſtitutio hæc non conceditur niſi cauſa cognita.l. in cauſæ la prima §. cauſa cognita de minor. Ea autem quæ cauſæ cognitionem deſiderant, magiſtratibus municipalibus conceſſa non ſunt; ſed Prætori reſeruantur l. 4. ſi fortè de damn. inf. Hinc I.C. in l. vbicunque de reg. iur. reſpondit, quod vbicunque cauſæ cognitio requiritur, ibi Prætor deſideratur,& Vlpianus in l.4.§. cauſa cognita de bon. poſſ.& l.2.§. dies ſi quis ordo. ſemper reſpondit ea quæ cauſæ cognitionem poſtulant,Prætorem pro tribunali cognoſcere. Hoc itaque reſponſum l.ea quæ ſatis probat ſententiam hanc. Nec obſtat conſideratio Longouall. hic

num.

num.126.cum dixit in d.l.ea quæ,non afferri exemplum illud reſtitutionis in integrum pro exemplo miſti Imperij, ſed veluti quid magiſtratui municipali minimè competens. Nec finis illius reſponſi cohæret principio, vt principium cum ipſo fine coniungatur, ſed ſunt ſeparata, cum interpoſita ſit clauſula complectens multa,quæ ad magiſtratum municipalem non pertinent; Nō inquam obſtat hæc conſideratio, quandoquidem finis pendet à capite, & illi omnino coheret; nam poſtquam Paulus generalem quandā ſententiam propoſuit, qua dixit magiſtratibus municipalibus conceſſa non eſſe quæ ſunt meri Imperij, quam iuriſdictionis, ſubiunxit declarando quæ ea eſſent,quæ his magiſtratibus permiſſa non ſunt:quam declarationem ſi non ſubiunſiſſet obſcuram, & confuſam omnino reliquiſſet generalem illam ſententiam. Contrariam opinionem quod ſit reſtitutio in integrum iuriſdictionis probauit Longouall. hic nu. 128. Primo ea ratione motus, quod miſti Imperij cauſæ modicam in ſe habent cohercitionem l.1. §.vlt. & l.vlt. de off.eius, ſed in concedenda reſtitutione nulla intercedit cohercitio, cum amiſſa tantum actio reſtituatur.l. vlt.C. & quib.cauſ. mai. ergo reſtitutio hæc non eſt miſti Imperij, ſed iuriſdictionis. Reſpondet Loriot d. axiom.29. in fin. fieri poſſe quod miſti ſit Imperij, & tamen nulla adſit cohercitio, cum Imperium cohercitionem non ſignificet l. quod iuſſit de re iud. & modica cohercitio, ait ille, miſtū Imperium nō eſt, ſed Imperij ſpecies l. iubere cauere infra eod. Quæ reſponſio recipienda non eſt, cum verè Imperium in cohercitione poſitum ſit.l.ſolet de off.Proc.l.noſtra,& ſuo loco diximus Reſponderi melius poteſt, quod immò in hac in integrum reſtitutione cohercitio conſiderari poteſt,nam cohercitione opus eſt,quando minor ſua iuriſdictione priuatus

uatus

uatus reſtituitur inuito, & reluctante poſſeſſorē, qui de poſſeſſione non vult recedere, iuxt. d. l. ea quæ in vlt. verbis ad munic. quod ſcripſerunt Cur. Iun. hic nu. 109. & Bol. 96. Secundo huic opinioni ſuffragari videtur tex. l. in cauſæ la ſeconda §. vlt. de min. quo in loco reſpondit Præfectum vrbi, & cæteros magiſtratus pro ſua iuriſdictione in integrum reſtituere. Verùm reſpondetur illa verba pro ſua iuriſdictione debere exponi, ideſt pro ſua poteſtate, quemadmodum diximus ſupra quæſt. 11. ſumi in l. 3. in prin. de poſtul. & l. 3. §. ſed & ſi fortè iud. ſol. & in §. ſed hoc iure Inſt. de attil. tut. quibus in locis ſcriptum eſt, magiſtratus pro ſua iuriſdictione dare tutores, ſumitur ibi iuriſdictio pro poteſtate. Præterea & ſecundo interpretari poſſunt hæc verba, pro ſua iuriſdictione, vt referantur ad eos, quibus conceditur reſtitutio, & contra quos datur, vt ſit ſenſus quod magiſtratus reſtitutionem concedunt illis, & contra illos, qui ſub ſua iuriſdictione ſunt, non autem alijs, vel contra alios. Tertio Fulciri videtur hæc opinio ex text. l. vlt. in fin. C. vbi & ap. quem, vbi cauſæ reſtitutionis in integrum poteſt delegari, quod alioquin permiſſum non eſſet, ſi miſti eſſet Imperij, cum illæ delegari nequeant. Et rurſus diffinit eo loci Iuſtinianus reſtitutionem hanc poſſe peti apud quoſcunque Iudices, & ibi excipiuntur arbitri, & reliqui, qui ſolam notionem habent. Eſt ergo reſtitutio hæc iuriſdictionis ſimplicis alioquin non omnis Iudex eam concedere poſſet. Reſpondetur falſum videri quod dictum eſt cauſas miſti Imperij delegari non poſſe, Verius enim creditur poſſe, ſicut docuit Longouall. hic nu. 146. Et dicemus ſuo loco. Non etiam obſtat reſtitutionem poſſe peti apud quoſcunque Iudices, quia reſpondetur intelligi de Iudicibus, qui iuriſdictionem obtinent, quæ quidem iuriſdictio intelligitur lato ſumpto vocabulo

lo,vt ſignificet miſtum Imperium, vt conueniat cum d.l. ea quæ in fi.ad munic. Quarto, & vltimo aff rtur text. cap.cauſa de in integr.reſt.vbi manifeſtè habetur,cauſam reſtitutionis in integrum coram delegatis tractari poſſe, ſiue delegatio ſpecialis ſiue generalis facta fuerit.Eſt ergo reſtitutio hæc ſimplicis iuriſdictionis, alioquin delegari non potuiſſet.Cæterũ reſpondet Longouall. hic nu. 130. Pont. Max. eo in loco erraſſe cum dixit cauſam reſtitutionis poſſe tractari coram delegatis; Eſt ſanè error, cum repugnent d.l. ea quæ, & alia ſupra commemorata. Et error comprobatur ex eo, quod eodem in loco dixit Pont. arbitros poſſe reſtituere cum tamen hoc omnino falſum ſit l.vlt.C.vbi & ap. qu. Et hoc mirum videri non debet,nam & alias ſæpè erraſſe Pontifices in eorum Conſtitutionibus videmus, ſicuti errores aliquos detexit Alc.lib.2.diſpunct.cap.23.& 24.& accedit error ille, de quo in cap. 2. 16. quæſt.1. cum dixit Monachos eſſe dictos quaſi ſingulares, cum tamen verius ſit dici Monachos græcè, quod latinè ſonat ſolitarios. Quo circa per ſæpè dicere ſolebat Cyn. noſter tranſeat cum cæteris erroribus Canoniſtarum:qua de re apud Bar.in l.1.§.1.de requir.reis.var.q. 109.col.3. & Vigl. in §. ſed prædicta omnia in fin. Inſt. de teſtam. Sed reſponſio hæc recipienda non eſt, cum affirmare non debeamus erraſſe Pontificem quid enim prohibet quin dicere poſſimus Iuriſconſ. erraſſe, & ipſum Iuſtinianum, nam & alias eos erraſſe perſpicimus, ſicuti Iuriſconſultorum aliquot errores detexerunt Accur.in l.filiusfam.§.Diui de leg.1. Bald. in l.vlt. §. ſed cum in ſecundam in fi. C. de furt. & copiosè Tiraq.de nobilit. cap.31. nu.535. Gomeſ.in §. fuerat col.1. Inſt. de act. Reſpondetur itaque ſecundo mirum non eſſe quod ſtatuerit Pont. in d. cap. cauſam, reſtitutionem poſſe tractari coram delegatis, cum iure

ipſo

ipſo Pontifice clarum ſit cauſas miſti Imperii ſine controuerſia delegari poſſe cap.vlt. de off. ord. & cap. licet de off.vic.in 6. & ſupra ſuo loco dicemus.

Quæro decimo ſeptimo. An mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto ſit miſti Imperij?

HAC in re tres ſunt opiniones. Prima quod miſti Imperii ſit,ita Bar.hic nu.19 Dec.nu.55.Purpur. 313.Longauall.120. Coraſ.30.& Bol.96.Idem affirmarunt Dec.in l.iubere num.3. & Coraſ.in fin.inf a eod.& Eguin.Baro in comment.de iuriſd.pag.42. Primo adducitur text.l. ea quæ ad municip. cuius verba hæc ſunt, Ea quæ magis Imperii ſunt quam iuriſdictionis magiſtratus municipalis facere nõ põt. Magiſtratibus municipalibus nõ permittitur in integrũ reſtituere aut bona rei ſeruãdę cauſa iubere poſſidere,&c.ecce ergo quod mittere in poſſeſſionẽ eſt magis Imperii,ſicque miſti,quam iuriſdictionis.Sed reſpondet Dec.hic nu.56. quod in d.l. ea quæ non loquitur de miſſione in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, cum ibi agatur de miſſione in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, quæ ſummariam cauſæ cognitionem exigit,& ob id poteſt delegari l.4 §. vt bonorum de off. eius. Quæ ſanè reſponſio ſi vera eſt, magis confirmat argumentum, nam ſi miſſio illa in poſſeſſionem, quæ cauſa rei ſeruandæ conceditur, miſti eſt Imperij d. l. ea quæ ſecundum Dec. explanationem, multo magis miſti eſſe debet Imperii illa miſſio quæ fit ex ſecundo decreto quæ quidem poſſeſſio vera, immò & dominium aliquando transfertur, vt declarant Bart. & reliqui in l. ſi finita §. Iulianus de damn. inf. & Menoch. de arb. iud. lib.2.caſ.6.Secundo affertur tex.l. iubere infra eod.iubere

re

re cauere, inquit, & in poſſesſionem mittere, Imperii magis eſſe, quam iuriſdictionis. Hic tex. à fortiori probare videtur hanc opinionem, nam loquitur de miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto, iubere verò poſſidere eſt ex ſecundo decreto l. ſi finita §. ſi ante §. non autem ſtatim §. ſi quis autem, & §. ſeq. de damn. inf. & §. ſi de vectigalibus, quibus in locis Vlpianus differentiam conſtituit inter mittere in poſſesſionem, & iubere posſidere: nam mittere in poſſesſionem dicitur cum primum decretum interponit, iubet verò posſidere cum ſecundum adhibet quemadmodum illis in locis gloſ. exponit. Et miſſus in poſſesſionem non efficitur dominus, nec poſſeſſor. Iuſſus verò posſidere, verè dominus, & poſſeſſor efficitur; ſi ergo misſio in poſſesſionem ex primo decreto eſt miſti Imperij, multo magis, & illa misſio ex ſecundo decreto. Tertio affertur text. l. 4. §. ſi forté de damn. infe. ibi, ſi duretur, ideſt differatur ab eo non caueri, qui cauere iuſſus eſt à ſolo Prætore, vel Præſide, non autem à Duumuiris, actor in poſſeſſionem mittitur cauſa cognita: Hoc intelligitur cum de ſecundo decreto agitur; & d. §. ſi forté loqui de ſecundo decreto probatur, quia dominus ille de ſua poſſeſsione decidit; quod contingit in ſecundo decreto l. ſi finita §. ſi quis forté cum §. ſeq. eod. tit. Cum ergo ſolus Prætor mittat in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, dicitur illa misſio in poſſeſsionem miſti Imperij, alioquin à cæteris municipalibus, ideſt Duumuiris, qui iuriſdictionem obtinent. l. 1. ſi quis ius dic. fieri poſſet. Secunda fuit opinio Goueani in d. l. iubere, & lib. 1. de iuriſd. pag. 10. mittere in poſſeſſionem eſſe ſimplicis iuriſdictionis, & motus eſt ex l. 1. de damn. inf. ibi cum res damni infecti celeritatem deſiderat, & periculoſa dilatio Prætori videtur, prætor miſſionem ipſam in poſſeſsionem alteri delegat, eſt ergo

miſsio hæc iuriſdictionis, alioquin non poſſet delegari? Sed reſpondetur tex. illum potius contrarium probare, dum vult Prætorem ex cauſa tantum, nempè ob celeritatem poſſe delegare, quod arguit eſſe miſti Imperij, alioquin ſi eſſet iuriſdictionis liberè poſſet delegare. Et dum ibi dicitur Prætorem reſeruare iuriſdictionem ſumitur ibi latè iuriſdictio, pro ipſo miſto Imperio, ſicuti etiam ſumitur in l. Prætor ait. §. de eo opere de damn. inf. Tertia fuit opinio Rob. Aurel. lib. 4 ſent. iur. cap. 22 qui dixit mittere in poſſeſsionem ex ſecundo decreto non eſſe Imperij miſti, nec iuriſdictionis, ſed decreti, quo quidem in decreto aliquod extat Imperium inſtar animaduerſionis, quæ in gladio poſita eſt. l. ſolet de off. Proconſ. & hic, & ob id dicitur eſſe Imperii magis, quam iuriſdictionis. Cæterum opinio hæc iure minimè probatur, nō enim apud Iureconſ. vel bonos auctores ſcriptum legi, decretum eſſe tertium genus poteſtatis, vt ſit ſpecies diſtincta à iuriſdictione, immo & Imperio, & aliquando pro ipſamet iuriſdictione ſumitur, vt in l. Prætor ait §. de eo opere de damn. inf. vbi I.C. iuriſdictionem appellat decretum, atque ita his omnibus abutitur. Et præterea ſi vera eſſet hæc diſtinctio, malè Vlpianus hic partitus eſſet iuriſdictionem, & Imperium, & Imperium ipſum in merum, & miſtum, quandoquidem omiſiſſet hoc decretum quòd non eſt dicendum.

Quæro decimo ottauo. An mittere in poſſeſsionem ex conſtitutione l. vlt. C. de edict. Diu. Adr. toll. ſit miſti Imperij, vel iuriſdictionis?

Hanc quæſtionem explanauit Menoch. in tract. de adip. poſſ. remed. 4. q. 53. quo in loco duos caſus con-

conſtituit. Primus eſt quando nullus extat contradictor, qui impedire velit hæredem illum ſcriptum in teſtamento, mitti in poſſeſsionem: quo in caſu recepta eſt Dect. opinio, miſsionem illam eſſe miſti Imperij, ita Bart. in d. l. vlt. nu. 13. Iaſ. nu. 16 Dec. nu. 31. & Cui. lun. 88. cæteros præterea. Ea vſi ſunt ratione, quod miſsio hæc expeditur officio Iudicis nobili ad priuatam vtilitatem, ergo miſti eſt Imperii, iuxta eius Imperii definitionem à Bar. hic traditam. Sed non eſt ratio hæc ſatis ſolida, quia definitio illa Bar. ab omnibus ferè reiicitur, vt loco ſuo diximus. Rectius itaque dici poteſt, quod hæres miſſus in poſſeſsionem ex remedio illius l. vlt. verè poſſeſſor efficitur, ſicuti ibi omnes tradunt; ſed iubere poſſidere miſti eſt Imperii l. iubere infra eod. ergo miſsio hæc miſti eſt Imperii, & ita diximus ſuperiori quæſt. de miſſione ex ſecundo decreto. Secūdus eſt caſus quā extat contradictor, qui impedire nititur hæredem mitti in poſſeſsionem ex remedio d. l. vlt. hoc in caſu miſsio hæc nō videtur eſſe miſti Imperii, quandoquidem à quolibet magiſtratu municipali fieri poſſe creditur, ita Bart. d. l. vlt. num. 13. & ibidem Iacobin. nu. 22. Ea ratione moti, quod miſsio hæc iure actionis, non autem officio Iudicis nobili conceditur, ob id miſti Imperii non eſt, ſed iuriſdictionis, non mirum ſi poſſunt magiſtratus municipales hanc miſsionem facere l. ea quæ ad munic. Hanc rationem reijciunt Corn. ibidem nu. 10. & Zucchar. nu. 274. quia recepta magis eſt ſententia aduerſus Bart. miſsionem hanc exiſtente contradictore concedi officio Iudicis nobili. Cæterum ſiue Bart. ſiue aliorum rationem probamus, non inde ſequitur quod miſsio hæc ſit iuriſdictionis, vel miſti Imperii, ſicuti ex iam explicatis facilè eſt intelligere. Secunda ratione vſus eſt Zucch. ibi num. 274. miſsionem hanc celeritatem deſiderare, vt ſcriptum

eſt in d.l.vlt.& in l.vlt.ff.de app.& in l.quiſquis C.quor. app.non rec.illæ autem quæ requirunt celeritatem,à magiſtratibus municipalibus expediri poſſunt l.1.de damn. inf.& tradit poſt alios Dec.in l.iubere nu.14.infra eod. Verùm nec ratio hæc concludit, nam ſi vera eſſet, idem dicendum foret, & ſuperiori caſu. Verùm exiſtimauerim hanc miſsionem in poſſeſsionem exiſtente aliquo contradictore,eſſe miſti Imperii;cum hinc exerceri magis poſsit Imperium,quã ſuperiori caſu;nam hic extat quem cohercere poſsit Prætor,ſuperiori verò non, Et præterea hæc miſsio dici debet magis eſſe miſti Imperii, quam illa de qua ſuperiori caſu diximus.

Quæro decimo nono. An dare bon.poſſeſsionem ſit miſti Imperij, vel iuriſdictionis?

DVO caſus diſtinguendi ſunt ſecundum duo tempora, antiquum, & nouum, quibus diuerſimodè dari conſueuit bon.poſſeſs. Secũdum tempus antiquum bon. poſſeſsio ſollemniter ex decreto Prætoris peti, & dari conſueuit,iuxta l.ventre de acq. her.l.ſi ex duobus §.vlt.ff.de bon.poſſ. con.tab. & l.vlt. §.nos itaque C.de cur.fur.& poſt alios ſcribit Dec. in l.vlt.C. qui adm.nu. 5. Hodie verò non requiritur decretum, vel alia ſollemnitas in petenda,& decernenda hac bon. poſſeſsione,ſicuti crebrius noſtri affirmarunt, teſte Dec. in d.l.vlt. nu. 4.& nouiſſimè hãc defendũt ſententiã Petr. Stella in repet.l.nequicquam §.vbi decretum nu.28.de off.Proc. & Bell.lib 4. ſupput.c.1. & ſi diſſentiant multi, inter quos Alc.in l.1.nu.22. ſupra eod. & lib.2.parad. cap.13. Eſt ergo primus caſus quando conſideratur datio bon.poſſeſsionis ſecundum tempus antiquum, quo requirebatur

tur ſollemnitas decreti, hoc caſu recepta eſt Doct. opinio dare bon. poſſeſsionem eſſe miſti Imperij, ita Bar. hic nu 20. vt eum ibi declarat Vallaſ nu. 231. & communem teſtatur Alc. nu. 25 Eandem probarunt Eguin. Baro hic, & Coraſ. nu. 27. Duaren. lib. 1. diſp. ann. cap. 53. & Charond. de iuriſd. & imp. num. 22. Primo adducitur text. iſte ibi quod in dãda bon. poſſeſsione conſiſtit, Nec huic repugnat lectio Gouean. qui exiſtimauit ita eſſe legendum, Miſtum Imperium eſt cui iuriſdictio ineſt. deinde incæptiuè ſubdat Vlpianus Quod in danda bon. poſſeſſione conſiſtit; iuriſdictio eſt: nam huic lectioni obſtant omnes Codices in quibus legitur, miſtum Imperium eſt cui iuriſdictio ineſt, quod in danda poſſeſsione conſiſtit. Præterea ſi Goueani interpretatio probaretur, ſupplenda eſſent aliqua verba, vt puta, miſtum Imperium eſt cui iuriſdictio ineſt, quod in danda bon. poſſeſsione conſiſtit iuriſdictio eſt; Eſt etiam Iudicis dandi licentia, ſicque opus eſſet ſupplere duo illa verba, eſt ẽt; Quæ tamen ſupletio nõ niſi magna ex cauſa admittitur, vt tradũt Imol. l. 1. §. ſin autem de her. inſt. & Rip. in rub. ad Treb. nu. 1. Secundo affertur tex. in d. §. vbi decretum, ſecundum interpretationem glo. ibi, reſpondet ibi Vlpianus quod ea quæ requirunt decretum Proconſ. per libellum expedire nõ poſſunt; per libellum, id eſt per reſcriptum delegationis exponit ibi Accur. & cum eo multi, non ergo cauſ. bon poſſeſsionis poteſt delegari, & per conſequens eſt miſti Imperii. Verum (vt ingenuè dicam quod ſentio) non mihi placet hæc interpretatio, ſicuti eam reijciunt, & rectè Alc. lib. 2. parad. cap. 3. & Stella, ac idem Alc. in d. §. vbi decretum, & Vacon. lib. 6. declar. iur. cap. 232. Tertio ſententiam hanc probat tex. l. 4. ſ. vt bonorum de off. eius, iuncto tex. l. ea quæ ad munic. in eo §. vt bonorum voluit I.C. à pari procedere dare bon. poſſeſ-
ſionem,
Digitized by Google

ſionem, mittere in poſſeſsionem, iubere cauere: At iubere cauere, & in poſſeſsionem mittere miſti ſunt Imperii d. l. ea quæ. Ergo & dare bon. poſſeſsionem miſti Imperij eſt. Quarto ſuffragatur text. l. 4 §. ſi fortè de damn. inf. iuncta l. 3. §. ſi cauſa cognita de bon. poſſ. cum aliquid expediendum eſt cauſa cognita, vt eſt iubere poſsidere; id Prætori reſeruatur: nec permiſſum eſt illud Duumuiris atque ita illis magiſtratibus qui aliquam iuriſdictionem obtinent. Atqui bon. poſſeſſ. non niſi cauſa cognita concedi olim conſueuit d. l. 3. §. ſi cauſa cognita, ergo dare bon. poſſ. eſt miſti Imperij, alioquin Duumuiri non adhibita cauſæ cognitione illam concedere potuiſſent. Nunc ſupereſt vt diluamus argumenta eorũ qui opinati ſunt dare bon. poſſeſsionem eſſe ſolius iuriſdictionis, qua quidem in opinione fuerunt Longouall. hic num. 123. & Gouean. in l. iubere cauere. Primo moti ſunt ex hac l. ſecundum lectionem Goueani, ſed abundè ſatis ſupra demonſtratum fuit lectionem illam recipiendam non eſſe. Secundo affertur tex. l. 4. §. vt poſſeſsio bonorum de off. eius, quo loci reſpondet Vlp. poteſtatem hanc dandi bon. poſſeſsionem mandari, atq; ita delegari poſſe. Eſt ergo ſolius iuriſdictionis, quia ſi miſti eſſe, & Imperij delegari nõ poſſet. Sed reſpondetur primo, quod immò cauſæ miſti Imperij poſſunt delegari, ex multorum ſententia, ſicuti ſuo loco dicemus: & ſatis clarè hoc probat tex. d. §. vt poſſeſsio. Tertio adducitur hæc argumentatio, quod in miſto Imperio verſatur aliqua cohercitio l. 1. §. vlt. & l. vlt. de off. eius. Atqui in danda bon. poſſeſsione nulla fit cohercitio, ergo dare bon. poſſeſsionem non eſt miſti Imperij. Verùm reſpondetur, quod immò in danda bon. poſſeſsione conſideratur aliqua cohercitio, in habitu ſaltem, & in potentia; qñ ſcilicet aduerſarius vellet impedire ipſius poſſeſſionis

nis reſtitutionem, vel aſſequutionem. Secundus eſt caſus quando conſideratur bon. poſſeſsio ſecundum tempus nouum, quo non requiritur ſollemnitas, & decretum vt olim; hoc ſanè caſu exiſtimo veriorem opinionem illorum, qui exiſtimarunt eſſe ſolius iuriſdictionis; qua quidem in opinione fuerunt Vallaſ. hic num. 231. & Bell.lib.4.ſupp.cap.3. in fin. Primo adducitur text.l. vlt. C. qui adm. quo loci conſtitutum eſt à Conſtantino bon poſſeſsionem agnoſci, petique poſſe apud quoſcunque Iudices, etiam apud Duumuiros. Sed Duumuiri ſunt magiſtratus municipales inferiores, qui miſti Imperij cauſas diffinire non poſſunt iuxta l.ea quæ ad munic. & declarant Coraſ. & Gouean. in l. magiſtratibus infra eod.& Cuiac.in l. Duumuirum. C. de decur.lib.10. Et probatur ex l. 4 §. ſi fortè de damn.infe.vbi Duumuiris permiſſa non ſunt, quæ cauſæ cognitionem deſiderant, atque ita quæ miſti ſunt Imperij,vt ſupra explanauimus. Quibus intelligimus verum non eſſe, quod ad rem hanc ſcripſit Alc.in l.1.nu.26. ſupra eod. dum dixit hos Duũuiros non eſſe magiſtratus municipales,ſed maiores. Et Alc.traditio coufutatur etiam ex l. 1. ſi quis ius dic. qua probatur hos Duumuiros obtinere ſolam ſimplicem iuriſdictionem, quàm nec pænali præcepto tueri poſſunt. Et rurſus in ea l.vlt. C. qui adm. conſtitutum eſt bon. poſſeſſionem peti, agnoſcique poſſe coram quibuſcunq; Iudicibus; Eſt autem certum non omnes Iudices poſſe ea quæ miſti ſunt Imperij: Nec obſtat ſi dicatur intelligi debere de quibuſcunque Iudicibus habilibus, quemadmodum dicimus verba vniuerſalia reſtringi de habilitate,iuxta l.vt gradatim §.1.de mun.& hon.Nam reſpondetur immò non poſſe reſtringi, ex quo apertè exprimitur ēt apud Duumuiros peti, & agnoſci poſſe bon. poſſeſſionem,ſignificans permiſſum hoc eſſe apud Iudices

quoſ-

quoſcunque inferiores; alioqui verba illa, quoſcunque eſſent ſuperuacanea. Hæc ſola argumentatio viſa eſt mihi ſolida, qua opinio hæc defendi poſſit, reliqua enim argumenta, quæ à Vallaſ. conſiderantur, leuia ſunt. Nunc ſupereſt, vt confutemus rationes eorum, qui opinati sũt hoc in caſu bon. poſſeſſionem eſſe miſti Imperij, cum ſcilicet à Prætore petitur decerni, qua in opinione fuerunt Bart. in l. 1. num. 4. ſupra eod. & ibi Alex. num. 13. Dec. nu. 11. & Curt Iun. num. 32. Primo ea vſi ſunt ratione quod expreſsè non eſt immutatum ſtare non prohibetur l. præcipimus in fin. C. de app. eſt enim fugienda ll. correctio, quantum fieri poteſt. Authen. quas actiones. C. de Sacroſ. Eccl. Cum autem inquit Bart. expreſsè correctum non ſit, quin decretum in agnitione bon. poſseſſionis adhiberi poſsit, ſequitur dicendum adhuc vigere ius antiquum, ergo eſt miſti Imperij vt olim. Reſpondetur vno verbo quod immò ius antiquum in agnitione bon. poſs. eſt correctum in d. l. vlt. C. qui adm. Secundo adduci ſolet ratio hæc, quod ita hodie vt olim decretum interponitur, ſi ex decreto decerni petatur, iuxta l. 3. §. miſsum de carb. ed. ergo dare bon. poſseſsionem, ita eſt miſti Imperii hodie, ſicut olim. Reſpondetur quod cum hodie non requiratur decretum etiã ſi petatur interponi, non erit neceſsarium, iuxta traditionem gloſ. in §. multis verſ. ſerui in ver. tranſitu Inſt. de libert. & text. l. vn. in prin. C. de rei vx. act. & tradit Rip. in rub. de leg. 1, nu. 2. Nec obſtat tex. d. l. 3. §. miſſum de carb. ed. quia reſpondetur loqui in confirmatione, quando ſcilicet decretum interponitur ad confirmandum ipſam bonorum poſseſsionem, iam agnitam, & acquiſitam, quo in caſu nos non verſamur. Nos enim loquimur de bon. poſſeſsione de nouo agnoſcenda, in qua non requiritur hodie aliqua decreti interpoſitio, ſed ſufficit qualiſcunque

teſta-

Digitized by Google

teſtatio agnoſcentis,apud quoſcunque Iudices. Tertio, & vltimo adducitur argumentum quod is qui petit ſibi decerni bon. poſſeſsionem à Prætore, vti velle videtur iure antiquo,quo iure dare bon poſſeſsionem erat miſti Imperij, & ideo via illa quam quis eſt ingreſſus, patere ei debet,iuxt. l.ſi mulier.§. vlt. quod met. cau. & tradit Dec.in l.vlt.nu.31. C.de ed.Diu. Adr.toll. Verùm reſpondetur primo hunc ſic petentem, petere potius ad confirmationem,quam vt de nouo detur, cum ſola ipſa agnitione quæſita fuerit bon.poſſeſſ.d.l.vlt.C.qui adm. Non ergo miſtum Imperium poteſt conſiderari in hac ipſa confirmatione cum nec olim in confirmanda, ſed in danda bon.poſſeſſione verſaretur. Præterea,& ſecundo reſpondetur quod hodie ſublatum eſt adeo decretum, vt nec eo quidem vti quis poſsit, etiam ſi velit; id quod demonſtratur ex verbis d. l. vlt. quo loci Conſtantinus ſubſtulit captiones illas verborum, quibus olim opus erat in agnoſcenda petendaq; bon.poſſeſsione, & ad ſimilitudinem illius correctionis,addidit & correctionem decreti, quod non ſit adhibendum, ergo vt bona ſit ſimilitudo dicendum eſt, quod ſicut vti quis non poteſt, etiam ſi velit,illa verborum formula, ita nec ipſo decreto. Eſt ſimile quod à Iuſtiniano conſtitutum eſt in l. vlt.ff. ſi autem dubius,& §.& hæc quidē C.de iur.delib. nam iure antiquo ſi hæres dubitabat adire hæreditatem dabatur ei tēpus ad deliberandum tot. tit. de iur. delib. Iuſtinianus deindè ſtatuit in d.§.ſin aūt dubius,neceſſariā non eſſe deliberationem, & nil vlterius dicit; & tamen hoc intelligitur quod non ſit neceſſaria etiam ex voluntate d.§.& hæc quidem: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro,vbi non modo dicit Conſtantinus neceſſarium non eſſe decretum,ſed etiam illud excludit: Hoc fuſius declarat Bell.d.lib.4.ſupp.iur.cap.tertio.

Kkk *Quaero*

Quæro vigeſimo. An interpoſitio decreti in arrogatione ſit miſti Imperij, vel poteſtatis?

ESſe miſti Imperij ſcripſerunt Bart. hic nu.17. & ibidem Purp.num.292.& Alc.183. ea ſola ratione quod ſoli Principi reſeruata ſit l.2.de adopt.§. cum autem & §.illud Inſt. de adopt. Altera verò fuit opinio, & probabilior, veriorque eorum qui affirmarunt eſſe ſolius poteſtatis,ita cenſuit ex Recent. Coraſ.hic num.33. eadem ratione ſcilicet quod ſit reſeruata ſoli Principi, & ob id poteſtatis eſt, non enim cogitur Princeps arrogationem hanc facere, ſuumque decretum interponere, ſed id totum poſitum eſt in ſua voluntate, & poteſtate ſicuti diximus ſupra quæſt.10.in conceſsione veniæ ætatis. Nec inter partes hic ius dicitur; ſed ipſe Princeps partibus ita volentibus arrogationem facit, vtiturque Princeps iure Pop. Rom. qui arrogationes ipſas facere conſueuerat l.2. in fin. C. de adopt. & egregiè explicat Gell.lib.5.noct.act.cap.decimonono.

Quæro vigeſimo primo. An interpoſitio decreti in emancipatione infantis, ſit miſti Imperij, vel poteſtatis?

HAC in re ſunt tres opiniones primâ eorum qui opinati ſunt eſſe miſti Imperij,ita Bart.hic nu. 17. & cum eo multi, vt ſcripſit Purpur.nu. 393. ea adducti ratione quòd ſoli Principi conceſſum ſit.l.pen.de eman. lib. Secunda eſt opinio Longouall.hic num.123. eſſe ſimpli-

ſimplicis iuriſdictionis ex d. l. pen. Tertia eſt opinio quam nunc conſidero vt ſit poteſtatis tantum, ex l. vit. C. de emanc.lib.ibi quibus permiſſum eſt,ac etiam alijs rationibus ſupra conſideratis.

Quæro vigeſimo ſecundo. An interpoſitio decreti in manumiſsione ſit miſti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis?

PRima fuit opinio eorum qui ſcripſerunt eſſe miſti Imperij, ita Bar.hic num.22.& cum eo communem eſſe ſententiam affirmarunt Curt.Iun.nu.114.& Vallaſ. nu. 240. eaque ratione primo motus eſt Bart. quod decretum hoc officio Iudicis nobili interponitur, cum ſit ad priuatam vtilitatem, & ideo eſt miſti Imperij, ſecundum definitionem traditam à Bart. Sed vno verbo reſpondetur definitionem veram non eſse,ſicuti ſuo loco, & alias ſæpiſsimè diximus. Secundo adducitur tex.l.2. de off.eius, quo loci reſpondit Vlpianus conſilium ideſt auctoritatē interponendi decretum, vt gloſ.ibi exponit, non poſse delegari, ergo eſt miſti Imperij; nam ſi iuriſdictionis eſset, mandari poſset. Sed reſpondetur non eſse bonam conſequentiam, delegari non poteſt, ergo eſt miſti Imperij, ſi quidē nec abſolutè verum eſt, quod miſti Imperij cauſæ non poſsint delegari, vt alias diximus,& vberius ſuo loco explicabimus. Et præterea auctoritas illa mandari non poteſt, quia Prætoris induſtria videtur electa, vt is videat,& cognoſcat,an interponi,vel non debeat decretum, iuxta l. nequodque §. vbi decretum de off. Proconſ.quem ſupra declarauimus. Secunda fuit opinio Longouall.hic nu.124. qui exiſtimauit hanc decreti interpoſitionem eſse ſimplicis iuriſdi-

ctionis, motus quod ea quæ ſunt miſti Imperii minoribus magiſtratibus permiſſa non ſunt. l. ea quæ ad munic.& ſupra declarauimus. Atqui magiſtratus inferiores decretum hoc interponere poſsunt.l. vlt. C. de vindict. liber.& tradunt Recent.in l. 1.de off.eius vbi Nig. num. 95.ergo hæc decreti interpoſitio eſt iuriſdictionis. Verùm d.l.vlt.non probat; cum dicat magiſtratibus, quibus hoc ius datum eſt,atque ita reſtrictiuè loquitur. Præterea accedit quod in hac decreti interpoſitione,nec actu, nec habitu ineſt aliqua cohercitio, ſine qua miſtum Imperium dici non poteſt,nam partibus volentibus, & conſentientibus decretum hoc interponitur. Tertia eſt opinio quam nouè ego conſideraui, vt cauſa hæc ſit poteſtatis ex d.l.vlt. C.de vind.lib. ibi magiſtratibus, quibus hoc ius datum eſt, ius ideſt facultas, iuxta l. apud Iulianum §. ſi quis alicui de leg.1. & tradit Dec. in l.emancipata num.12.C. qui adm. & quia hic non ius dicit inter contendentes,nec aliquod exercet Imperium.

Quæro vigeſimo tertio. An interpoſitio decreti in alienatione bonorum minoris ſit miſti Imperij; vel iuriſdictionis, vel poteſtatis?

PRima fuit opinio quod ſit miſti Imperii, ita ſenſerũt in ſpecie Roffred.in tract.de libell.par.7. rubr.de §.C.Clementino nu.4 quem ſequutus eſt nouè Octau. Simonc.tract.de decr. lib.1. tit.1. inſpect.1. nu.75.cum dixerunt hoc decretum interponi à Iudicibus illis, qui facere poſsunt ea quæ meri, vel miſti Imperii ſunt. Ea afferri poteſt ratio quod interpoſitio huius decreti delegari non poteſt.l.2. de off.eius, ergo eſt miſti Imperii. Et præterea requiritur hic diligens cauſæ cognitio.l.ma

gis

gis puto §,ne paſsim de reb eor.latè ſcripſit Menoch.de a b.iud lib 2. caſ 171. Ea autem quæ cauſæ cognitionē requirunt Prætori reſeruantur, vt cauſæ miſti Imperii.l. 4 §. ſi fortè de damn. inf. & ſupra diximus. Verùm hæ rationes facilè diluuntur, quandoquidem non ex eo delegari prohibētur,Prætorique reſeruātur, quod miſti Imperii ſit, ſed quia ita nominatim, & ſpecialiter Prætori, vel Præſidi conceſsum eſt, vt mox dicam. Secunda fuit opinio Coraſ. & aliorum Recent.in d.l.2. de off. eius, quod hæc decreti interpoſitio ſit poteſtatis, Nam (inquit Coraſ.) lex nominatim, & ſpecialiter hoc mandauit Prætori,& Præſidi.l.1. & l.magis puto.§.non paſſim de reb.eor.l.1. C. de præd.min. Et propterea quæ ſpecialiter tribuuntur mandata iuriſdictione non tranſferuntur.l.1.in prin.de off.eius.

Quæro vigeſimo quarto. An diſputatio in cauſa ſtatus ſit iuriſdictionis vel miſti Imperij?

ET eſse iuriſdictionis ſcripſerunt Bart. hic num. 24. & Dec.nu.61.Cur.Iun.125.& Vallaſ.249.qui cōmunem eſse ſententiam aſseruit. Ea ratione adducti, quod cauſa hæc expeditur per viam actionum.ſ. præiudiciales Inſt.de act.eſt ergo iuriſdictionis, quia ſi eſsent Imperii exerceretur off.Iudicis. Rectius fortè dici poteſt eſse iuriſdictionis, quia propriè in ea ius dicitur inter contendentes, nec cohercitio corporiſq; caſtigatio, niſi modica,ſine qua iuriſdictio non conſiſtit,in ea verſatur. Nec obſtat tex.l.placet in fi.C. de ped.iud.quo loci conſtitutu n eſt cauſas ſtatus non poſse alteri delegari,ergo non ſolius iuriſdictionis,ſed miſti Imperii ſunt. Reſpondetur cauſas ſtatus alteri mandari non poſse,non quia ſint

Digitized by Google

ſint miſti Imperii, ſed ob earum grauitatem; Et propterea non niſi à maioribus magiſtratibus expediuntur. l. non diſtinguemus §.de liberali de arbitr.l.pen.& vlt.C. vbi cauſ.ſtat. & l.ſi pater C. ne de ſtat.def. Ita videmus cauſas pecuniarias excedentes ſummam 300. aureorum à maioribus tantum Iudicibus ob earum grauitatem iudicari, & tamen non ſunt miſti Imperii, ſed iuriſdictionis,vt infra dicemus. Non probat ſecundo tex.l.ſeruitutem de reg.iur. dum ſeruitutem morti comparat; cauſæ autem vltimi ſupplicii ſunt meri Imperii l. ſolent de off. Proconſ.& l.noſtra,ergo & cauſa ipſius ſtatus. Reſpondetur ex ſententia Dec. hic num.61.& in l.perſonam de reg.iur. ſeruos æquiparari mortuis, quo ad actus ciuiles non quo ad reliqua.

Quæro vigeſimo quinto. An cauſæ omnes pecuniariæ ſint ſimplicis iuriſdictionis?

ET eſse ſolius iuriſdictionis ſcripſerunt Bart. hic nu.26.Iaſ.37.Curt.Iun.nu.132.& Vallaſ.256.qui communem eſse teſtantur. Ea ratione quia,vt ſupra attingimus,hic ſolum ius dicitur inter contendentes, nec aliqua adeſt cohercitio,niſi modica illa,ſine qua iuriſdictio exerceri nequit.l.vlt.de off.eius. Illud autem hic eſt obſeruandum,quod vbi cauſa pecuniaria excedit ſummam 300. aureorum à maioribus tantum Iudicibus cognoſcitur,nec in ea ciuitatum defenſores ius dicere poſsunt §.audient,& §.& iudicare Authent. de def.ciuit. Cæterum obſtare hic videtur, quod Ciuitatum defenſores cognoſcunt cauſas modicæ caſtigationis, atque ita pænam indicunt corporalem d.§. audient, & tamen quælibet pæna corporalis maior eſt quacunque pecuniaria l.

in

in ſeruorum de pæn. Reſpondetur omiſsa reſponſione Iaſ.hic num. 32. leuem pænam corporalem non imponi viro nobili, pro pæna pecuniaria l.moris §. iſte de pæn. l.ſacrilegii pænam ad l.Iul.pecul. & Bart.in l. leuia num. 10. de accuſ. Quo circa ſequitur vilibus tantum perſonis imponi pænam hanc corporalem loco pecuniariæ: In quibus ſanè perſonis leuibus, pæna tenuis corporalis, non dr̃ maior pecuniaria. l. hæ operæ de op.lib.Bart.in l.1.§.vlt.in fin.de pæn.Fel.in cap. ad liberandum col.1. de iud. latè Gom. in § item ſi quis in fraudem num. 42. verſ.2.limita Inſt.de actionib.

Quæro vigeſimo ſexto. An pæna corporalis loco pecuniariæ ſit iuriſdictionis, vel Imperij?

VNA eſt opinio,quod ſit ſolius iuriſdictionis,ita Bart.hic num.25.Pur pur.num.334.qui hanc eſſe receptam affirmat, Ea ratione quod delegari hæc cauſa poteſt, cum delegari non poſſet, ſi eſſet meri, vel miſti Imperij. Quæ ſanè non multum concludit,cum clarum non ſit cauſa miſti Imperii delegari non poſſe. Altera fuit opinio Dec.hic num.62. & Vallaſ.num.253.qui diſtingunt, quod aut pæna venit loco debiti ex contractu, & dicitur ſimplicis iuriſdictionis. Aut ex delicto, pro quo erat impoſita pecuniaria, & in pecuniæ defectum corporalis, & tunc dicitur meri Imperij. Tertia eſt opinio quam nuper conſideraui, vt omni caſu cauſa hæc ſit meri Imperij. Hanc ſententiam credo ſatis probari primo ex l.vlt. de in ius voc. quo loci libertus, qui ſine venia in ius vocauit dominum, punitur pæna pecuniaria, quam ſi præſtare non poteſt, caſtigatur pæna corporali, non quidem à quouis Iudice,ſed à Præfecto vrbis,eſt ergo

go meri Imperij, quia ſi eſſet ſolius iuriſdictionis, quilibet Iudex pœnam illam poſſet indicere. Accedit ſecundo text. l. ſi quis iniuriam de iniur. quo in loco reſponſum eſt Prætorem pœna graui pecuniaria caſtigare eum, qui grauem iniuriam alteri intulit; & ſi is non habet in ære, pœna indicitur corporis afflictiua. Cum itaque conſideretur hic finis, & effectus, dicendum eſt cauſam eſſe meri Imperij. Nam quando pœna corporalis in pecuniariam vertitur, dicitur retinere effectum pœnæ corporalis, ita Bar. in l. 2. nu. 3. de publ. iud. & in l. 1. de cuſt. reor. & Dec. hic nu. 62. Et accedit quod docuit Bal. in l. data opera num. 14. C. de ijs qui acc. non poſſ. cum dixit pœnam pecuniariam dici corporalem conſiderata potentia, & futuro euentu: Et Bal. ſequutus eſt Menoch. lib. 1. de arb. iud. caſ. 80. num. 21.

Quæro vigeſimo ſeptimo, & nunc vltimo, An reſtitutio famæ ſit miſti Imperij, vel iuriſdictionis, vel poteſtatis?

ET eſſe poteſtatis ſenſit Iaſ. hic num. 31. & apertius Vallaſ. numm. 176. & 250. ea ratione adducti ſunt, quod ſolus Princeps hoc facere poteſt l. 1. C. de ſent. paſſ. cum alijs multis. Præterea hic nulla verſatur cohercitio, caſtigatioue, nulla etiam extat contentio inter partes, ſed eſt mera gratia, & liberalitas Principis, non ergo eſſe poteſt meri Imperij, vel iuriſdictionis, ſed ſolius poteſtatis eſt. Hæc etiam poteſtas reſtituendæ famæ permiſſa eſt Senatui. l. 1. §. de qua re de poſtul. & l. 1. §. vlt. de quæſt. & ſcribunt Alber. in rubr. C. de gen. abol. Fel. in cap. cum te num. 11. de re iud. & Rebeus conſ. 50. col. 1. Hactenus de iuris diſputationibus, quæ ad cauſas

meri

Digitized by Google

meri,miſti Imperij, iuriſdictionis, & poteſtatis pertinent. Nunc differendum eſt de quæſtionibus, quæ circa magiſtratus verſantur quarum materiam maiorem nacti otium aliquando Deo Dante forſan explicabimus,&c.

Text. in l. 1. & l. Prætor ait §. 1. de oper. nou. nunciation. nouo germanoque ſenſu dilucidatur, atque docetur Necnon deinde differentia inter ædictum, & interdictum, quam Doctores conſtituunt, Bartoli Accurſij cæterorumque aliorum exploſa ſententia nunc primum rectè, & concinnè explicatur veruſq; eius intellectus è tenebris in lucem reuocatur, atque oſtenditur.

LAborant,& vehementer quidem Accurſ. Bartol.cæteriq.in hac l.1.& in l.Prætor ait §.1.de oper.nou. nunciat. vt differentiã conſtituant inter edictũ, & interdictum,cum vtrumq;à Prætore proceſſerit,& prætermiſſis aliorum opinionibus concluſiuè loquendo dico quod. Mihi tandem veriſſima opinio Accurſij videtur quam in dicto §. 1. docuit, Interdictum nimirum, & edictum differre, quemadmodum edictum, & actio inter ſe ſatis valdè differunt,non quod interdictum,& actio ſint idem propriè, nec quod ex quolibet edicto proficiſcatur interdictũ,ſed ſicut ex edictis Prætorum regulariter dantur actiones, ita ex eo genere ædictorum, quæ continerent præceptum, aut prohibitionem interdicta concedebantur ſub quadam ſollemni verborum formula, qua Prætor iuxta ædictum ſuum aliquid iubebat, aut prohibebat in-

terim donec negotium plenè deffineretur nominatim alloquendo ipſas partes contendentes, aut alteram ipſarum, & colligitur hoc ex Iuſtiniano in principio titul. de Interd. & ex exemplis Iuriſconſultorũ in titulo Interdictorum lib. 43. Digeſt. Idq; Explicabo vno, aut altero exemplo Edictum, itaque Prætoris erat quo prohibebatur poſt nunciationem nouì operis continuari ædificium, niſi præſtita ſatiſdatione, & ex hoc edicto concedebatur interdictum nuncianti, per quod Prætor iubebat reſtitui quicquid poſt nunciationem eſſet ædificatum in priſtinam formam, ſed id iubebat ſub ea formula, quæ poſita eſt in d.l. Prætor, vbi Prætor nominatim alloquens eum cui facta eſt nunciatio, & qui ædificauit ſpreta nunciatione ait Reſtituas. Sic etiam in interdicto vti poſſidetis, & ſimilibus, Interdum enim ædictum tantum exprimitur, & ſubintelligitur interdictum, vt in l.1. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. Quo in loco modo ædictum, modo interdictum appellatur. Eſt quidem ea forma ædicti, vt continetur in rubr. illa & initio l. primæ ibi enim Prætor non alloquitur partes, & tamen ſubintelligitur, quod interdictum concederetur miſſis à Prætore in poſſeſſionem ſi turbarentur, aut quoquomodo impedirentur. Alterum deſumo exemplum ex text. dictæ leg. Prætor vbi in initio, exprimitur formula interdicti, deindè Vlpianus interpretans illud ipſum interdictum in §.1. reddit interdicti rationem. Quia inquit hoc ædicto expreſſum eſt; ſubaudiendum eſt, itaque omninò ædictum, quo generaliter prohiberetur ædificare poſt nunciationem noui operis non præſtita ſatiſdatione, alioquin inepta tradita eſſet ratio interdicti per illud ipſum interdictum. In eundem quoq; modum intelligo interdictum vti poſſidetis, & cætera de quibus in dict. leg. 43. Et ſi enim non exprimatur in eis niſi interdictum,

ſub

ſub ea conceptione, & formula qua litigantibus concedebatur, tamen ſubintelligendum eſt ædictum generale quo Prætor generaliter conſtituerat præcipiendo, aut prohibendo id quod in ſpecie ſibi propoſita per formulam à ſe dictatam. Ecce in l. 1. vti poſſidetis Interdictum eſt vti ædes quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec præcario poſſidetis, quo minus ita poſsideatis vim fieri veto, neceſſariò intelligitur generali ædicto conſtituiſſe Prætorem ne quis eos turbaret qui non vi, non clam, non præcario poſsidebant; Ad hæc etiam pertinet Triplex inter dicti ethymologia. Dictum eſt enim primo ab interdicendo hoc eſt prohibendo, quod pleraq; prohibitionem contineant; dico pleraque non omnia, Quædam enim reſtitutoria ſunt, quædam exhibitoria. §. reſtitutoria, & § 2. Inſtitut. de interdictis, & in tit. infra Quorum bonor. Quorum legatorum. De tabul. exhibend. De libero hom. exhib. ſed quia longè plura ſunt prohibitoria inde nec ſatis hæc etymologia conuenire videtur, vt tradit Alciatus lib. Parerg. 30. cap. 13. Quo loci aliam ipſe tradit, quæ ſibi magis arridet, Interdictum, dicens quaſi interim dictum, eſt, enim (hac ethymologia inſpecta) interdicere quaſi interloqui, quod fit per præceptum, vel prohibitionem Iudicis interim ideſt antequam negotium plenius deffiniatur. Cicer. ad Herẽnium ſic ait, Sed horum, inquit, pueriles opiniones, cum voles rectiſsimis rationibus refellemus, nunc hoc inter dicere non fuit alienum. Quadrat etiam hæc ethymologia pleriſque interdictis, præſertim poſſeſſorijs, illis enim non deciditur totum negotium, ſed diffinitiua ſententia expectatur ſuper proprietate, vt habetur in l. incerti cum materia. C. de Interdict. Interdictis etiam habentibus iuxtam cauſam proprietatis ethymologia non conuenit, de quibus in l. 1. §. quædam de Interdict. infra In illis

enim tota cauſa diffinitur.l.1. in fin. de aqua quotidian. & æſtiua. Tertia eſt interdicti ethymologia, Interdictum quaſi inter duos dictum. ſ. ſumma Inſtantia de Interdict (niſi mendoſus ſit codex vt exiſtimat Alciatus) ego tamen hanc amplector opinionem quippè quæ omnibus interdictis conuenit non aũt ipſis tantũ actionibus (quicquid aliqui comminiſcantur) Intelligi enim debet quaſi inter duos litigantes à Prætore dictum vtrumque, vel alterutrum alloquente, vt ex omnibus interdictorum formulis ſatis conſtat, quod non ita euenit in actionibus neque enim Prætor in ædictis quibus actionem dat litigantes alloquitur, ſed indefinitè, atque indeterminatè loquitur, ſe actionem daturum pollicendo, vt dicitur in l.1.depoſiti.l.1.commod.l.2. vi bonor.raptor.l. Prætor de eden. & alijs comparibus, & cum iudicium exercetur per actionem; Iudex non alloquitur contendentes in formula actionis. Olim verò Prætor dictabat formulam, ſecundum quam Iudices dati iudicarent, vt eleganter oſtendit Alciatus lib.4. diſpunct. cap. vlt. Et ex his colliges non eſſe idem interdictum, & actionem infactum contra. Accurſ. in rubr. ſupra de interdict. in fin. cuius opinioni apertiſsimè refragatur Vlpiani reſponſum in l. Prætor §. nonnulli loci eodem titulo noſtro. Ex edicto inquit dari interd. & actionem infactum. Item & d. l. incerti vltimo reſponſo, & l. vltima C. de interdict. Et hæc ſatis pro nunc de ædicto, & interdicto ſint dicta, & ſcripta cætera, &c.

Filij

Digitized by Google

Filiiſfamilias qui ſint, aliaq; huc pertinentia, nunc primum declarantur confutata Iuriſperitorum aliorumq; nonnullorum ſcribentium opinione. Pleriſq; inſuper ad Patriæ poteſtatis materiam affabrè congeſtis ex text. in l. quidam cum filium ff de verbor. obligationibus.

EXplicanda erat lex quidam cum filium, at quoniam anguſtiæ temporis non permittunt, vt eam abſoluere (vt par eſt) poſſimus, idcircò transferam in aliud congruum tempus, & his paucis verbis decreui explicare tractatum de patria poteſtate, quæ huic legi magnam cognitionem proculdubio dabit. In hoc igitur tractatu ad intelligentiam eorum quæ dicenda ſunt quinq; prius erunt prænotanda, quæ nos breuiter explicabimus. Primo igitur dicemus originem patriæ poteſtatis: Secundò quomodo appelletur in iure. Tertio quos effectus habeat. Quarto quot modis quis exeat è patria poteſtate. Quinto denique & vltimo quibus caſibus non curetur patria poteſtas, & perinde habeatur, ac ſi filius eſſet ſui iuris. Deueniendo itaque ad primum dico quod patria poteſtas moribus Romanorum, & conſuetudine eſt introducta, & ita refertur in l. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. & in l. 2. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. & in l. 1. de donationib. inter vir. & vxor. Vnde nec iure Athenienſ. nec Lacedemon. eſt penitus introducta: Nulli enim populi filios habent in poteſtate, vt habetur in §. 1. Inſtitutionib. de patr. poteſtat. nec non in in l. 3. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. propter quæ iura ortum fuit maximum dubium an Galli filios habeant

ant ſub patria poteſtate? Et hanc quæſtionem excitat Gloſſ.in d.§.1. Inſtitutionib.de patr.poteſtat. & eam ſequitur Coman.lib.2.iur.ciuil.cap.13.necnon Tiraquell. de retr. conſ.§.1. gloſ.9. num.60. & hanc reddit rationem quia filij Gallorum non acquirunt patri ex peculio profectitio, & negotiantur cum parentibus,& valet contractus,& id tenuit etiam Alexand.in l.penult.C.qui teſtament. facer.poſſ. & Iaſ.in l.2.num.19. ff.de vulgar.& pupillar.ſubſtitution. Ex quo ſequuntur duo magni effectus; nam apud Gallos filij eorum poterant abſque dubio teſtari, & ſimiliter poterant pupillariter filijs impuberibus ſubſtituere. Ad contrarium tenuerunt alij, & meo quidem iudicio rectius vt Syluest. Aldobrandin. in d.§.1.Inſtitutionib. de patr. poteſtat. Decius & rectè in l.qui ſe patris num.4.C. vnd.liber.Rip.in d.l.2.num. 21.de vulgar.ſubſtitution. Et ex Gallis eandem opinionem tenet Caſſaneus in conſuetud.Burgund.rubr.6.§.3. num.21. Et hæc opinio meo quidem iudicio eſt veriſſima, quia & Galli, & Hiſpani habent ius Romanæ Ciuitatis ex Conſtitutione Diui Pij Antonini, vt clariſſimè habetur in l.in Vrbe Romana ff.de ſtat. homin. & in §.1. in Authent.vt libert.de cæt.Credo equidem eos Germanos qui nunquam paruerunt Romanis non habere iura Romanæ Ciuitatis, niſi hodie parendo Romano Principi forſan poſſideant.Venio ad ſecundum patria poteſtas in iure ſacra appellatā vnde filius qui eſt in patria poteſtate, dicitur eſſe in ſacris, & in Pandectis hoc non legitur,ſed in lib.Codicis adſunt multa iura, & ita habetur in l.vlt.in fin.C.de inofficioſ.teſtament. in l.coniunctione C.de nupt.l.filiæ la ſeconda C.de collationib.l.vlt.in princ.C. de curat.furioſ.& l.vlt.in fin.C.ad Tertullian. Hinc etiā dicitur filius exire è ſacris, ideſt exire è patria poteſtate, ita dicit eleganter l. quidam C. de fideicommiſſ.l. 1. C.

de

Digitized by Google

de annal.exception.& l.antepenultim.C. de legitim.hæredib. Quare autem appelletur ſacra patria poteſtas, duplex eſt opinio; Altera nēpè Alc.lib.1.præterm.in verb.ſacra; Altera eſt Commen. in d.lib.2. cap.13. qui inquit, quod ideo ſacra appellatur, quia perſona patris debet videri ſacra filio.& de hoc cito vobis text. in l. à liberto ff.de obſeq. à libert. patron. præſtand. & idem ſequitur Forcatul.in ſuo lib. chiromant.dialog. 15. Quo ad tertium propoſitum dubium qui ſint effectus patriæ poteſtatis, reſpondetur quod plures ſunt, & fermè duodecim Primus & valde maximus olim certè fuit quia patres poterant impunè occidere filios, quos habebant in poteſtate pro ſuo arbitrio, vt expreſsè habetur in l.in ſuis in fine ff.de liber.& poſthum. Et Spurius Caſſius filium interfecit intra domeſticos parietes, ex eo quia cum eſſet Tribunusplebis tulit primum legem Agrariam, vt refert Valer. Maxim. lib. 1. cap. 18. ſed fallitur quia per prius tulerat hanc legem Romulus vt recitat Plutarch. in eiuſdem vita Auctor eſt etiam Cæſar lib.6. ſuorum commentarior. Gallos habuiſſe poteſtatem occidēdi liberos; Hoc tamen hodie eſt emendatum, atque correctum, vt patres non poſsint amplius filios occidere vt clarè habetur in l.2. C. de ſicar. immo quod eſt amplius, nec ipſe Præſes poteſt occidere filios l.qui iuriſdiction.ff.de iuriſdiction. omn.iudic. Hodie tamen permanet vnus tantum caſus quo pater poteſt filium licitè occidere, & hæc ſunt reliquiæ patriæ poteſtatis, quando ſcilicet pater filiam inuenerit in adulterio, ſi tamen in facto inuenerit, & de hoc ſunt duo iura videlicet text.in l.patri, & l.nec in ea ff.de adulter. quod quidem (ex mea ſententia) non concederetur in filiam emancipatam, nec mater habebit hanc auctoritatem, quia filium non habet in poteſtate, vt declarat Cagnol. in rubr.ff. de inoffic.ioſ. teſtamen.num.2.

Se-

Digitized by Google

Secundus effectus eſt, quod propter vrgentem famem poteſt pater vẽdere filiũ; & de hoc habetur in l. 2. C de patrib. qui filios diſtraxer. & ibi communiter Doctores omnes declarant; latè etiam de hoc differit Didac. lib. 3. variar. reſolution. cap. 14. ſub num. 4. Hic autem animaduertendum quid ſibi velit lex dum dicit ſanguinolẽtum, quod interpretatur plenum ſanguine, quia ſuum ſanguinem perdit, & vendit, & ita ſentit etiam Alberic. Sed emendati Codices habent ſanguinolentis; hic autem eſt falſus intellectus; Sanguinolenti enim appellantur de recenti nati infantes, quia prodeunt ex ſanguine, & ita intelligitur rubr. C. de infant. exp. & ita etiam interpretatur l. 1. in Cod. Theodoſiano de expoſitis, vbi ſanguinolẽtos appellat filios infantes nuper natos. ita etiam in l. 1. C. de his qui ſanguin. nutr. Stante hac igitur interpretatione vt pater poſsit vendere filium quem habet in ſua poteſtate, Tria certè debent concurrere. Primum quod dira fames eum vrgeat. Secundum quod pater habeat filium in ſua poteſtate. Tertium quod poſsit vendere nuper natũ infantem nõ autem grãdiorem natu; & hunc intellectum eſſe veriſsimum credo, & ita tradit etiam Didac. in ſupradicto allegato lib. 3. cap. 14. Tertius & magnus quidem effectus eſt quia pater poteſt adire Iudicem, ſi offendatur à filio, vt eum coniiciat in carcerem, vel in triremem & debet Iudex id adimplere vt dicitur in l. 3. C. de patr. poteſtat. quod locum habet in patre qui filium habet in poteſtate ſua licet Decius tenuerit contrarium quod ſcilicet verificetur etiam in emancipato in l. vt vim nu. 21. de Iuſtit. & Iur. Et è cõtra poteſt pater liberare filium à pœna capitis, quando filius delinquit, & citatur vt veniat ad carceres, ſi pater eum offerat Iudici tunc debet Iudex eum liberare l. miles §. deſertorem ff. de re militar. quod etiam Cepoll. ponit

ponit in ſua cautela prima,& idem Fely.in cap.cum eam de offic.delegat.Hoc autem nec ex iure eſt,nec ſeruatur in vſu vt dixit Clar. in ſua prax. criminal.quæſt.60. verſic.dicta autem,& l.miles §. deſertorem qui vult non capite eum eſſe puniendum,ſed quod purgatur contumacia ipſius, non autem dicit quod cum pater eum offerat ſtatim liberetur. Succedit quartus effectus qui eſt quod ſi pater iubeat filio, vt aliquod delictum committat modo non ſit atrox tenetur pater non filius, & hoc voluit ſingularis textus in l. ad ea ff. de verbor. ſignificationib. & exemplum leuioris delicti à filio commiſſi iubente patre eſt in l.liber homo §.excuſantur ff. de his qui notant infam. Nec non aliud exemplum eſt in l. liber homo la ſeconda ff.ad leg.aquil. Extat etiam & aliud in l.ſi mulier §.1.ff.rer.amotar.habetur & aliud ſimile d.l.is qui in in puteum §.ignoſcitur ff. quod vi, aut clam. Quintus effectus eſt,nam iure ciuili filius non poterat contrahere matrimonium,niſi conſentiente patre §.1. Inſtitutionib. de nupt. l. in coniunctione, & l. ſi vt proponis la 2. C. eod.tit. de nupt. Iure autem Canonico hoc eſt correctũ, vt dicit gloſſ.notabilis in l. Paulus ff.de ſtat.homin.quam Bartol. & cæteri omnes ſequuntur & hodie ex Concil. Trident. poteſt etiam non conſentiente patre filius matrimonium contrahere. Sextus effectus eſt quod filius non poteſt condere teſtamentum etiam patre conſentiente §. 1. Inſtitutionib. quibus non eſt permiſſ. facere teſtament.l. qui in poteſtate, & l.filius ff. de teſtament. ſed teſtatur tantum de Caſtrenſi, vel quaſi Caſtrenſi peculio,vt dicit l.1.C.de Caſtrenſ.pecul.libr.12. & Bartol. in l.& ſi fortè ff.de Caſtrenſ.pecul. Quaſi Caſtrenſe peculium eſt illud quod acquiritur occaſione litterarum & ita vnanimiter dicunt Doctores omnes in l. vltima. C.de inofficioſ.teſtamen. Vocatur enim quaſi Caſtrenſe

quod acquirunt omnes habentes publicum ſalarium, & memoriales etiam habent quaſi caſtrenſe peculium; Memoriales autem dicuntur qui ſcribebant in libro laterculo, & notabant omnia quæ pertinebant ad bellum, vt puta milites,& ſimil.vt habetur in l.1.C.de offic.quæſtor. Septimus effectus eſt quod pater poteſt filio impuberi quem habet in poteſtate pupillariter ſubſtituere, vt dicitur in §.1 Inſtitutionib.de pupillar.ſubſtitut.& in l.2. ſupra eod. illo titul. & ſubſtitutio nil aliud equidem eſt quam teſtamentum quod facit pater filio impuberi; Cum enim ipſe impubes non poſſit teſtari: lex dat patri ei teſtamentum condendi facultatem, ita Iureconſultus ait in l. Papinianus §. ſed nec impuberi ff. de inofficioſ. teſtament.Octauus eſt effectus quod antiquo iure quicquid acquirebat filius, acquirebat patri, tam ſi ex teſtamento quã ſi ex legato ei relinquebatur ita explicatur in l.placet ff.de acquirend.hæreditat. poſtea vero Conſtantinus Imperator hoc correxit in l.1. C. de bon. matern. Sed decipiuntur Doctores in hoc,quoniam non à Conſtantino illa lex lata fuit, ſed ſcire debetis filium non ſuccedere matri tempore legis duodecim tabularum, ex quo erat ei cognatus l.pronunciatio,& l.familiæ ff.de verbor.ſignificationib.Superuenit deinde Senatus Conſultum Orificianum factum imperante Antonino quo fuit inductum vt matri filius fieret hæres ab inteſtato, & voluit vt filius haberet proprietatem rerum omnium maternarum, pater verò vſumfructum, ſi autem mater teſtata fuiſſet,& inſtituiſſet filium, hæreditas quærebatur patri. Conſtantinus in dicta lege prima C.de bon. matern.definit quod ſiue mater teſtata,ſiue inteſtata deceſſerit,hæreditas eius filio in totum deuoluebatur. At ſuperuenit poſtea Archadius Imperator in l.2.C. de bon. mater. & decidit filio proprietatem patri vero vſumfru-

ctum

Digitized by Google

ctum bonorũ maternorũ acquiri. Superuenit poſtea denique Iuſtinianus noſter Imperator & voluit, vt omnia acquiſita filio ex bonis fortunæ patri quoad vſumfru-ctum, ipſi verò filio quoad proprietatẽ acquirerẽtur, vt clariſsimè conſtat in l.cum oportet C.de bon. quæ liber. In hac verum opinione pugnant præſertim Hiſpani, & Arrius Pinell.in d.l.1.num.19.ſed intelligatur hoc fuiſſe tempore Digeſtorum prout teſtatur hiſtoria Iulij Capitolini in vita Marc. Anton. Philoſophi. Sunt tamen duo iura, quæ dicunt Senatuſconſultum Orficianum dediſſe proprietatem filio, & vſumfructum patri l. penult.ff.ad Tertullian.& l.filius ff.de inofficioſ.teſtament. & hanc opinionem quam ego teneo, tenent etiam ſimiliter gloſſ.in l.is qui hæres in fine de acquirend. hæred. & Alciat. lib.4. paradox. cap.3. & communiter cum ea pertranſeunt cæteri oẽs ſcribentes: Et mouentur ex l. ſi filius ff.ſi quis omiſſ.cauſ. teſtamen. & per hanc Hiſpani ſe tuentur contra hanc communem opinionem; ſed certè decipiuntur cum illa lex non faciat ad rem, & propoſitum noſtrum quia fuit Iuliani, qui multo tempore fuit ante latum Senatuſconſultum Orficianum. Adducunt etiam alium textum in l. qui in alienam in fine ff. de acquirend.hæredit.quæ ſimiliter non facit ad hunc propoſitum noſtrum ex quo loquitur quoad vſumfructum qui eſt patris, & ideo non poteſt ibi filius ſine voluntate patris adire hæreditatem, nec pater ex eo, quia vſumfructum habet poterit grauari, & ideo &c. Vltimo citant l.is qui hæres in fine cum l.ſeq. de acquir. hæred. cui poteſtis reſpõdere quod vſusfructus tum ſit patris ideo adiri non põt ſine patris voluntate,quia implicaret cũ,& ideo illud ibi procedit,ideo nõ ſequitur,quod loquatur de Senatuſconſult.Orficiano. Vnde ego teneo cõtra cõmunem, quod tempore Digeſtorum, ante Senatuſcon-

ſultum Officianum acquirebatur filio proprietas, vſuſfructus autem patri. Hinc manat & alius effectus, quod filius in poteſtate acquirit, vt ait Iuſtinianus noſter in §. 1. Inſtitutionib. per quas perſon. nob. acquiritur partem ſibi partem vero patri, ſibi quidem quatenus ſuis laboribus acquirit ſibi partem, alteram vero partem patri ratione patriæ poteſtatis, & ita dicit Bartol. in d. l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Decius in l. illud num. 10. C. de collationib. Hoc autē mea, & omnium Doctorum ſententia, inuito illo paragrapho dicitur non procedere ſed ſolū proprietas acquiritur filio vſusfructus vero patri; Quod eſt intelligendum ſolum de aduentitio peculio, vt habetur in l. vltima §. fin autem C. de bon. quæ liber. Et hoc habet etiam locum in caſtrenſi peculio. Sed eſt etiam alia ratio quia quicquid habet filiusfamilias ſiue ſit caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe appellatur peculium, & ſemper retinet hoc nomen, quouſque pater viuit; poſtea vero appellatur patrimonium, vt declaratur in l. vlt. C. de inoffic. ioſ. teſtamen. Et ex hoc ſequuntur magni effectus, nam ſi filiusfamilias habeat plures ſeruos in caſtrenſi peculio, & inſtituit hæredem aliquem illorum, ſi ille non adierit hæreditatem, vel moriatur nemine facto hærede; omnia bona pertinent ad patrem, & omnia diſtracta per patrem valere dicit text. in l. proponebatur C. de caſtrenſ. pecul. Alius etiam effectus eſt quod ſi filius delinquat, ita quod bona veniant publicanda, non publicatur peculium, quia pater in eo ius habet, ita dicit text. in ſupracitata leg. vlt. §. filijs C. de bon. quæ liber. & Bartol. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus quæſt. 6. de dam. infect. Et quod eſt amplius, nec caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe, peculium publicatur; & hoc ratione patriæ poteſtatis, ita voluit Bartol. in dicta l. ſi finita quæſt. 6. Et è contra ſi pater delinquit, ex quo eius bona veni-

venirent publicanda, nec caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe peculium publicatur, immò nec aduentitium, nec profectitium, quia videntur quodammodo eſſe in patrimonio filii, & notabilis, atque ſingularis caſus de hoc habetur in l. 3. §. ſed verum in fine ff. de minorib. & Bartol. in loco ſuperius citato, atque allegato. Vltimus effectus eſt, quia filius appellatur ſuus hæres patris, vt autem aliquis ſit ſuus hæres tria abſque dubio requiruntur. Primo vt ſit deſcendens; Secundo vt teneat primum gradum in ſucceſſione. Tertio denique vt ſit in poteſtate aſcendentis, vt exponitur in §. ſui Inſtitutionib. de hæred qualitat. & different, & tradit Alciat. lib. 4. de verbor. ſignificationib. necnon Vigl. in d. §. ſui Alius effectus eſt, quia continuatur dominium rerum patris in filium. In vita patris enim, filius eſt quaſi dominus bonorum paternorum, & ſic poſt eius mortem continuatur dominium, ita ait text. in l. in ſuis ff. de liber. & poſthum. Et iſtud fecit grauiter errare nonnulles noſtros interpretes qui dixerunt quod filius non poteſt vſucapere quidquam ex hæreditate paterna ex eo, quia continuatur dominium, & dicunt hoc velle etiam tex. in l. nihil C. pro hæred. & idem l. 2. §. filium ff. pro hæred. attamen valdè decipiuntur. Nam veritas eſt in oppoſitum, vt tradit Vigl. in d. §. ſui qui dicit filium eſſe hæredem pluſquam aliquis alius, vt clarè, atque apertiſsime probat l. 3. ff. de petition. hæreditat. Quid ergo ſibi vult dicta lex nihil? Sed credo quod vult dicere quod nullus filius poteſt capere pro hærede rem relictam à patre, donec adeſt ſuus hæres, & non dicit quod filius non poteſt, & ita etiam loquitur alia lex Diocletiani in l. ex teſtamento. C. Vnd. liber. Ad l. ſecund. §. filium ff. pro hæred. in qua adeſt caſus quod pater donauit filio fundum, & dicitur illum non poſſè vſucapere. Dicatis eſſe verum quando non habet illum

Digitized by Google

tanquam hæres, ſed tanquam donatarius, vnde verum eſt filium eſſe ſuum hæredem: Inſuper ſciendum eſt quod reperiebatur antiquitus quædam forma emancipandi quæ dicebatur abdicatio, qua filius non exibat de patria poteſtate, immo in alterius poteſtate cadebat de qua eſt caſus in l.abdicatio.C. de patr. poteſtat. quæ tamen hodie non eſt in vſu, & habetis de eadem abdicatione ſimiliter text.in l. quidam cum filium hoc eodem titulo noſtro. Quot modis nunc filius exeat à patria poteſtate adeſt titulus in Inſtitutionibus quib. mod. ius patr. poteſtat. ſoluit. in quo plures modi enumerantur. Et primo morte patris. Secũdo deportatione alterutrius Tertio ſeruitute cum pater efficitur ſeruus pænæ. Quarto dignitate patritiatus, Quinto ſi alter eorum capiebatur ab hoſtibus. Sexto per emancipationem, Denique ſunt multæ aliç dignitates quæ liberãt filiũ de patria poteſtate, vt ſunt Quæſtores, Memoriales, Agentes in publicum Præfecti Prætorio, & aliæ ſimiles enumeratæ in Authentic. vt ibi eſt videre Epiſcopus etiam & Cardinalis exeunt de poteſtate patris, Conueniens enim eſt vt qui ſunt patres aliorum; liberentur & ipſi à patris poteſtate, & qui hoc plenius ſcire deſiderat videat Theophil. in §.præterea Inſtitutionib.quib.mod. ius patr.poteſtat. ſolu. vbi multas tradit cærimonias, atque ſollemnitates quibus olim filius liberabatur. & quibus vtebantur antiqui in hac re. Filiæ vero fæminæ ſemel vendebantur, vt eſt videre in l.verum in fin.ff.de iniuſt rupt. atque irrit. fact.teſtament. Tandem videndum eſt in quibus caſibus curetur patria poteſtas, & in quibus non; Vnde ſciendum eſt, quod non curatur in duobus tantum caſibus. Primo in caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi peculio, quia in eis habetur filius pro patrefamilias vt traditur in text. l.2. ff. ad Senat. conſult. Macedonian. Nec etiam curatur in his,

quæ

Digitized by Google

quæ pertinent ad Rempublicam adminiſtrandā,& ſic in magiſtratu gerendo, vt apertè dicitur in l. penultima ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris,& in l.priuatis,ff.de iudiciis. Animaduertendum tamen eſt vltimo loco extare exemplum, ſingulare valdè apud Valer. Maximum de quodam Conſule qui parui fecit patriam poteſtatem Hic nempè fuit Sempronius Gracchus qui cum eſſet Cōſul Romanus & rediret Romā,& ei occurreret pater equitans, iuſsit eum deſcendere,& debitum ſibi honorē tribuere. Pater vero ſtatim libenter deſcendit qui erat Quintus Fabius Maximus,& ait filio. Videre volebam ſi memineras te eſſe Conſulem. hoc autem facio non tibi, vt filio,ſed vt Conſuli. Vnde ſatis videre poteſtis quem effectum habeat Dignitas, dum enim eſt filius in dignitate conſtitutus non curatur de patria poteſtate. Dum tamen inter domeſticos reperitur, tenetur patri debitam ſemper reuerentiam,atque obedientiam præſtare,& hęc pro nunc ſufficiant,&c.

Agitur in hoc capite de Cenſibus. In quo lex prima, & ſecunda de Cenſibus optimè enucleatur.

HIS paucis lectionibus quæ ſuperſunt, decreui tractatum habere de cēſibus, cum maxima ſit eius vtilitas; Agendo igitur de Cenſibus quinque videbimus, atque conſiderabimus. Primo quot modis accipitur hoc nomen cenſus; Secundo quis inuenerit cenſum. Tertio quare fuerit inuentus.Quarto quomodo deſcriptio cenſus ſit facienda.Quinto & vltimo quem habeat effectum Quantum ad primum. Cenſus accipitur primò pro penſione quæ ſoluitur directo domino ab vtili cap. conſtitutus,

tutus,& ibi gloſſ.extr.de religioſ. domib. totoque titul. extra de cenſibus.Bart.in l.1.§.1.ff. de publican.Iaſ.in l. 1.num.48.C. de iur. emphiteotic. Et de hoc cenſu non tractatur neque agitur in hoc titulo noſtro. Aliquando & ſi. ſecundo accipitur pro breui redditu,ita in l.recreationibus C. de Epiſcopal. audienç. Tertio capitur pro tributo, quod Principi ſoluitur vt in Cod. ſine cenſ. vel reddit;nec ita etiam capitur hic, Quarto pro ſcriptura in qua deſcribuntur omnia bona Ciuium Theophil. ita ait in §.vltimo Inſtitutionib.de liber. & in hac ſignificatione capitur in hoc titulo Digeſtorum de cenſibus, & Cod. eodem libro 11. Noſtri appellant cenſualem profeſſionem in l.vltima C. ſiu. cenſ. vel reddit. Vnde magiſter cenſualis appellatur qui præeſt in deſcribendis bonis ciuium;in l.neque profeſsio C. de teſtament. Aliquando Doctores vocant Cataſtum, ita Bartol. in l. formam hoc eod.titul.noſtro Bald.in l.2.C.de error.aduocator. vulgo autem appellatur Extimum.Eum primo inuenit Seruius Tullus Rex Romanorum vt tradit Liuius lib.1. Ratio autem quare fuit inuentus,eſt,vt ſciretur quanti quis deberet ſubſtineri ex tributis debendis Principi vt colligitur ex l.2.C. de imm.nem. cenſ.lib.10. Onera autem quæ ſubſtinebant erant tria. Soluebant ſcilicet Tributum,Indictionem,& Capitationem.Tributum ſoluebant nomine prædiorum vt Theophil. in §. per diuiſionem Inſtitutionib. de rer.diuiſion.refert, vbi videndum eſt,& vide etiam l.modios C.de ſuſcept. & arcad.lib.10. Indictionem ſoluebant non in pecuniam, ſed in alias fruges, vt habetur in l. 1. & 2. C. de indiction.lib.11. & vide l. ſeptem C.de erog.milit.ann Hinc peruenit indictio Notariorum; Solebant enim antiqui ſinguli s quindecim annis ſoluere nouum cenſum. Vnde Concilium Nicenum decreuit, vt numerarentur anni ab hac indictione vſque

ad

Digitized by Google

ad quindecim ſcilicet annos, & ideo ad hoc vide l. 2. & penultim.C.de militar.Veſt.lib.12. Capitationem quiſq; ſoluebat pro ſuo capite,duas videlicet dragmas, fæmina verò vnam tantum, & de huiuſmodi ſolutionibus habetur mentio in l.3. in principio hoc eodem titulo noſtro, & hac ratione fuit inuentus liber qui vocatur liber Eſtimi.Inuentus eſt etiam cenſus,vt cuiuſcunque nomina in libro illo deſcriberentur,& vt ſoluerent capita, & tributa l.2.C. de immenſ.nem.conc. Deſcribebantur in hoc libello non ſolum prædia,Sed etiam qualitates prædiorum l.forma hoc eod.titul. noſtro. A que etiam ſalinæ publicæ l.generali §.vxori ff.de vſufruct.legat.l.inter publica ff.de verb. ſignificationib. ſed fuit poſtea prohibitũ ne quis poſſet habere proprias particulares Salinas vt habetur in l. ſi quis ſine C. de vectigalib. Hæc omnia quæ in hoc libro eſtimi deſcribebãtur, erant ad effectum vt ſcirent quantum ſoluturi erant. Sed hic oritur quæſtio quomodo hæc bona ſint eſtimãda?Ioann.à Plat.in l. 1.C. de cenſib. lib. 10. dicit ſecundum redditum fuiſſe eſtimata.Alberic.in rubr. de munerib. & honorib. ad finem dicit fuiſſe exiſtimata quanti vendi poterant, quia res tantum valet, quantum vendi poteſt l.ſi ſeruus la ſeconda ff.de condition. furt. Iaſ. in l.ſi fundum per fideicommiſſum in princ.num.5.ff.de legat.primo idem probat §.quia vero in Authen.de non alienand.bon. Eccleſ. necnon Gloſſ. in Authen. Imperium C. de Sacroſanct. Eccleſ. Addendum inſuper eſt ſeruos,& animalia cuiuſcunque,eſſe etiam deſcribenda in libro cenſus, quia domini non ſolum ſoluebant pro ſeruis, ſed etiam pro animalibus: hoc dicit l.4. §. in ſeruis quoque itidem eodem hoc titulo noſtro. Et vocabatur hæc profeſsio; functio animalis,ita loquitur l.vltima C.de funct animal. Et qui deſcribebant appellabantur Magiſtri cenſus, vt habetur

in l.conſulta diualia C. de teſtament.& in l.in hac C. de donationib. Atque etiam de hoc magiſtro cenſus agitur in l.teſtaměta.C.de teſtamē. Adeo vt hi magiſtri cenſus erant ſolum Romæ, & Conſtantinopoli: In alijs vero Ciuitatibus erant quidam qui deſcribebant, & dicebantur ſerui Reipublicæ vt tradit l. penultimā C. de annal. exception. & l. ſcripturas C. qui potior. in pignor. habeantur. Vnde hæc appellabatur adminiſtratio tabellaria l. vltima C. de ſeru. Reipubl. manumiſſ. & iſti ſunt ſerui publici qui ſtipulabantur cuique ciui l. pupilli ff. rem pupill. Salu.for.l.non aliter de tut. Perequatores erant qui æquabant bona quæ deſcripta erant in libro. Inſpectores erant qui inueſtigabant bona cuiuſcunq; cum eſſent delata in libro cenſus. Sollemnitatem denique & formam deſcribendorum bonorum Tertullianus explicat ſatis eleganter in lib.quinto aduerſus Marcionum; dum ait quod Primus ſeruus ſcribebat, Secundus ſubſcribebat, Tertius verò redigebat in acta, vt ibi latius eſt videre. Supereſt vltimo videndum quem effectum habeat deſcriptio hæc bonorum in libro cenſus: Et reſpondetur quod habet tres magnos effectus: Primus eſt quia habetur notitia quantum quiſquam debet ſoluere pro tributo ipſi fiſco iuxta tex.in l.ſecunda C. de immun.nem. conc.& Bart.in l.pro his C.de ann.& tribut.libr.decimo Alter effectus eſt quia ſimul quod bona ſtatim quod ſunt deſcripta in libro ſunt obligata pro pignore, & hypothecata ipſi fiſco, vt habetur in l.1.& 2.C.propt.publ. penſ.idem voluit Bartol.in l. incola quæſt.2.ff. ad municipal. Tertius effectus eſt, nam liber æſtimi probat contra quemlibet de natiuitate, ſicut hodie in Baptiſmi libro ſcitur natiuitas, ſic & ſimiliter in libro cenſus l.cenſus ff. de probationib. Immo Bartol.credidit dominium poſſe probari in libro cenſus, quia ſi meus fundus eſt deſcrip-

tus in eo, intelligor ego dominus fundi, vt dicit in l. hi qui C. de præd. & al. reb. minor. lib. 11 Hoc autem communiter non recipitur ab omnibus Doctoribus, & Bald. & Paul. Caſtrenſ. in l. ſi pater C. de action. empt. dicunt totum contrarium, & rectius quia & ſi probatur ex hoc me poſſediſſe; non tamen probatur dominium, & hoc idem ſequitur Soccin. in l. 1. num. 27. ff. de acquirend. poſſeſsion. necnon idem Soccin. latè conſ. 89. volum. 1. Remanent idcircò valdè pauca dicenda pro intelligentia propoſitæ materiæ Idcircò ne aliquid remaneat quod deſiderari poſsit ſciendum eſt. Ciuitates olim aliquas fuiſſe Tributarias. Alia fuiſſe Prædia, & Tributaria Iuris Italici, Aliæ Coloniæ; Et alia Municipia; Tributariæ erant ferè omnes Ciuitates, quæ ſoluebant aliquid Romanis pro prædijs. Quando enim vincebant Romani aliquam Ciuitatem, prædia priſtinis Dominis concedebant ad colendum, vt ſoluerent aliquod tributum vt enarrat, Theophil. ſatis eleganter in §. præterea Inſtitutionibus de rer. diuiſion. Aliæ Ciuitates dicebantur Iuris Italici, quod eſt eſſe immunem, & nihil ſoluere; hoc dicit Dion. lib. 36. necnon hoc etiam probant duo iura ſcilicet dict. §. per traditionem de rer. diuiſ. & l. vltim. §. Diuus hoc eodem tit. noſtro. Hic autem animaduertite quod lex prima eſt mendoſa in verſ. inditia quoque. Scribitur enim in pandectis Florentinis in oatia quoque & ita eſt omnino intelligendum, atque legendum Ciuitates Coloniæ ſunt modo explicandæ, & hoc nomen Coloniæ habet duas ſignificationes, aliquando capitur pro Villa, & ita habetur in l. ſi in lege §. colonus ff. locati, & ſimiliter in l. Seiæ §. prædia ff. de fund. inſtruct. necnon in l. eius §. 1. ff. ad municipal. quo ſenſu non capitur in hoc titulo noſtro. Sed in hoc tractatu Colonia accipitur, pro Colonia, Romanorum, quando mittebant mille milites

ad habitandum,& prima harum fuit Placētia, & iſtis deſignabant omnia loca, Romæ,theatri Amphitheatri Cāpi Martij; habebant quoq; quia remanebant Ciues Romani poterantque geſtare togam Romanam vt explicatur in l.ſi vſu ff.de capt. Aliæ verò Coloniæ erant Latinæ, quia habebant poteſtatem creandi Magiſtratus, vt declarat Strabo lib. 4. Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 21. Hinc introducti fuerunt liberti Romani Latini, & Dedititij, vt habetur in l. 1.C.de Latin.libert. tollend. Vltimo den que erat Municipium quod habebat immunitatem, non autem conſequebatur magiſtratum de quo non habetur mentio in hoc titulo noſtro, ideo nec de eo aliquid agam; Et hæc ſunt quæ colligere potui circa materiam cenſus, & ita ſit expeditus iſte tractatus de cenſibus Reliqua,&c.

Textus in l.tertia de Vſucapionibus, nouo, & admirabili ſcribendi methodo, nouaq; & inuſitata dicendi, atq; interpretandi forma, & ratione, nunc primum in lucem editur, Necnon differentia inter præſcriptionem, & vſu capionem reiecta aliorum interpretum ſcribentium ſententia præuio lumine examinatur, atq; illuſtratur, Nonnullaq; præterea ſcitu, & notatu digna circa eandem materiam valdè egregiè enucleantur, ac optimè & ſatis quidem perample pertractantur.

DEtinuit nos hactenus feraciſſimus ille multiſque nominibus inſignis poſſeſsionum tractatus in quo ſi non oēs à me vobis patefacti, accuratius certe quam fieri potuit

vbe-

vberiores tamen explicati ſunt loci; Nunc verò (vt rerum varietate animi reficientur veſtri) poſtrema annui laboris noſtri parte ad finitimum proximumque vſucapionis tractatum, qui præcipuus eſt poſſeſsionum effectus noſtram conferemus interpretationem; Quæ vt rectè, atq; debito ordine inſtituatur, & ne poſtea errare, aut temere vagari cogatur, Herennij Modeſtini reſponſum in quo rei tractandæ finitionem ſcriptam poſteris reliquit primum omnium explicandum nobis proponimus. Quaquidem in re potiſſimum operam dabimus vt non niſi lectiſſima quæq; cognitione digna, & ad rem tantum illuſtrandam pertinentia in medium afferatur, libenter hoc enim iucundiſsimo, atque ameniſsimo anni tempore.

Floriferis, vt Apes in ſaltibus omnia libant
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dictis.

Herennius itaque Modeſtinus libro quinto pandectarum (vt epigraphis ſui reſponſi oſtendit) finiens vſucapionem ait. Vſucapio eſt acquiſitio, vel adiectio dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege Definiti; In quibuſdam exemplaribus acquiſitionis dumtaxát eſt facta mentio; In nonnullis adiectionis tantum, In aliquibus verò vtrumque eſt expreſſum, idque non abſque vlla ratione factum videri poteſt, Nam ſi ſimpliciter eſſet dictum eſſe acquiſitionem dominij non congruè cuique potuiſſet videri id enunciatum, propterea quod cum in dominij acquiſitione domini transferentis voluntas potiſsimum ſemper ſpectetur §. per traditionem Inſtitutionibus de rer. diuiſione: hoc ipſum in dominio per vſucapionem acquiſito vel acquirendo minimè ineſſe videtur: fit enim huiuſmodi acquiſitio imprudente, & inuito domino. l. 1. verſic. ſed & ſi quis C. de vſucap. transfor man. etenim credēdum non eſt queinquam quod ſuum eſt negligere velle, & derelinquere § vltim. Inſtitutionib. codem tit. de rer. diuiſ. Additum eſt

ergo

ergo in definitione Acquiſitio, vel Adiectio, Adijcere enim in iure pro eo accipitur, quod Iudicis auctoritate contra domini voluntatem alicui datur, vt in titul. ff. de in diem adiectione. Ego autem puto legendum eſſe in hunc modum. Vſucapio eſt adeptio dominij quemadmodum legitur in definitione tradita à Domitio Vlpiano in fragmentis quæ libris Digeſtorum non inſeruntur, In eius enim tit. decimonono. De dominio, & acquiſitionibus rerum ſic ait, Vſucapio eſt dominij adeptio per continuationem poſſeſſionis anni, vel biennii, rerum mobilium anni, immobilium biennij: Et conſueuerunt veteres noſtri Iuriſconſulti eiſdem definitionibus vti: Hæc duo verba adiectio, & adeptio tantam, vt videris inter ſe habẽt affinitatem, vt alterum pro altero facilè potuerit obrepere. Eſt adeptio Latinis auctoribus conſecutio, ſeù acquiſitio, Nos, inquit Cic. de finibus Beatam vitam non depulſione, ſed adeptione boni iudicemus. Et ſimiliter in partitionibus ait; In voluntate etiam vtilitas ex adeptione alicuius commodi, &c. Per continuationem poſſeſsionis, ait lex, & rectiſsimè quidem, niſi enim continua ſit poſſeſsio nullius momenti erit vſucapio. l. ſi is qui pro emptore in initio, & §. ſi quis bona fide infra eodem. l. Naturale. l. poſſeſsio, & alibi, Hoc ipſum non obſcurè ex ipſo vocabulo docemur; Vſucapio quod capere, ſeu per vſum acquirere ſignificăt, & vſu ſuum facere, vſus autem eſt poſſeſsio, & ex diuerſo poſſeſsio eſt vſus l. Quæſtio ff. de verb. ſignificat, & ita poſſeſsionem definiri ab Aelio Gallo Sext. Pomp. ſcribit, Ergo Vſucapio eſt per poſſeſsionem acquirere, quod capere poſſeſsionem veteres illi Iureconſulti dixerunt. l. quamuis. l. non ſolum. §. ſi dominus infra eod. l. emptor fundi. l. qui fundum. §. ſeruum ff. pro emptor. Imo verò, quod magis mirum fortaſsis tibi videri poſsit, vſucapio ipſa, vſum ſimpliciter, ſeu poſſeſsio dicitur l. Denique. & l. ſeq. ff. ex quib cauſ. maiores.

res.l. cum miles. l. ait Prætor eod. titul. l. deducta §. ante diem in extremo ff.ad Senatuſconſult.Trebellian.Eſt igitur Vſucapio acquiſitio rei per vſum legitimi temporis,ex quo intelligitur non vſucapionem eſſe enunciadum, vt ex ſententia Catonis putat Aulus] Gellius libro ſeptimo cap. decimo Noct. Atticar.Non enim Capitur vſus ſed res per vſum hoc eſt poſſeſsionem, vnde ait Horatius lib. 2. epiſt.

Quædam ſi credis conſultis mancipat vſus.

Inde ſumebam ego in rubr. ff. de acquir. poſſeſſ. rationem cur ex defectu poſſeſsionis interrumpi vſucapionem ſit conſtitutum, non ex defectu bonæ fidei Iure Ciuili. Qua in re vehementer eo in loco laborat Iaſon vt ibi latius videre proculdubio poteſtis. Poſſeſsionis.ſ.ciuilis,illa enim eſt quæ vſucapionem inducit vt tradit Accurſ.in l. 1. in vltima parte vberioris gloſem C.de ſer. fugit. Dinus in cap. ſine poſſeſsione de regul.iur.in 6.quem refert,& ſequitur Bart.in l.3.§. ex contrario numer.3.ſuperiore tit.proxim. ſed iura ab vtroque citata non de vſucapione inducenda, ſed de iam incæpta perficienda loquuntur (quod & alíqui quoq; animaduerterunt) Non eſt ergo dubium facilius perfici cæptam vſucapionem, quam non dum cæptam inchoari.l.cæptam hoc tit.noſtro l. Qui fundũ ff. Quemadm. ſeruit.amitt.l.ſi fundum ff.de fundo dotali. Ad id quoque pertinet pro trita regula text.in L. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui,vel alieni, &c. Vt cumque ſit certiſsimum eſt, frequentius in ſupra ſcriptam ſententiam itum eſſe, nempe ex ciuili poſſeſsione vſucapionem proficiſci;in quam & nos ſemper propenſiores facti ſumus, ſolitiq; ſumus vnam atque alteram rationem affirmare. Prior illa eſt,quia non niſi ex iuſta cauſa ciuiles producuntur effectus, quæ iuſta cauſa in naturali poſſeſsione eſſe non poteſt, & abſurdum haud dubio eſſet, ex iniuſta poſſeſsione, cuiuſmodi naturalis dicitur eſſe à ciuili iure non approbata quemquam

lu-

lucrum capere, hoc eſt dominium acquirere. l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. ſiue hæreditaria ff. de negot. geſtis. Eſt & poſterior ratio, quia non video fieri poſſe ex naturali quantumuis iuſta vſucapionem induci, vſucapio, enim vt audiſtis continuam exigit poſſeſsionem nullo vnquam tempore interruptam, quod in naturali poſſeſsione vix fieri poteſt, niſi teſtudinis more perpetuo ſe ſe in re, qui naturaliter poſsidet ſe continere vellet. Temporis lege definiti, olim præſcriptum fuerat tempus vnius anni in rebus mobilibus Biēnij in immobilibus. Aliter vero noua lege Iuſtiniani cōſtitutū fuiſſe liquidò ſatis conſtat in l. 1. C. de vſucapione transformanda, & Inſtit. eodem titul. Annuum tempus in triennium, & biennium in decennium, & vicennium inter præſentes, & abſentes tranſlatum eſt, & quamuis Iulius Paulus in l. ſequitur in initio proponat ſe de tempore quoque tractaturum mirū tamen eſt eius rei ſilentium in ſuo reſponſo. Exiſtimo tamen ego nuſquam in pandectis reperiri veteris temporis anni, & biennij, quod in vſucapione olim præſtitutum fuit, ſed mihi veriſimile ſit Herennium Modeſtinum vtrumque expreſsiſſe in ſua finitione exemplo Vlpian. in fragmētis quorum paulo ante meminimus, vt definitiones haud abſimiles eſſent. Tribonianum vero reliquoſque Digeſtorum compoſitores ex ampliſſima quam à Iuſtiniano habuerunt, poteſtate. l. 1. & 2. C. de veter. Iur. enucl. in locum anni, & biennij ſubſtituiſſe hæc verba temporis lege definiti; Expreſsio enim anni, & biennij repugnabat omnino metamorphoſi Iuſtiniani de vſucapione. Temporis anni, & biennij Cic. meminit etiam in Topicis, & in oratione pro Cecinna. Scrupuloſam admodum, & affectatam diligentiam exiſtimarem ipſe cuiuſq; ſcire cupientis, Quid cauſæ ſit cur potius anni, & biennij olim, triennij, & decennij vicennijq; hodie tempus quam aliud præfinitum fuerit in vſucapionibus, nam cum id ex

vo-

voluntate ſuperioris, aut legiſlatoris, aut Principis inducatur, nulla videtur poſſe ratio certa reddi, Qua in re exemplum accipiet Iuliani reſponſum in l. nó omnium ff. de legib. vti, & prudenter, & eleganter ſcriptum eſt à Panhormit. in c. ſi quando num. 4. ad fin extra de reſcriptis, qui locus eſt omninò videndus, nec tradendus certè obliuioni. Quæri etiam plerumque ſolet in Iure Ciuili continuus, an vtilis annus ſit. Idem, & in hac definitione quæri poteſt ſit ne continuum, an vtile tẽpus vſucapionis, Et veriſſimum eſt continuũ numerari vt ex Pauli reſponſo conſtat in l. nunquam in vſucapionibus §. 1. hoc eod. tit. noſtro. Et licet de tẽpore rerum mobilium tantum Paulus loquatur, idem prorſus eſt in vſucapione rerum immobilium, quod & Accurſ. hic ſentit, & ratio videtur poſſe afferri, Quia vbi lex certi temporis mentionem facit regulariter de continuo intelligendum eſt, vt notatur in rubr. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & docet Abb. in cap. vlt. extra de Electio. Lapus allegat 47. incipiente in Dei nomine, Stephanus Bertrand. conſ. 83. ſuper iſto, in ſecundo cum alijs per ipſum ibi congeſtis. Crediderunt tamen aliqui ineptam hanc eſſe definitionem, vt Accurſ. hic, & Caſtren. Ille primo ait definire dictum per cauſam, Eſt enim vſucapio cauſa acquiſitionis dominij, non acquiſitio, ſicut traditio facta à domino non eſt acquiſitio, ſed cauſa acquiſitionis: ſed malè (mea quidem ſententia) procul dubio philoſophatur Accurſ. cum valdè longe differat tradtio ab vſucapione, traditio enim meri facti eſt, neq; acquiſitionem ſonat quemadmodum ipſa vſucapio, & qui vſucapit dicitur per vſum capere (vt demonſtratum eſt ſuperius) & ſic per illum continuum actum poſſidendi, at qui per traditionem acquirit continuo facta traditione dominium acquiritur; A poſſeſſione ergo

continuata acquiritur dominium auctoritate Iuris Ciuilis. Præterea vſucapionem ex pluribus cauſis contingere poſſe, ait Accurſ. dominij aũt acquiſitionem non niſi ex vna d.l. 3. §. ex pluribus, quo loci idem annotat Accurſ. de acquir. poſſeſſ. Si ergo vſucapio eſſet adeptio ſeù acquiſitio dominij certè dominium ex pluribus cauſis acquireretur cum plerumq; ex pluribus cauſis vſucapiamus. Verum hæc ratio nihil nos mouet, ab ea enim nos ita explicamus, ſi conſtituamus id quod veriſsimum eſt, & ſæpè recenſuimus vnam tãtum eſſe, & proximam vſucapionis cauſam poſſeſsionem; Eius autem poſſeſſionis fieri poſſe vt ſit aliquando multiplex titulus; At titulum eſſe cauſam poſſesſionis l. Nullo. C. de rei vendicat. poſſeſsionem vero vſucapionis. Paulus verò Caſtrenſis audacisſimè aſſerit bonam non eſſe Modeſtini definitionem, primo quia in ea non ſunt expreſſa, quæ neceſſariò ad vſucapionem inducendam deſiderantur, titulus nimirum, & bona fides, ſine quibus nemo vſucapere poſſet Inſtitut. eodem in principio. Verum ad hanc rationem facili negotio reſponderi poterit, negando ſcilicet in deffinitione neceſſarium eſſe omnia eſſe exprimenda quæ ad ſubſtantiam rei pertineant, cum ſatis ſit vnum, vel alterum verbum exprimi in quo generaliter cætera comprehendantur, quod ex teſtamenti definitione apparet, in qua ſub verbo iuſta cætera ſubſtantialia comprehenduntur, & ſcriptura ſollemnis, & hæredis inſtitutio interpretando iuſta ideſt plena, vt apud Liuium libro primo, Ad Iuſti fluminis curſum, Et ſi ille locus iuſta ſententia aliam recipiat interpretationem, vt omnino à codicillis differat, qui & ipſi ſunt iuſta ſententia in genere ſuo; Iuſta hoc eſt legitima, In codicillis, enim nihil eſt legitimum, non enim aliqua legis parte proficiſcuntur nam legibus Romanis non ſunt introducti: Nam ante

te

te Auguſtum nullus erat Codicillorum vſus, vt Iuſtinianus noſter Imperator teſtatur in titul. de Codicillis, ſed moribus fuit receptū non lege aliqua à populo lata ſed quamcunque interpretationem ſequamur ſatis conſtat in ea finitione non eſſe nominatim expreſsum quod præcipuum eſt in teſtamenti factione, nempè hæredis inſtitutio, & tamen in verbis ſubintelligitur. Et alibi idipſum obſeruatum non ignoramus veluti in definitione Nuptiarum apud Iuſtinian.in titul.de patria poteſt. Sunt inquit viri,& mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, Et tamen vides in ea nullam factam mentionem promiſcui conſenſus qui cauſa potiſſima ac præcipua eſt matrimonij.l. Nuptias.ff. de regul. Iuris. Qua ratione,& ſi non eſt à Modeſtino noſtro,neque ab Vlpiano explicitè facta mentio tituli, & bonæ fidei quibus opus eſt in vſucapione,tamen ſub verbis expreſsis continentur, per continuationem poſſesſionis, Poſſesſio autem non niſi iuſta vſucapionem parit, atqui iuſta eſſe non poteſt niſi cauſa, ſeù titulus posſidēdi cum bona fide concurrat: Poſſet & aliter occurri rationi Caſtrenſis nempè titulum, & bonam fidem eſſe qualitates, & accidentia quædam ſine quibus intelligimus ſubſtantiam rei, quiditatem, & eſſentiam, Sic in definitione ſtipulationis de qua in l. 5.§. ſtipulatio.ff. de verbor. obligat. nulla eſt facta mentio præcedentis interrogationis, & ſequentis reſponſionis, quæ neceſſaria ſunt ad ſtipulationem conficiendam. Ad alteram rationem Caſtrenſ. qua,ait,difinitionem nō rectè traditam, pro pterea quod effectus rei exprimit nempè dominij acquiſitionem ex his quæ tradit Bartol.in l.1.ff. de appellat. dicendum eſt, vt ſuperius aduerſus Accurſium hac in re dicebamus vſucapionem eſſe ipſam acquiſitionem expendendo etymologiam ipſiuſmet vocabuli vſucapio,&c. Rur-

Digitized by Google

ſus non incongruè reſpondetur nouum non eſſe in Iure definitiones per ſuos effectus tradi, vt cõſtat ex actionis, & obligationis definitionibus, & bonorum poſſesſionis modo illi ſint effectus continenter ſeù immediatè à cauſa proficiſcentes, hoc eſt quibus poſitis poni, & cauſam neceſſe eſt; Quod non ignorauit Soccin. in rubr. ff. de conditionib. & demonſtrat. neq; Dec. in rubr. extra de probat. Sed re vera ſi ad exactam definiendi normam, & artem velimus hanc definitionem vocare, iūdicabimus haud dubie ſuis numeris carere, Verum quoniam noſtri Iuriſconſulti quorum reſponſis opus pandectarum compoſitum eſt non id ſtuduerunt, vt exactas traderent definitiones ex Dialecticorum regulis, & præceptis omnibus numeris abſolutas ſit; vim habuerunt ſi explicarent res propriaſq; earum oſtẽderent potestates; non eſt cur tantopere nos fatigemus in hac re; relinquamus igitur huiuſmodi definiendi ſubtilitates Dialecticis, & Philoſophis, de quibus nec inter ipſos ſatis conſtat, vt ſatis perbellè ait Galen. lib. 4. de differentijs pulſuũ, quo loci monet ne quis ſe conijciat in has difficultates, quas verborum ſeruitutem appellat Fab. Quintil. lib. 7. oration. Inſtit. In Iure rara eſt quæ non ſubuerti poſſit diffinitio, nam cum ſit propria, & breuiter comprehenſa rerum ſubſtantiæ enarratio, quæ genere, ſpetie, proprijs, & differentijs (vt inquit Quintil.) conſtat nullas fermè huiuſmodi apud noſtros reperies. Porrò introductam fuiſſe vſucapionem, ait Caius in l. 1. hoc eo l. titul. noſtro bono publico, ne ſcilicet quarundam rerum diu, & ſi mè ſemper incerta dominia eſſent, & Neratius in l. vlt. ff. pro ſuo, vt tandem aliquis eſſet litium finis proditam ait, Quod eleganter etiam expreſſum eſt à Cicerone in oratione pro Cecinna Fundus, inquit, à patre relinqui poteſt, at vſucapio fundi, hoc eſt finis ſolicitudinis,

&

& periculi litium non à patre relinquitur, ſed à legibus ſublata enim vſucapione, quamuis diù at bona fide poſſeſſa res ſit, ſemper tamen vendicari, ac repeti à vero domino poterit, & proinde ſemper incertum erit eius dominium. Sed nihil intereſt ſi dixerimus ne rerum dominia in incerto eſſent, vel vt aliquis litium finis eſſet, nã ſi certa erunt dominia rerum, vt propter vſucapionẽ bona fide poſſidenti ſtatuto tempore addicantur, prior dominus non poterit rem vindicatione auocare, & hoc modo litium finis erit; Optima itaque ratiõne introducta fuit vſucapio, ſi enim liceret priori domino rem ſemper à poſſeſſore petere, nec poſſeſſor certus efficeretur de rei quam habet dominio, cuius diffi illima eſt probatio ſequeretur neminem aliquid ſecurè vnquam poſſidere. Quæſitum eſt inſuper ab Eruditis ſanè viris Num æquitati naturali conueniat vſucapio, & quibuſdam viſum eſt non conuenire, immo repugnare, iniquum eſt enim aliquem non dominum locupletem fieri cum iactura alterius. l. nam hoc natura. ff. de condict. indebit. l. Iure naturæ, de regul. Iur. cap. locupletari de regul. Iur. in ſexto. Aliqui verò ſepararunt ciuilem æquitatem cui congruit vſucapio à naturali, vt Duaren. in l. 1. in initio de pactis. Accurſ. tamen in l. 1. ff. de Iuſtit. & Iur. docet in vſucapione bonũ eſſe non æquum. Ego aũt puto nullum eſſe ius, quod bonum eſſe poſſit ſi non ſit æquum, Idque ex ipſius Iuris definitione probatur. Si enim Ius ars eſt boni, & æqui, ergo ſi quid tradatur quod non bonum, & æquum ſit non erit ius; ita in effectu argumẽtatur Aurelius Auguſt. ſanctus in ſuo libro de Ciuitate Dei 19. cap. 21. referens Scipionem loquentem apud Cicer. libro 6. de Republ. Nam ſi ius eſt, vt illi dicunt, quod à fonte iuſtitiæ manat, non eſt ius, quod potentiori vtile eſt; ait ille non eſſe ius, quod potentiori vtile eſt, ſcilicet ſi alijs

ini-

iniquum ſit, licet bonum videatur potentiori. Probatur præterea ex l. in omnibus. ff. de regul. iur. In omnibus, ait lex, maximè in iure ſpectanda eſt æquitas. Huc pertinet quod ſæpè in iure dici ſolet ex ipſa naturali iuſtitia, ſiue æquitate iudicandum eſſe, etiam contra ſtricti iuris rigorem, vel vbi omninò deficit ius ſcriptum. l. ſcire oportet. §. aliud, & §. ſufficit ff. de excuſat. tutor. l. 1. ſ. idem Varus ff. de aqu. pluu. arcend. l. Placuit. C. de Iudic. ibiq; cæteri Interpretes, Quorum tamen aſſertionem ab eis vulgo traditam minimè ſequendam arbitror in eo, quod conſtituunt iuris rigorem interdum eſſe præferendum æquitati, nempè cum quod ſcriptum reperitur contrarium eſt æquitati nam ſi illud aliquando contingat, quod ſcriptum eſt, nomen iuris, neque legis mæretur, vt patet ex diffinitione Iuris, quæ in tota hac arte obſeruari debet, alioquin fruſtra eſſet poſita initio huius legalis diſciplinæ, niſi illam ſequi nos ſemper oporteat. Huic ſententiæ non refragatur quod ait Accurſ. de vſucapione, neq; enim contra æquitatem illa introducta eſt, quemadmodum ille exiſtimat. imo ex æquo, & bono; æquum enim & bonum legiſlatoribus viſum fuit, vt certum tempus conſtitueretur dominis ad vendicandas res ſuas ab alienis poſſeſſoribus, alioquin qui iuſto titulo, & bona fide rem continuè poſſediſſet eius rei efficeretur dominus, ne dominia rerum in incerto ſemper permanerent, cuius occaſione infinitæ lites, controuerſiæ, & rixæ orirentur quibus tandem tota Reſpubl. & Ciuitas labefactaretur, ac proinde nullus ſaluus eſſe poſſet; Quemadmodum cum nauis naufragium facit, vnde præſtat iacturam facere rerum ſuarum, quam pro rei conſeruatione incidere in periculum etiam vitæ. Hanc ipſam æquitatem in vſucapione perpendit, & extollit quidam apud Ioan. Andr. in cap. peccatum eſt, Theologus antiquus

cui

Digitized by Google

cui nomen fuit Geraldus cuius rationes ibi latè deducit Ioan.Andr. Et ad illam regulam æquitatis de qua in d.l. Nam hoc natura facile reſpondetur nempè quod dicitur neminem cum aliena iactura debere locupletem fieri,intellige ſine iuſta cauſa, alioquin per dictam regulam reprobarentur donationes, atque etiam omnes hominum actus quibus vnus ditior efficitur acquirendo res alterius ex eius voluntate. Nam cum quis patitur rem ſuam vſucapi lex interpretatur eum conſentire publicæ vtilitatis gratia,& quaſi ſponte alienare.l. alienationis.ff. de verbor. ſignificat ita non eſt iniquum imo æquum rem alterius vſucapere,quia vſucapio requirit titulum,& & bonam fidem præter poſſeſſionem Inſtit.eod. in princip. Et hoc Ius receptum eſt etiam conſtitutione Pontificia cap.vlt.extra dè præſcript. Quod vtique ab eo Iure non eſſet receptum cum ab eo non recipiantur niſi quæ æquitatem continent. Qua ratione in dicto cap. vltimo improbantur præſcriptiones quas Ius ciuile cum mala fide introduxerat quia ſunt contra æquitatem naturalem,& peccatum nutriunt. Quælibet enim Iuris naturalis tranſgresſio eo iure peccatum cenſetur cap. vlt. de Conſuetud. Ex dictis ergo concludimus vſucapionem non eſſe contrariam æquitati; imo propter æquitatem introductam, nempe propter ſalutem populi, & ciuium iuxta id,quod vulgò ex lege duodecim tabul. dicitur Salus populi ſuprema lex eſto,& quia viſum eſt Iuris Pontificij auctoribus quibus pręcipua eſt cura ſalus animarū nedum perſonarum,& rerum. Ad l. proſpexit.ff.Qui, & quibus quæ ſolet citari pro ſupradicta aſſertione Interpretum interdum rigorem Iuris præferri æquitati, cum ibi dicatur, durum eſſe, Si ſerui abſentes tempore adulterij non poſſent manumitti ne quæſtioni ſubducantur intra tempus ibi conſtitutū, attamen quia lex ita ſcri-

Digitized by Google

pta eſt eam eſſe ſeruandam, quaſi Ius ſcriptum ibi non contineat æquitatem, ſed duritiem, & rigorem,& quod dicitur ſummum Ius Reſpondit Alciat. in tractat. de verbor. ſignificat. in caſu dictæ legis proſpexit ſubeſſe æquitatem ſi rectè omnes circunſtantiæ circunſpiciantur, potuerunt enim etiam ſerui abſentes per conſeruos qui interfuerunt veritatem adulterij commiſſi vel etiam ex præcedentibus inditiis præcognouiſſe futurum adulterium vnde æquius eſt eos torqueri, &c. vt apud eum diffuſius. Nec quemquam moueat Theodoſij conſtitutio in l. hac lege. C. de pactis conuentis quam citat Accurſ.in d.l.1. de Iuſtit. & Iure ad probandum bonum interdum ſeparari ab æquitate; Nam in ea conſtitutione bonum in alia ſignificatione accipitur, vt ſit ſenſus, vtile erat, ideſt expediebat, res vxoris pari arbitrio mariti gubernari, non autem accipi debet pro bono, quod connexum eſt æquitati: Sic & in Euangelio Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille, ideſt expediebat, & vtile fuiſſet, ſcimus enim bonum plura ſignificare, & eſſe terminum tranſcendentem, vt alijs in locis luculentisſime nos quoque ſæpius explicauimus, &c. Agendum eſt nunc de Vſucapion.& Præſcriptionis differentia, & Accurſ. hic ait in definitione accipi vſucapionem large vt comprehendat præſcriptionem quoque. Propriè autem vſucapionem ad rem mobilem refert, præſcriptionem vero ad immobilem,& citat l.2.C. de long. temp. præſcript.necnon Bartol.citat.in l.2.C.in quibus cauſis ceſſet long. temp. præſcript.Longi temporis præſcriptio (ait Diocle.) ijs qui bona fide acceptam poſſesſionem, & continuatam,nec interruptam inquietitudine litis tenuerunt ſolet patrocinari. Iure autem digeſtorum nomen vſucapionis erat commune vtrique termino, & vſucapioni,& præſcriptioni,vt patet ex hac definitione,

& ex

& ex lege eum qui ædes infra eodem tit. noſtro. Poſtea vero à Iuſtiniano fuit tributa vſucapio rebus mobilibus præſcriptio verò immobilibus, & hæc frequentius ſunt à noſtris Auctoribus receptæ, vt teſtatur Bartol.in l.ſeruitutes 4. ff. de ſeruit. & alij ſcribentes alibi adducentes l.vnic.C.de vſucapion.transform. ſed ego hoc minimè verum eſſe arbitror, nam & Iure Digeſtorum, & Codicis vſucapio refertur ad res mobiles, & ad res immobiles d.l.eum qui ædes, & ſupradicta l.3. & ſatis etiam conſtat ex tractatu de vſucapion.pro emptore, pro ſuo, & ſeqq. Nec verum eſt id fuiſſe à Iuſtiniano mutatũ, quicquid comminiſcatur Abb. in rubr.de præſcript. Nam in Inſtitut.de vſucapion. nomen vſucapio commune eſt vtriſque rebus, ait enim Res mobiles per triennium, & immobiles per decennium vſucapiuntur quo in loco facit Iuſtinianus mentionem ſuæ conſtitutionis de vſucap.transform. qua conſtitutione tempus mutauit, & breuius conceſsit vſucapioni rerum mobilium, longius vero rerum immobilium. Quod ea ratione factum fuit, quia facilius res mobiles conſumuntur l. lex quæ Tutoris. C. de adminiſtr. Tut.l.litibus §.1. C.de Agric. & cenſ.libr. 11.l. vltim. de requirend. reis l.ſi rem.l. 3.§. Nerua filius ff. de acquir.poſſ. Ideo breuius tẽpus fuit neceſſariũ. Quo tempus eſt breuius eo magis durior eſt cauſa vſucap. quã præſcriptionis, Hoc Idẽ notat Cyn. in Auth.niſi tricennale. C. de bon.maternis, cum mille alijs concordantibus, atque ſimilibus, &c. Propriè ergo tam mobiles, quam immobiles res omni Iure vſucapi dicuntur; ridiculum eſt enim Quod Accurſ. autumat de propria, & impropria ſignificatione, vt idem verbum vſucapio, poſitum à Iuſtiniano reſpectu rerum mobilium accipiatur propriè, impropriè autem reſpectu immobilium,

ſic enim in omnibus veterum Iuriſconſult. reſponſis quibus idem verbum ad mobilia, & immobilia relatum videmus eſſet facienda interpretatio, quod profectò ridiculum eſſet, & l. 2. de off. Proconſul. quæ ſolet adduci de vno eodemque poſito in eadem diſpoſitione poſſe ſcilicet accipi propriè, & impropriè falsò adlucitur, nam verbum manumiſsio proprie reſpicit ſeruos, & filios inſpecta Veteris emancipationis forma, qua pater imaginaria venditione emancipabat filium, qua de re alibi eſt à me tractatum. Inde ad hoc etiam videndus eſt titulus, Si quis à parent. fuer. manumiſſ. nec non Iaſon. in l. ſvtrum ſturpem. ff. de verb. obligationib. Præſcriptio (ait Alciatus in l. Quinq; pedum C. fin. regund. & lib. 4. diſpunct. cap. vltimo Modern. Inſtit. eod. tit. in principio, eſt velut quidam fructus, & effectus vſucapionis, nempè peremptoria illa exceptio, quæ ex Iure efficaci tranſlato à priori domino in vſucapientem, ipſi Domino reliquias ſuperioris auctoritatis intendenti eius depellendi gratia proponitur. Et ſic præſcriptio ad Ius excipiendi principaliter pertinet, vnde etiam eſt quod veteres Iureconſulti Interpretes præſcriptionis voce pro exceptione perpetua vſi ſunt d. l. Quinque pedum. l. vltima C. de except. l. penult. eod. titul. & l. qui agnatis. ff. de exception. atq; etiam ſubiungitur generaliter Titulus de diuerſ. & temporal. præſcriptionibus cum alijs comparibus. Quæri præterea etiam ſolet num ex præſcriptione acquiratur vtile, vel directum dominium? Et fuit hac in re olim magna contentio inter Martinum, & Accurſium ille directum acquiri aiebat ſicut in vſucapione. Hic verò non niſi vtile vt tradit idem Accurſ. in hac l. 3. & in l. Traditionibus. C. de pactis necnon in dict. Authent. niſi triennale, atque in princip. Inſtitut. de vſucapion.

Differentiæ ratio ſupra eſt tradita, quia res mobiles facilius multo magis quã immobiles cõſumũtur ideo facilius, & firmius acquiruntur. d.l.3.§.Netua filius. Et quoniam vſucapio rerum mobilium fauorabilis eſt, Præſcriptio verò rerum immobilium odioſa.l. vltima C.de annal.except. Et citant pro opinione Accurſij, quia per præſcriptionem ſola vtilis actio quæritur l. ſi duo patroni.§.idem ait,de Iure Iuran.& ſola vtilis ſeruitus l.1.§.vlt.de aq.pluuia arcend.& quia præſcriptio exceptionem part. l.ſi quis emptionis. C. de præſcript.triginta annorum . Quare cum exceptio ſupponat actionem. l. 2. de except. dicendum aduerſario actionem competere,atque ita dominium.l. in rem.ff. de rei vendicat.Denique quoniam dominium quod Iurisgentium eſt.l.ex hoc Iure,de Iuſt. & Iur.per præſcriptionem Iure ciuili iuductam. l. 1. ſupra eodem in totum tolli non poteſt. Quandoquidem ea quæ Iuris gentium ſunt per Ius ciuile non penitus tolli poſſunt, aut commutari, ſed alterari tantum.l.2.§.vltimo. ff.de vſufruct.ear.rer.§.ſed naturalia Inſtitut.de Iur.nat.gẽt. & ciuil. cap. à nobis de Decimis cum ſexcentis alijs vulgatis Iuribus Fatentur tamen Doctores certis quibuſdam in caſibus præſcriptione longi temporis directum quæri dominium . Et nouem congerit Felinus in rubr.extra de præſcriptionib. apud quem latius , atq; vberius vos videre poteſtis. Martinus verò docuit, directum quæri etiam per præſcriptionem , & in hanc opinionem ego quoque procliuior ſum , Quæ apertiſsimis rationibus conuincitur , atque in primis ex noſtra definitione , quã traditur vſucapionem eſſe adeptionem dominij, & certum eſt vtrumque comprehendi nempè rerum mobilium , & immobilium vſucapione. Idem probatur ex dict.princip. Inſtitut. de vſucapion.

Ppp 2

pion.& in d.l.Eum qui ædes dum in ea dicitur vniuerſitatem ædium mutare dominium per poſſeſsionem temporis rerum immobilium, & ſic per longi temporis præſcriptionem; ergo acquiritur directum dominium, alias ſi vtile tantum acquireretur non rectè diceretur mutare dominium, Directum enim remaneret ſemper apud ipſum dominum Ad idem pertinet.l. Traditionibus. C. de pact. longè, inquit poſſeſsionis dominium nobis acquiri, & l.acquiritur.ff. non ſolum de acquirend. rerum domin. longa poſſeſſione dominium nobis acquiritur. Dominij autem verbo directum intelligimus l.1.§. qui in perpetuum.ff. ſi ager vectigalis,& ſic in potentiori ſignificatione.l.Quæritur de ſtatu hominum, l. Domum de contrah. emption. §. ſed quoties,de Iure natur. in Inſtitutionib. Præterea l.ſi finita.§.Iulianus,de damno infecto,vbi qui quoquo tempore vſucapit ſimpliciter dominus appellatur.dict,Authen. niſi Tricennale ſuperius citata, atque allegata, igitur propriè, & directo dominus. d.ff. qui imperpetuum.Huc etiam pertinet.l.vltim.ad finem C.de ædict. Diui Adri. Tollend. & l. omnes. C. de præſcription. triginta annorũ Ei qui bona fide longo tempore poſſedit pleniſſimam ſecuritatem etiam ſuper dominio præſtari, ſed quomodo pleniſsima præſtaretur ſecuritas ſi non directo, & pleno iure poſſeſſor dominium quæreret, ſi vtile tantum acquireret non diceretur vſquequaque tutus. l. fœminæ §. illud. C. de ſecund. nupt. Adde l. primã ſupra eod. ne dominia rerũ eſſent in incerto, eſt ergo ratio Petri inconuincibilis pro hac opinione, Et finge dominium directum ſeparatum ab vtili, vt puta quia fundus eſſet datus in emphitheoſim, vel in feudum alteri, vel vſusfructus eſſet à proprietate ſeparatus, ſi non acquireretur præſcriptione directum

ctum

ctum dominium, certè in his ſpeciebus nunquam poſſet acquiri directum illud dominium, quod falſum eſt omnino, poteſt enim illud directum præſcribi, licet vtile non præſcribatur. Quid enim ſi fundum emerim ab aliquo bona fide, qui in emphitheoſim datus eſt, & emphiteuta ſoluit mihi per decem annos, vel viginti, & ego bona fide recipiam certè præſcriptum erit illud directum dominium. l. locum, §. proprietarius ſupra de vſufruct. Ibi non magis quam vſucapio proprietatis, & ſic vſucapio proprietatis non perimit vſumfructum. Ad idē eſt, etiā text. in l. Iuſto. §. non mutat ſupra hoc titul. Facit quoque ad idem quod ſcriptum eſt in cap. Clerici in fin. à contrario ſenſu xvj. quæſt. 3. vbi rerum etiam immobilium vſucapione rei proprietas acquiritur, ergo directum dominium, cum proprietatis verbum ad vtile non referatur. l. ſi tibi proprietas ff. de vſufr. accreſcend. l. ſi alij de vſufr. legato cum adeo directum ſit vt nunquam obliquetur vt inquit Bald. in l. cum res ad finem C. de probat. & alibi ille ipſe Bald. ſcripſit non reperiri proprietatem niſi directam in l. 2. ff. de condit. inſtit. atq; ēt in d. l. ſi tibi. Poſtremo fieri non poteſt vt vera ſit opinio communis ex præſcriptione videlicet iure Digeſtorū vtiles ſolummodo dominium quæri, cum eo iure non fuerit cognitum huiuſmodi vtile dominium, nuſquam enim in iure legitur mentio eius dominij apud leges Digeſtorum. Ad contraria vero, nunc facillimè ſic reſpondemus, & primo. Ad d. l. ſi duo patroni. §. Iulianus ibi poſt longi temporis præſcriptionem eam vtilem actionem habere debere, ſi ergo vtilis actio ex præſcriptione dominium ex præſcriptione quæſitū erit vtile non directum. Imprudenter certè eſt ille locus citatus ad hāc concluſionem; Tum quia actio illa vtilis oritur ex iuramento non

ex

ex præſcriptione. Præterea ille locus retorquetur cōtra defendētes communia quāuis intelligamus ex præſcriptione non ex iuramento oriri illam vtilem actionem. Nam cum dicat Iuriſconſultus etiam vtilem actionem ex præſcriptione competere, fatetur non obſcurè directam ſimul competere cum dicat vtilem etiam competere, & quia dubium erat num vtilis tantum competeret ſubiunxit etiam vtilem competere, & vos nouiſtis naturam illius dictionis, etiam, quam noſtri dicunt eſſe implicatiuam. l. ſed ſi plures. §. vltimo. vbi Accurſ. & Aretin ff. de vulg. & pupill. Bart. in l. non ſolum ſol. matrimon. Ad d. l. primam in fine de aqua pluuia arcend. Aliqui dixerunt ibi agi de præſcriptione longiſsimi temporis videlicet triginta annorum, quod falſum eſt penitus cum eo Iure non eſſet cognita illa præſcriptio, vt notat Accurſ. in l. qui occidit in verbo amiſit ff. ad l. Aquil. & in l. Iulianus, vberiore gloſſ. circa medium ff. ex quibus cauſ. maior. & l. ſi quis emptionis verbo veteres. C. de præſcript. triginta annorum Bartol. in l. in omnibus de action. & obligat. Idcirco Dicite vos maximam differentiam eſſe inter ſeruitutem de qua ibi agitur, & dominium de quo nos nunc diſputamus, In rebus enim incorporalibus non datur dominium vt conſtat ex diffinitione tradita per Bartol. in l. ſi qui. §. differentia, Ius enim eſt de re corporali ideo lex dat vtilem actionem. At Quoniā in præſcriptione ſeruitutum, & aliorum iurium quæ propriè non poſsidentur. l. ſeruus. §. incorporales de acquiren. rer. domin. non datur directum dominium, ideo non poteſt directa dari actio, & in hūc modū huic argumentationi Reſpondet Dec. in l. Traditionibus C. de pactis. Ad l. ſi quis emptionis. C. de præſcript. triginta annor. dico ex ea magis noſtram probari concluſionem, cum

in

Digitized by Google

in ea dicatur actionem rei vendicationis competere ei qui præſcripſit, & vbi lex ſimpliciter loquitur de actione reali, intelligendum eſt de directa in potiori ſignificatu. d. l. 1 §. 1. ſi ager vectigal. &c. Poteſt etiam recipi reſponſio quorundam, ibi agi de exceptione, quam noſtri appellant exceptionem intentionis, & facti, de qua Accurſ. in l. qui ſe debere ff. de condict. cauſ. dat. quam propriè exceptionem non eſſe docet gloſſ. in cap. 1. extra de lit. conteſtat. in 6. Specul. in tit. de exceptionib. §. 1. Ad rationem deindè deſumptam ex dominio quod Iuriſgentium eſſe dicebamus facilè reſpondemus quod ſi procederet hæc ratio, vtique neque vſucapione quæreretur vtile dominium, & fortius locum ſibi faceret in vſucapione rerum mobilium, quippè quæ breuiori tempore perficitur quam præſcriptio, vt tradit Accurſ. in l. 1. §. cũ prædium, in verbo vſucapio de pignoribus, & in l. Ius ciuile ff. de Iuſt. & Iure, vnde ſi verum eſſet ex præſcriptione non quæri directum dominium, multo magis non deberet quæri ex vſucapione. Et ex his dictis conſtat veram eſſe opinionem Martini. Dicebam inſuper defendentes communia fateri certis caſibus omnino locum eſſe opinioni Martini, afferam idcirco ego potiores. Quorum primus eſt ſi præſcribatur ſciente domino rei, & non contradicente vt refert Bald. in Authen. niſi tricennale in fine. C. de bon. matern. Imol. d. cap. vltimo de præſcriptionib. quo loci primo oppugnat hanc opinionem, tandem in eam fit propenſior, & rectè mea quidem ſententia quoniam voluntate domini cenſetur dominium acquiri igitur directum. d. l. Traditionibus & §. per Traditionem. Inſtitut. de rerum diuiſ. neque huic caſui aduerſatur lex vltima C. de præſcript. long. tempor. in qua nulla conſtituitur differentia, an ſciat

do-

dominus vel minus, ibi enim agitur de validanda, & roboranda præſcriptione, Nos nunc agimus de dominio acquirendo, meritò, &c. Alter eſt caſus ſi lege municipali caueatur ex præſcriptione acquiri dominiũ dubium non erit quin nõ de directo dominio intelligi oportere, Tum propter regulam potioris ſignificationis tum ex natura ſtatuti quæ rei proprietati nititur, quæ proprietas magis elucet in directo quam in vtili dominio, nam Bald. in tract. præſcript. part. 2. quæſt. 2. num. 6. appellat vtile dominium non verum dominium Coraſ. in Miſcellan. & Duar. in diſputationibus vocat quaſi dominium. Eſt & alia efficacior ratio qua verus oſtenditur hic caſus, illa nimirum quia ſi de directo dominio non intelligatur, vtique eluſoria, atque ſuperuacanea eſſet huiuſmodi lex, cũ nihil præter Iuris communis diſpoſitionem operaretur reclamante regula. l. ſi quando ff. de legat. 1. & Bart. in hac l. tertia necnon Alexand. in l. 1. §. ſublata ad finem ff. ad Senatuſconſultum Tribellian. & in d. l. Traditionibus, ſed huic aſſertioni obſtare videtur, quod vulgo tradi ſolet ex l. 2. C. de noxal. nempè ſtatutum ita ſemper eſſe intelligendum vt non diſcrepet à Iure communi Quod interpretes ſæpiſsimè varijs in locis ſemper docuerunt, verum dici poteſt pro contrarij ſolutione intelligendum quidem eſſe ſecundum Ius commune, modo aliquid operetur præter ius commune vt notatur in cap. 1. de conſtitut. in 6. At ſi nihil poſſet operari præter id quod Iure cõmuni diſpoſitũ eſt tunc non inconuenit (ne vanum, & nullius fructi videri poſſit) contra Ius commune eum interpretari, vt aliquid operetur, In hunc modum rem temperat Imola in l. ſi vero §. de viro col 4. ff. ſol. matrim. Quod animaduerſione quidem eſt mirum in modum dignum. In præſcriptione

tione quoq; tãti tẽporis cuius initij nõ extaret hominis cuiuſquam memoria in contrariũ, dominium directum eſſet in conſideratione vt tradunt Bald. Salic. Fulg. & alij in d.l. Traditionibus Illa r. præſcriptio, ſeù Longinquitas tanti temporis cuius initij, &c. vim habet priuilegij, atque tituli. l. hoc iure. §. ductus aqu. ff. de aqua quotid. & æſtiua, & ad hoc multa more ſuo congerit Anton. Gabriel. libr. 5. in tit. de præſcr. concluſione 1. num. 44. Rurſus poſſidens rem alienam ex ſecundo decreto interpoſito cõtra dominũ tanquã contumacẽ acquirit ex præſcriptione directũ dominium l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus ff. de damn. infect. Bald. l. in poſſeſſionẽ C. de bon. author. Iudicis poſſid. Hunc tñ caſum controuertit Alexander in d. l. ſi finita in §. Iulianus, verum controuerſiam nos ſuis locis tractandam relinquimus, Cogimur enim ad finem properantes anguſtijs temporis excluſi ſumma rerum faſtigia tantummodo perſequi. Plurimum autem refert vt remaneat dominium directum penes priorem dominum quamuis potentius ſit vtile, quod per præſcriptionem eſt ab alio acquiſitum, Prior nanque dominus propter directum poſſet agere aduerſus tertium poſſeſſorem l. ſi quis emptionis §. 1. C. de præſcript. long. temp. Dyn. cap. 2. de reg. iur. in 6. Rurſus ſi res Vſucapta, ſeù præſcripta deueniat ad priorem dominum is qui vſucæpit bona fide, ſed ſine titulo ſpatio triginta annorum poteſt rem ab eo vendicare licet actionem habeat contra alios d. §. primo ſecundum veriorem intellectum Ioannis, & Accurſii, vulgo communiter receptum. Adde his per exceptionem præſcriptionis impediri litis ingreſſum, vt Bartol. cæterique lat is eleguntur teſtantur in lege fratris, qui eſt locus proprius C. de tranſact. necnon Bald. Salyc. et in dicta Authentic.

niſi Tricennale, idque non obſcurè etiam probatur in d.l.vltim.ff. pro ſuo dum ait ibi Iuriſconſult. vſucapionem inuentam, vt tandem aliquis eſſet litium finis, &c. Et quoniam de dominio agimus non ab re eſſe arbitror aliqua corollarij loco inſuper addere. Bartol. itaque legalis diſciplinæ noſtræ ſignifer, & Anteſignanus in l. ſi quis vi. ꝟ. differentia ff. de acquir. poſſeſſ. docet Dominij definitionem, de cuius veritate diſputatum eſt à nobis in l. 1. ſupra titul. proximo Conſtituit prætetea ille ipſe Bartol. dominium directum, & vtile, Diuiditque vtile vt alterum ſit quod directo ſubijcitur directumque ſibi ſuperius agnoſcit. Alterum quod directun vincit, atque elidit, & eiuſmodi eſt illud quod ex rerum immobilium vſucapione acquirimus quam rem pinguiore minerua tractat Iaſon. in d.l.prima num. 57. & alij alibi ſparſim Aliqui vero vt Coraſ. Duar. & alij in locis à me ſuperius citatis in ſuis Miſcellan. & diſputationibus putant nullum dari poſſe vtile dominium, ſed (inſtar quaſi dominij quod habet vſusfructuarius) Quaſi dominium id quod vtile vocatur dici debere. At Balb.in tract. de præſcript. in loco ante à me commemorato non verum dominium appellat. Mihi vero vehementer diſplicent huiuſmodi omnes traditiones. Si enim Fabius Quintil. & Aulus Gellius vetant nos nouorum vocabulorum fieri Auctores longè magis interdicimur inuentione principiorum iuris, & terminorum, ne nobis condendarum legum temere poteſtatem arrogemus. Placet itaque nobis opinio antiquorum Gallorum quos refert Io. Faber. in §. 1. Inſtitut. hoc eodem noſtro titul. vt vnicum tantum admittamus dominium. Primo quod dominiorum multiplicitas legibus non probatur. Deinde quod generaliter Iureconſultus. ait in l. prima

§. Qui

§. Qui in perpetuum ff. ſi Agri vectig. & cæt. Emphiteutas non effici dominos. Ius enim in re tantũ habere dicuntur non quidem domini eſſe. l. eorum in princip. ff. de damn. infect. & hoc patet etiam in vaſſallo cap. primo de Inueſtit. de re alien. fact. Ibi vt tanquam dominus poſſit à quolibet poſſeſſore vendicare, & cap. primo de controuerſ. inter vaſſall. Ibi cauſa veluti propria ad finem perducatur. Præterea definitio dominij emphiteuſis non competit ergo nec definitum competet. Credendum certè eſt Iureconſultum ſi quod dominium vtile reperiretur de eo mentionem facturum fuiſſe in l. tertia §. ex pluribus ff. de acquir. poſſeſſ. & alijs varijs in locis comparibus quibus traditum eſt duos eiuſdem rei inſolidum dominos conſtitui non poſſe cum tamen inſpecta communi ſententia duo eiuſdem rei emphiteuticæ inſolidum domini reperiantur, vnus directo alter vero vtiliter. Rectius igitur locutus eſt Bartol. in l. poſſeſſores C. de fund. patrim. libr. 11. dum ait iure antiquo non reperiri emphiteutas dominos dici, neque nominari, ſed ſolum vtilem habere in rem actionem. Neque facile condonandum eſt noſtris (quod tamen Coraſius admittit) vt tradendarum diſciplinarum gratia nouos in ius noſtrum quotidie terminos introducamus, cum ex eo magis perturbatio, & confuſio oriatur. Poſtremo opinio hæc, ita probari poteſt; Et finge aliquem vſucapione dominium vtile rerum immobilium, ſecundum communem ſententiam ſibi acquiſiuiſſe, Rurſus illum qui vſucæpit tradere in emphiteuſim alteri ſequitur, vt dominium illud vtile apud duos inſolidum eſſe cenſeatur, Vt ex inde facile conijcere ſoleat abſurdum eſſe receptam opinionem. Nec me quicquam mouent, quæ in contrarium adducuntur, & primum dari

actionem vtilem reſpectu vtilis dominij; Quia dico etiam illi qui dominus non eſt vtilem in rem actionem dari propter Ius quod in re habet, quales ſunt emphiteutæ ſuperficiarij, Vaſſalli, Vſufructuarij, dict. l. eorum in initio.l ſuperficiario de rei vendicat.l.in Prouinciali. §. ſi ego, de nou.oper.nunciat facit etiam text.in §. namque Inſtitut. de action. Et ideo qui rem ad longum tempus conduxit licet dominus non ſit vtilem tamē habet actionem vt dicitur in dicta lege prima ſi ager vectig. & l. prima §. 1. de ſuperfic. necnon in l. creditori de oper.nou.nunciat.vbi ea actio datur creditori qui dominus non eſt l. pignoris de acquiren. poſſeſ.l.qui pignori infra eodem l.ſi ego,in initio,de public. Patet etiam nam in re confeſſoria ſoli domino hæc actio datur l.prima. §. 1.ſi ſeruit. vendic.& tamen vtiliter vendicat.l.prima §.vſuſfructuarius de nou. oper. nunciat. Quamobrem cenſeo in emphiteuta, & vaſſallo, ac ſimilibus magis ſeruitutem eſſe quam dominium aliquod,& quodammodo vſuſfructuarijs comparari debere. Minus tandem me mouet potiſsimum illud fundamentum deſumptum ex text. in l.poſſeſſores.C.de fund.patrimon.libr. vndecimo dum in fine dicitur poſſeſſores patrimonialium fundorum dominos eſſe, alias non potuiſſe ſeruos illorum fundorum manumittere. l.eos. §.ſi quis. C.de diuerſ. præd. eor. liber,& tamen proprietas apud Principem reſidet.l. vltima C. de fund. & ſaltib. rei domin.vt merito ſit neceſſarium duo dominia dari directum vnum alterum vero vtilē ne incidamus in §. ex contrario. l. 3. ff. de acquir. poſſeſsion. Quo fundamento Alexandrinus in §.nihil commune putat ſuſtineri poſſe opinionem communem. Ego tamen reſpondeo, quod dicta lex poſſeſſores loquatur in emphiteutis fundorum patri-

moni-

monialium qui diuerſo iure ſunt cenſendi ab emphiteutis priuatarum perſonarum. Illi enim ob canonis ceſſationem nullo tempore cadunt à re emphiteutica. At hi triennali ceſſatione priuantur illi domini directo efficiuntur, Hi verò minimè, vt clarè paret ex text. in l. fundi patrimoniales dict. titul. de fund. patrimon. & in l. ſecunda. C. de iure emphiteut. Nec etiam obſtat inſuper noua conſtitutio Fiderici Si vero dominus C. de Hæret. ibi ſaluo Iure dominii principalis, tanquam ille ſit directus, vaſſallus vero ſit vtilis. Nam dico ego dominium principale vocari ibi dominum Principem, quemadmodum plurimis in locis Conſtitutiones principales vocantur, & alibi vox principalis in proem. inſtitut. non igitur ad rem pertinet illa ſuperallegata conſtitutio. Conſueuerunt denique noſtri, ad probandam regulam potioris ſignificationis citare dict. l. 1. §. 1. ſi ager vectig. qui tamen locus, neque hoc probat. Ideo vos legite Bartol. in l. ſi mater. § eandem ad fin. ff. de exception. rei iudicat. necnon ſimiliter Cagnolum in rubrica ſupra Si quis Ius dicenti non obtemp. num. decimoquinto, Et ex his & aliis ſimil. atque concordantibus ſit impoſitus finis interpretationi huius l. tertia de vſucapionibus, &c.

FINIS.

Digitized by Google

{D. IOANNIS CRISAPHVLLI ACCADEMICI INFVRIATI.

FOrtè examen Apum conſedit in ore Leonis
Extinſti, & mellis protulit indè Dapes
Ex forti, hinc dulce, enigma eſt, ex funere Galli
Nunc Apicum Iuris, munera carpis Apum
Harum vbi Rex cuſtos, conſedit mellis, & æqui
Ne Crates ſoluant diripiantque fauos
Gallum, q:un Orco exciuit rediuiuus vt ipſo
Aetbereo recinat nectare Solis iter.

IOANNIS BAPTISTÆ CACCABI
Accademici Infuriati

Aliud Epigramma.

COnſpicuo circũ ſolio, quod temperet Orbem
Detque ſolo hic Diuus cœlica iura Pater
Fas eſt excelſo poſitus, ſic culmine terris
Altior ab cunctis dicier Orbis Apex
Hinc Sũmo huic Apici (fertur quo ad ſydera) legũ
Quis non hoc Apicum iure dicaſſet opus?

N° V. E. 11.
NAPOLI

Digitized by Google

Errata ob nimiam temporis anguſtiam non potuerunt corrigi, idcirco iuſto Lectoris iudicio ſubmictuntur:

Laus Deo Optimo Maximo, atq; Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Necnon Sanct. Iacobo, Apoſtolo, & Stephano Prothomartyri, Perpetuis Domus noſtræ Protectoribus.

533273

Digitized by Google

327411

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google